[27] A pensa = 30 denár = $2^1/_2$ solidus. A pensának megfelel, mint István II. 4. törvényéből kitünik, egy tinó értéke. Mai értéke e névleges pénznek körülbelül 2 frt 50 kr.

[28] Kálmán I. 50. Syn. Strig. I. 66.

vulgaris in eodem crimine invenietur, cum quinque iuvencis cognatis reconcilietur et subdatur predictis ieiuniis.

XVI. *De evaginatione gladii.* Ut pax firma et incontaminata per omnia maneat, tam inter maiores natu, quam inter minores, cuiuscunque conditionis sint, interdiximus omnino, ut nullus ad ledendum alium evaginet gladium. Quod si quis posthac stimulis sue audacie tactus temptaverit eodem iuguletur gladio[29].

XVII. *De periuris.* Si quis valentium fide commaculatus, corde pollutus, iuramento confracto, periurio addictus invenietur, perditus manu periurium luat, aut cum quinquaginta iuvencis manum redimat. Si vero vulgaris periurus extiterit, manu amputata punietur, aut XII. iuvencis redimetur, et ieiunet ut canones mandant[30].

XVIII. *De libertis.* Si quis misericordia ductus proprios servos et ancillas libertate feriaverit cum testimonio, decrevimus, ut post obitum eius nemo invidia tactus in servitutem eos audeat reducere. Si autem libertatem promiserit, et morte impediente non testificatus fuerit, habeat mulier illius vidua, et filii potestatem hanc eandem libertatem testificari, et agapen[31] facere pro redemptione anime sui mariti qualitercunque velit.

XVIIII. *De conventu ad ecclesiam, et de his qui murmurant vel locuntur hora misse.* Si qui ad ecclesiam venientes ad audiendum officium et ibidem hora sollempnitatis missarum inter se murmurant et ceteros inquietant, exponentes fabulas ociosas et non intendentes divinas lectiones, cum ecclesiastico nutrimento, si maiores sunt, increpati cum dedecore expellantur de ecclesia, si vero minores et vulgares, in atrio ecclesie pro tanta temeritate coram omnibus ligentur et corripiantur flagellis ac cesura capillorum.

XX. *De non recipiendis servis vel ancillis in accusationem vel testimonium super dominos vel dominas.* Ut gens huius monarchie ab omni incursu et accusatione servorum et ancillarum remota et quieta maneat, secundum decretum regalis concilii penitus interdictum est, ut nullius causa culpe aliqua servilis

[29] V. ö. László II. 8.

[30] Capitulare Francicum 779. 10. De eo qui periurium fecerit nullam redemptionem nisi manum perdat. V. ö. Kálmán I. 26. 27.

[31] Eredetileg az első keresztények szeretetlakomája. Később tor. Innét felszabadított szolgák *torló* neve.

persona contra dominos vel dominas in accusationem vel testimonium recipiatur.

XXI. *De his qui alienis servis libertatem acquirunt.* Si quis improvidus alienum servum sine conscientia sui senioris ante regem, vel maiores natu et dignitate duxerit, ut soluto servitutis iugo levitatem libertatis sibi acquirat, sciat se si dives quinquaginta iuvencos redditurum, ex quibus quadraginta debentur | regi, X vero seniori servi. Si vero pauper et tenuis XII. iuvencos ex quibus X regi, duo seniori servi[32].

XXII. *De his qui liberos in servitutem redigunt.* Quoniam igitur dignum deo est et hominibus optimum, unumquemque sue industria vite cursum ducere, secundum regale decretum statutum est, ut nemo comitum vel militum posthac liberam personam servituti subdere audeat, quod si elationis audacie sue stimulatus presumpserit, sciat se totidem ex proprio compositurum. Que vero compositio inter regem et comites dividatur et cetera.

Item de eodem. Sed si quis actenus in servitute retentus, pro libertate sui tuenda iudicium legale faciens, securus extiterit, tantummodo libertate fruatur, et ille, a quo in servitute tenebatur nichil reddat.

XXIII. *De his qui alienos milites sibi tollunt.* Volumus ut unusquisque senior suum habeat militem, nec aliquis alter illum suadeat antiquum deserere seniorem, et ad se venire, inde enim litigium habet inicium.

XXIIII. *De his qui hospites alterius sibi tollunt.* Si quis hospitem cum benevolentia accipit et nutrimentum sibi honeste inpendit, quamdiu secundum propositum nutritur, non deserat suum nutritorem, nec ad aliquem alium suam deferat hospitalitatem.

XXV. *De his qui flagellantur sua querentes.* Si cuius miles aut servus ad alium fugerit, et hic miles vel servus fuga cuius lapsus est suum miserit legatum ad reducendos eos, et is legatus ibidem a quoquam percussus et flagellatus extiterit, decernimus nostrorum primatum[33] conventu, ut ille percussor X solvat iuvencos[34].

[32] László III. 22. Kálmán I. 42.
[33] A kéziratban primatuum.
[34] László III. 30.

XXVI. *De viduis et orphanis.* Volumus quidem ut et vidue et orphani sint nostre legis (sint) participes, tali tenore, ut si qua vidua cum filiis filiabusque remanserit, atque nutrire eos et manere cum illis, quamdiu vixerit promiserit, habeat potestatem a nobis sibi concessam, hoc faciendi, et a nemine iterum cogatur in coniugium; si vero mutato voto iterato nubere voluerit et orphanos deserere, de rebus orphanorum nichil omnino sibi vendicet, nisi tantum congrua vestimenta.

Item de viduis. Si autem vidua sine prole remanserit, et se innuptam in sua viduitate permanere promiserit, volumus ut potestatem habeat omnium bonorum suorum, et quidquid velit inde facere, faciat. Post obitum autem eius eadem bona ad sui redeant parentes mariti, si parentes habet, sin autem, rex sit heres.

XXVII. *De raptu militum.* Si quis militum inpudicicia fedatus puellam aliquam sine concessione parentum sibi in uxorem rapuerit, decrevimus puellam parentibus reddi, etiamsi ab aliquo vis sibi illata sit et raptor X solvat iuvencos pro raptu, licet post ea | reconcilietur parentibus puelle. Si vero pauper quis hoc vulgaris agere agreditur, componat raptum V. iuvencis[35].

XXVIII. *De fornicatoribus cum ancillis alterius.* Ut liberi suam custodiant libertatem incontaminatam, volumus illis ponere cautionem. Quisquis transgrediens fornicatur cum ancilla alterius, sciat se reum criminis et pro eodem crimine in primis decoriari. Si vero secundo cum eadem fornicatus fuerit iterum decorietur et depiletur, si autem tercio, sit servus pariter cum ancilla aut redimet se. Si autem ancilla conceperit de eo et parere non potuerit, sed in partu moritur, componat eandem cum altera ancilla.

De servorum fornicatione. Servus quoque alterius, si cum ancilla alterius fornicatur, decorietur ac depiletur et si ancilla de eo conceperit et in partu moritur, servus venundetur, ac dimidia pars precii seniori ancille detur, altera pars vero seniori servi remaneat.

XXVIIII. *De his qui petunt sibi ancillas in uxores.* Ut nemo eorum, qui libero censentur nomine, cuiquam quid iniuria facere audeat, terrorem et cautionem inposuimus, quia in hoc

[35] László I. 32. Kálmán I. 59.

regali concilio decretum est, ut si quis liber connubium ancille alterius, sciente domino ancille, elegerit, perdita libertatis sue industria perpetuus efficiatur servus.

XXX. *De his qui extra regnum suas fugiunt uxores.* Ut genus utriusque sexus certa lege et absque iniuriis maneat et vigeat, in hoc regali decreto statutum est, ut si quis protervitate preditus propter abhominationem uxoris patriam effugerit, uxor cuncta que in potestate mariti habebantur, possideat, dum velit expectare virum, et nemo in aliud coniugium cogere presumat, et si sponte nubere velit, liceat sumptis sibi congruis vestimentis et dimissis ceteris bonis ad connubium ire, et si vir hoc audito redierit, ne liceat sibi aliam ducere preter suam, nisi cum licentia episcopi[36].

XXXI. *De furto mulierum.* Cum igitur cunctis horrendum et omnibus abhominabile sit, virilem sexum repertum furtum fecisse, et magis magisque sexum femineum, secundum regalem senatum decretum est, ut si aliqua mulier maritata furtum commiserit, a marito[37] redimetur, et si secundo eandem culpam inciderit, similiter redimetur, si vero tercio, venundetur.

XXXII. *De incendiis mansionum.* Si quis per inimicicias alterius edificia igne cremaverit, decrevimus, ut et edificia restituat, et quicquid supellectilis arsum fuerit, et insuper XVI. iuvencos, qui valent XL. solidos.

XXXIII. *De strigis.* Si qua striga inventa fuerit, secundum iudicialem legem ducatur ad ecclesiam, et commendetur sacerdoti ad ieiunandum, fidemque docendam, post ieiunium | vero domum redeat, si secundo in eodem crimine invenietur, simili ieiunio subiciatur, post ieiunium vero in modum crucis in pectore et in fronte, atque inter scapulas incensa clave ecclesiastica domum redeat. Si vero tercio, iudicibus tradatur.[38]

XXXIV. *De maleficis.*[39] Ut creatura dei ab omni lesione malignorum remota, et a nullo detrimentum sui passura maneat, nisi a deo, a quo et augmentatur, secundum decretum senatus statuimus magni cautionem terroris veneficis ac maleficis, ut nulla persona maleficio quemquem hominum subvertere a statu mentis aut interficere audeat. Ast si quis vel que posthac hoc

[36] Syn. Strig 52.
[37] László III. 6—7.
[38] László I. 34. Kálmán I. 57.
[39] Megrontók.

presumpserit, tradatur in manus[40] maleficio lesi, aut in manus parentum eius, secundum velle eorum diudicandum. Si vero sortilegio utentes invenientur, ut faciunt in cinere aut his similibus, ab episcopis flagellis emendentur.[41]

XXXV. *De invasione domorum.* Volumus ut firma pax et unanimitas sit inter maiores et minores secundum apostolum: omnes unanimes estote,[42] et cetera, nec aliquis alium invadere audeat. Nam si quis comitum post diffinitionem huius communis concilii tam contumax extiterit, ut alium domi querat ad perdendum eum, atque sua dissipare, si dominus domi est, et secum pugnaverit, vel interfecerit, luat secundum, legem de evaginatione gladii confectam. | Si autem comes ibidem occubuerit, sine compositione iaceat. Si vero ille non supervenerit, sed suos milites[43] miserit, centum iuvencis componat invasionem si vero miles quis curtim vel domum alterius militis invaserit, X iuvencis componat invasionem. si vulgaris quidam alterius sui similis mansiunculas invaserit, V. iuvencis solvat incursionem.[44]

Explicit liber primus.[45]

I. *De regali dote ad ecclesiam.* Decem ville ecclesiam edificent, quam duobus mansis[46] totidemque mancipiis dotent, equo et iumento, sex bubus et duabus vaccis, XXX. minutis bestiis, vestimenta vero et coopertorium rex prevideat, presbiterum et libros episcopi.[47]

II. *De successoribus regalium beneficiorum.* Consensimus igitur peticioni tocius senatus, ut unusquisque propriorum simul et donorum regis dominetur dum vivit, excepto quod ad episcopatum pertinet et comitatum, ac post eius vitam filii simili dominio succedant.[48] Nec pro ullis causa reatus detrimentum bonorum suorum paciatur quis, nisi consiliatus mortem regis aut

[40] A kéziratban kétszer.
[41] Kálmán I. 60.
[42] Philippiekhez írt levél. II. 2.
[43] A kéziratban kétszer.
[44] V. ö. László II. 10.
[45] Külön sor initialevel.
[46] Telek, a német Hufe, Hof.
[47] Ad unamquamque ecclesiam curtem et duos mansos terre pagenses condonant Capit. Paderbrunn. 15. V. ö. László törv. I. 7. 8. Synod. Strig. I. 17.
[48] Különbség magántulajdon és tiszti birtok közt. A királyi adomány is örökös.

traditionem regni fuerit, vel in aliam fugerit provinciam, tunc vero bona illius in regiam veniant potestatem. Ast si quis in consilio regie mortis aut traditionis regni legaliter inventus fuerit, ipse vero capitali subiaceat sententie, bona vero illius filiis innocentibus inremota sint, remanentibus salvis.[49]

III. *De servis et servorum occisoribus.* Si alicuius servus servum alterius occiderit, senior homicide medietatem servi componat seniori interfecti, si potest; sin autem, peracta una quadragesima, venundetur servus et precium dividatur.

IV. *De liberatione eiusdem.* Servum liberari homicidam, si seniori placuerit cum centum et X. iuvencis aut redimat, aut tradat.

V. *De libertate servorum.* Si quis alienis servis libertatem acquirere nititur, quod[50] servi totidem mancipia solvat, ex quibus due partes regi | tercia seniori servorum; rex autem ex sua parte terciam tribuat comiti.

VI. *De furto servorum.* Si quis servorum semel furtum commiserit, reddat furtum et componat nasum V. iuvencis, si potest; sin autem abscindatur. Si absciso naso iterum commiserit furtum, componat aures V. iuvencis, sin autem abscindantur. Si idem tercio furtum commiserit, careat vita.[51]

VII. *De furto liberorum.* Si quis liberorum furtum commiserit, hac lege componere decrevimus, si semel, redimat se si potest, sin autem venundetur. Si autem idem venundatus furtum commiserit, legibus servorum subiaceat.[52]

Item de eodem. Si secundo, simili legi subiaceat, si vero tercio, dispendio vite diiudicetur.

VIII. *De compositione regis.* Si quis comitum partem regis defraudaverit, reddat fraudem et duplo componat.

IX. *De iniusta appellatione.* Si quis militum iudicium a suo comite recte iudicatum spernens, regem apellaverit, cupiens comitem suum reddere iniustum, sit debitor decem pensarum auri suo comiti.

X. *De violentia comitis.* Si quis comitum inventa aliqua occasione, quid iniuste militi abstulerit, reddat et super ex proprio tantum.

[49] Kálmán I. 20. 21.
[50] quot helyett.
[51] V. ö. László II. 6.
[52] László III. 1. 45. II. 1. 1.

XI. *De solutione mendacii.* Si quis autem militum suum spontaneum donum dicens sibi vi ablatum, mendax extiterit, et hoc careat, et insuper tantundem solvat.

XII. *De iudicio gladii.* Si quis gladio hominem occiderit, eodem gladio iuguletur.

XIII. *De debilitatione membrorum.* Si quis autem gladio evaginato alium quemlibet debilitaverit, vel in oculo, vel in pede, vel in manu, consimile dampnum sui corporis paciatur.[53]

XIV. *De gladii vulneratione.* Si quis vero gladio vulneraverit aliquem, et vulneratus de eodem vulnere sanus et incolumis evaserit, homicidii compositionem vulneris illator componat.

XV. *De gladii evaginatione sine vulnere.* Si quis furore repletus evaginaverit gladium et tamen non laeserit, pro sola evaginatione mediam homicidii compositionem absolvat.

XVI. *De testimonio seniorum*[54] *regali curiae vel civitati propositorum.* Si quis senior curti regali vel civitati praeficitur, testimonium eius inter comites recipiatur.

XVII. *De conspiratione regis et regni.* Si quis in regem aut in regnum conspiraverit, refugium nullum habeat ad ecclesiam et si quis circa regis salutem aut dignitatem quolibet modo aliquid conspiraverit, aut conspirare aliquid tentaverit, seu tentari sciens consenserit, anathematizetur, et omnium fidelium communione privetur, et si quis huiusmodi aliquem noverit et probare valens non edicaverit praedictae subiaceat damnationi.

Item si servus seniorem, si miles suum comitem interfecerit.[55]

XVIII. *De decimatione.* Si cui deus decem dederit in anno decimam deo det.[56] et si quis decimam suam abscondit VIIII. det, et si quis decimationem episcopo separatam furatus fuerit, diudicetur ut fur, ac huiusmodi compositio tota pertineat ad episcopum.

XIX. *De versutia comitum.* Si quis versutiis alicui comitum vel alteri personae fideli dixerit: audivi regem ad tuam perditionem loqui et hic inventus fuerit, pereat.[57]

[53] A bibliai talio.

[54] A bécsi kéziratban és az összes kiadásokban servorum. De az értelem szerint csak seniorum lehet.

[55] E mondatot úgy a kézirat, mint az összes kiadások az előbbi fejezet végére teszik, hol annak nincs semmi értelme.

[56] Paderbrunni Capit. 17. V. ö. László I. 30. 40. Kálmán I. 25. 65.

[57] Ez a hat pont, XIV—XIX., nincs meg az admonti kéziratban.

XX. (XIV.) *De adulatoribus.* Si quis falsum testimonium vel adulationis sermonem contra aliquos protulerit, tacereque eos deprecatus fuerit, ut astucia diaboli ad invicem eos separet, solvat duas composiciones fallacis linguae pro reatu mendacii; si uni soli adulatus fuerit, privetur lingua.

XXI. (XV.) *Ne furis testimonium recipiatur.* Si quis illorum, qui vulgo udvornich vocantur, furtum commiserit, lege (liberorum) diiudicetur; testimonium autem eorum inter liberos non recipiatur.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

VII.

A TIHANYI APÁTSÁG ALAPÍTÓ OKLEVELE. 1055.

Ez legrégibb, teljesen egykorú s hiteles irásban megmaradt oklevelünk. Nemcsak tartalmánál fogva fontos, hanem azért is, mert biztos alapot nyújt, összehasonlítás által, a Sz. Istvánnak tulajdonított, de kétes oklevelek kritikájához.

Képét nyerjük belőle, minő egy akkor alapított klastromnak birtoka, gazdasága, familiája. És szembetünő, minő kezdetlegesek, szegényesek e viszonyok a későbbi századokban hamisított vagy kiigazított oklevelek adataihoz képest.

Nevezetes ez oklevél úgy is, mint a magyar nyelv legrégibb emléke. Szamota István (A tihanyi apátság 1055-iki alapító oklevele. Bp. 1895) 58 magyar szót állított össze e textusból, sőt egy egész mondat csaknem tisztán magyar szavakból áll.

Eredetije megvan a pannonhalmi levéltárban. Fejérpataky László barátom szivességéből az ő pontos másolatát használhattam. Szövegünkben az egyes sorok is fel vannak tüntetve.

A tihanyi apátság alapitó oklevele. 1055.

In nomine sancte et individue trinitatis Andreas dei annuente clementia Pannoniorum invictus rex | quum nonnulli mortalium plerumque hebetati mente, sive per ignaviam, seu

per negligentie culpam, sepissime etiam per saecularis rei curam, non multo post tempore perituram | que viderant et audierant oblivionis levitatibus inscii, immemoresque, crediderunt doctores philosophi, patresque nostri quam plurimi consilio prudentia suaque invenerunt industria, ut quicquid humane filii propaginis ratum fieri decernerunt, per manus scriptorum iugi studio litterarum memoriis commendarent, ne per cariosam vetustatem posset deleri apud posteri successores evi. Id ergo quia utile ipsis visum est et bonum, cunctis modernis sapientibus | utilius id ipsum videatur et optimum. Unde itaque christianissimus sceptrifer Andreas iussu auctoritativo sub cartali testamento huius privilegii exarari | edixit thomo praesente seriatim monstrante,[1] quicquid ad ecclesiam sancte Marie, sanctique aniani episcopi et confessoris, in loco qui vulgo dicitur tichon super balatin, prosua | et coniugis, filiorum filiarumque et omnium parentum suorum vivorum sive defunctorum salute tradidit, in terris cultis, et incultis, in vineis, in agriculturis, in servis in | ancillis, in equis, in bubus et ovibus, et porcis, in apibus et ipsarum custodibus et in ornamentis eiusdem ecclesie, honori pertinentibus. Tradidit enim inibi gloriosus prefatus | rex locum prescriptum in qua eadem insula scilicet fundata est ecclesia cum suis terminis, quorum nomina sic adnotantur. Est lacus in circuitu et vallum ab antiquis labore | manuum operatum, quicquid intra hec continetur in piscationibus, in arundinetis, ibi pertinentia sunt. Est in eodem lacu locus qui vocatur petra cum ceteris | inibi pertinens. Et hoc notum sit cunctis, quod omnia que illa clauduntur in insula, in fructectis, in cumulo, et in omnibus[1] — vineas ibi pertinentia sunt, prata autem regalia | que ad villam hunc insula proximam adiacent ad eadem ecclesiam sunt pertinentia. Est et portus super lacum eundem similiter pertinens. Rivulus[2] namque, qui dicitur fuk[3] fluens de prefato lacu, habet super se in loco in quo transitus est populorum aliquando per pontem, sepe etiam per vadum, et hic ibi pertinet. Locus est alius qui dicitur huluodi procedens ab eodem lacu | qui totus ibi apendet, et ab eodem huluodi quicquid est usque ad monticulum, et ex hoc usque ad lacum turku, qui medius ad populum, medius autem pertinet ad ecclesiam, et

[1] Itt egy szó teljesen olvashatatlan.

[2] E szó fölött kereszt.

[3] Siófok.

hic | extenditur usque ad zakadat inde ad magnam viam, ex hinc usque ad angulum aruk, et postea usque ad seg, ac deinde ad Vrsa, inde vero ad magnum lacum. Preter hunc est | alius locus foeno habilis et aptus inter Zilu kut et Kues kut, ibidem pertinens. Similiter pertinet ibi alius locus, Kerthel nomine ad fenum utilis. Rursus est | locus pertinens ad prefatam ecclesiam, qui incipit ab eodem lacu bolatin, cuius est vocabulum Koku zarma, tendens usque ad magnam viam, que dirigitur in Keuristue, | et inde iterum ad iam sepe praenominatum lacum. Quecumque autem continentur infra hec, sive insule, seu feno habiles terre, seu prata procul dubio eiusdem sunt ecclesie preter hec servi ecclesie illius cum terra et cum piscationibus, quam prius cum ceteris populis possidebant, ibidem pertinent. Arbusta autem quam plurima per circuitum iacentia | eidem domo dei de parte praenoti regis per ministrorum suorum manus sunt designata. Inter Sekuveieze, et viam que ducit ad portum, sive in piscationibus seu in arun- | dinetis eidem ecclesie adpendent. Cum his que praescripsimus est alius locus in eodem bolatin inter putu uveieze et knez, ad sanctam pertinens ecclesiam cum suis piscatio | nibus et arundinetis. Preter ista locus est cognominatus lupa, ubi sunt arbores diversi generis, cumulo et pratis, ibi similiter cum suis redditibus adpenden | tia, et hinc circumiacent tria alia loca ad fenum secandum non parum apta inibi adpendentia. Alias est villa que, vocatur gamas, in qua habet praefata ecclesia terram | que duabus continetur viis, quarum una vocatur Ziget Zadu, altera magna, que simul ad sanctum clementem terminantur. Silva autem quam ibi rex habebat circumquaque campis ibi adiacentibus ad prefatam pertinet ecclesiam. Exceptis his que praenotata superius videntur. Alius locus qui gisnav dicitur | hec talibus terminatur confiniis, iuxta fizeg munurau kereku, inde uluves megaia, post monarau bukurea, hinc ad fizeg azaa, deinde ultra | fyzeg ad brokinarea, et exinde ad publicam viam que, protelatur usque ad kurtuelfa, inde vero ad hurhu, hinc usque ad aliam viam, que ducitur iterum ad monorau kereku. Quecunque enim his confiniis continentur[4] — ad iam predictam ecclesiam pertinentia sunt. Adhuc[5] autem est locus mortis dictus, | cuius incipit terminus a sarfeu eri itur ea, hinc Ohut cutarea, inde ad Ohut cutarea, inde ad

[4] Egy szó kitörve.

[5] E szó fölött kereszt.

holmodi rea, postea gnir[6] uwege holmodia rea et exinde mortis uuasarakuta | rea, ac postea nogu azah feherea, inde ad castelic[7] et feheruuarurea meneh hodu utu rea, post hec petre zenaia hel rea. Cum his est alias villa | que vocatur fotudi, in qua habet eadem ecclesia terram arabilem, que concluditur his terminis. Magnavia inde aruktue que vallis usque ad Kangrez | viam extenditur, queque tendit usque ad leansyher indeque ad arukfee post ad luazuholma postea ad viam que, ducit ad kaztelic. Quicquid his terminis | continetur similiter ecclesiae prefate adpendet, ex alia parte, est locus et terra arabilis cum pratis que ibi similiter designata est a ministris regis. Infra | terminos huius ruris silva est que habet vadum(?) ad portum ecli usque ad fidemsi, exinde ad magnam viam que ducit ad aruktue hinc vero ad caput | petre posthec ad bagat mezee, et exinde ad asauuagi. Continet hec silva quam plures parvulas piscinas que omnes sunt prescripte ecclesie, preter tres, quarum due, sunt regis, tercia namque sancti Michaelis.[8] Opoudi et lopdi regis sunt. Sique vero sunt arbores fructifere sive nonfructifere | eidem pertinent ecclesie cum his que prono(tavim)us est locus ad pascua equorum qui habet inicium ad viam baluuana in parte orientali exinde ad utu (?) posthec ad eleuni humuk, inde ad harmu ferteu, postea ad ruvoz licu, indeque ad harmuhig, inde ad iohtucou, post hec | ad babu humca, inde vero ad oluphobrea, postea ad cuest, inde per medium aque que vocatur culun ex qua ad fekétekumuc, hinc enim ad fuegnes humuc, postea ad cues humuc, posthec ad gunusara hinc usque ad Zakadat, ac deinde ad serneholma, posthec ad aruk | que ducitur usque ad baluuan. Hec loca quicquid in se in frutectis, in arundinetis in pratis continent, huic domui dei adpendent. | Cum omnibus que iam prescripta sunt addidit bonus rex eidem sante ecclesie, terciam partem forensis tributum de sumig et cum eo similiter | terciam partem in thelena cum portu et tributu, Addidit etiam lacum segisto. Ad servicium quoque divinum strenue et indefesse per | agendum, sed et ad laudem ac sanctorum venerationem monachorum gregem ibidem congregavimus, quibus et necessaria queque ad victum potum seu vestitum | forent ex regali habundantia administravimus, ne in dei

[6] Két betü kivakarva.
[7] Szintén.
[8] Veszprémi püspökség.

servicio tepescant, ut vacandi occasionem habeant. Ne autem in processu temporum super his que, ad honorem Christi et ibi degencium sibique famulantium sustentacionem ad praefatam ecclesiam contulimus aliqua paciantur calumpniam, singulatim cuncta in praesenti | cartula notarii manu adsignata habentur. Sunt igitur aratra XX. cum LX. mansionibus. Vinitores cum vineis XX., equites XX., piscatores X., agasones V., bubulci III., pastores ovium III., subulci II., apinarii II., coquinarii II., sutores II., fabri II., aurifex I., dolatores II., molen | dinarii cum molendinis II., tornator I., vestimentorum ablutor I., cerdo I., ancille X., preter hec sunt emissarii XXXIIII., cum subditis equabus Uacce C., oves septingente, porci C., Apium vasa L., Preterhec ad necessaria fratrum per singulos annos constituimus de armento regali L. poledros. Inter omnes namque sunt servorum ecclesie, mansiones C.,XL. Hec omnia libera donatione ad praefatum coenobium contulimus, et ne quis per succedentium temporum | curricula aliquid ex his defraudare vel retrahere audeat interminando detestamur. Siquis autem malo depravatus consilio istius decreti trans | gessor repertus fuerit, sequestratus a deo perpetua feriatur vindicta et XII. libras auri persolvere cogatur. Et ut hec descriptio rata atque incon | uulsa permaneat sigillo nostri impressione signavimus, fidelibusque nostris corroboranda tradidimus

† Signum Benedicti archiep.
† Signum Lazari abbatis.
† Sig. Gilconi comitis.
† Sig. Zache comitis palatii.
† Sig. Lutovic comitis.
† Sig. Viti comitis.
† Sig. Helie comitis.
† Sig. Fancel comitis.
† Sig. Cupan judicis.
† Celu minister.

Andreas
(P. H.)
Rex

† Signum Mauri episcopi.
† Sig. Clementis ep.
† Sig. Nicolai ep.
† Sig. Woiteh comitis.
† Sig. Ernei comitis.
† Sig. Martini comitis.
† Sig. Andreae comitis.
† Sig. Nane agasonis.
† Sig. Preca insertoris.

Anno salutifere incarnationis unici numinis celi septemplicis universeque creationis Mill. L. V. feliciter | regnante praefato victoriosissimo principe, anno regni sui VIII. et cum eo nobilissimo duce B(ela) conscriptum est hoc privilegium a beatissimo praesule Nicolao qui tunc temporis vicem procurabat notarii in curia regali consignatumque manu regis, | iam sepe prescripti praesentibus testibus.

Az oklevél hátán egykoru kézzel:

De ecclesiasticis sanctae marie scilicet sancti aniani quia refundere omnes non potuimus subscripsimus autem hinc | VI. planete[1] et VI. albe, cum amictis et stolis, atque cum manipulis et capitulum dalmatice, et II. subtilia, I. curtina, | linea, calices aurei scilicet tres | duo candelabra argentea. Unum thuribulum aureum et una crux erea deaurata. Pallia XII. duo missales, unum nocturnale, duo gradalia,[2] ampula argentea, una scutella argentea, et salinum argenteum. Unum cocleare argenteum in pecia duo. Et baccinia duo. Adiunxit quoque piissimus rex pro necessitate eccle atque forum | bezprenensis mercati tributum videlicet suam partem in cacabis et comenibus (?) in ydriis etiam in omnibus ferramentis.

[1] Planeta = casula, papi ruha, szintugy az alba, amictus, stola és dalmatica.

[2] Edény.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

VIII.

SZ. LÁSZLÓ ELSŐ TÖRVÉNYE.

I. László király első törvénye egyuttal első emlékünk, mely feltünteti a törvényhozó országgyülés alkotó részeit. Egyházi és világi gyülés egyaránt. A királylyal tanácskoznak a birodalom püspökei, apátjai és jobbágyai, de határozataikhoz hozzájárul az egész nép.

Nagy Károly korára emlékeztető viszonyokra mutat, hogy ez a gyűlés egyaránt foglalkozik egyházi és világi ügyekkel. Bár legtöbb határozata egyházi érdekü, a világi tárgyak sincsenek kizárva. Igy a 42. és 43. czikkelyek tisztán birósági ügyekben döntenek. A gyűlésnek neve »szent zsinat«. Elnöke maga az »igen keresztény király«.

Már némi nyoma van e törvényben a VII. Gergely-féle egyházi reformnak. Coelibatusról még szó sincs, de a papokat arra kötelezi, hogy csak hajadonokat vehessenek nőül és eltiltja őket a második házasságtól.

Elrendeli az izmaeliták megkeresztelését (9). Megtiltja, hogy zsidó keresztyén nőt vehessen nőül, vagy keresztyén szolgát tarthasson (10). A pogány szertartások követőjeire — aránylag csekély — birságot szab (22). Rendezi a dézsma ügyét. Az erre vonatkozó határozatokból látjuk, hogy a len és kender termelése hazánkban akkor már el volt terjedve.

A törvény legrégibb kézirata a bécsi 3455. számu XV. századi codexben található.

Incipit prologus.

Regnante creatore et salvatore nostro domino Jesu Christo anno incarnacionis cius MXCII. XII. Kalend. Junii, in civitate Zabolcz sancta synodus habita est, presidente christianissimo Ungarorum rege Ladislao, cum universis regni sui pontificibus et abbatibus, nec non cum cunctis optimatibus, cum testimonio totius cleri et populi, in qua sancta synodo canonice et laudabiliter decreta hec inventa sunt.

1. *De bigamis presbiteris et diaconibus.* Bigamos presbiteros et diaconos et viduarum et repudiatarum maritos iubemus separari, et peracta penitentia ad ordinem suum reverti, et qui noluerint illicita coniugia dimittere, secundum instituta canonum debent degradari, separatas autem feminas parentibus suis iubemus reddi, et quia non erant legitime, si voluerint liceat eis maritari.

4. *De consensu episcoporum nolentibus separari ab illicito coniugio.* Si quis autem episcopus aut archiepiscopus ab illicitis coniugiis separari nolentibus, aut consensum praebuerit, aut ecclesiam dederit, aut aliquid, quod ad ordinem pertinet agere permiserit, a rege et episcopis, secundum quod racionabile videtur eis, diiudicetur, si vero archipresbiter ignorante episcopo, et per consilium illius in tali vicio permanserit, iudicio episcopi voluntario subiacebit.

5. *De dote ecclesiarum non expleta.* Quicunque ecclesiam deo edificaverit, et dotem nominaverit, nominatam non dederit, ad illud explendum transmisso nuncio prevaleat episcopale iudicium, cui si quis contradixerit, et contradicendo verberaverit, ipse regali iudicio subiacebit.

7. *De restauratione desolatarum ecclesiarum propter sedicionem.* Ecclesias propter sedicionem desolatas aut combustas, iussu regis parochiani restituant. Calices vel vestimenta ex sumptu regis dentur, libros episcopus provideat.

9. *De negociatoribus quos Ismaelitas appellant.* De negociatoribus quos appelant Ismaelitas, si post baptismum ad legem suam antiquam inventi fuerint redivisse, a sedibus suis separati ad alias villas transferantur, illi vero qui inculpabiles per iudicium apparuerunt, in propriis sedibus remaneant.

10. *De coniugio christianorum et Judeorum mulierum.* Si Judei uxores christianas sibi associaverint, aut aliquam personam christianam in servicio apud se detinuerint, ablate ab eis libertati reddantur.

11. *De negligentia ecclesiarum in dominicis.* Si quis in dominicis diebus vel in maioribus festivitatibus ad ecclesiam non venerit parochialem, verberibus corripiatur, si vero ville remote fuerint, et ad ecclesiam parochianam villani venire non potuerint, unus tamen ex eis nomine omnium cum baculo ad ecclesiam veniat, et tres panes et candelam ad altare afferat.

13. *De interfectione adultere.* Si quis uxorem cum alio viro adulterante necaverit, deo racionem reddat, et si voluerit aliam ducat, si vero ex propinquis aliquis femine in eum insurrexerit, quod iniuste interfecisset, iudicio discuciatur et illud a vicinis eorum omnimodis investigetur, si in despectione et contemptu apud virum suum esset, aut aliqua suspicio fornicacionis de illa prius orta fuisset, et hoc secundum quod racionabile videtur diiudicetur.

15. *De negligencia festivitatum ob negocium.* Si quis in dominicis diebus vel in maioribus festivitatibus ecclesiam negligens mercatum frequentaverit, equo careat.

17. *De hospitibus.* Si quis hospes clericus in hanc patriam sine commendaticiis litteris episcopi sui venerit, ne forte monachus aut homicida fuerit, iudicio sub testimonio discuciatur.

18. *De coherencia clericorum.* Si quis clericus in hanc patriam veniens, alicui episcoporum vel comitum adheserit, et eum dominus suus bene habuerit, et secundum quod cum eo conveniet, tractaverit, si discedere ab illo voluerit, nequaquam discedat, donec prius de iniusticia sibi illata in audiencia regis declamaverit.

19. *De sprecione propriarum ecclessiarum.* Si derelicta ecclesia villani alias transiverint, pontificali iure et regali mandato, unde transierunt ibi redire cogantur.

22. *De ritu gentilium.* Quicumque ritu gentilium iuxta puteos sacrificaverit, vel ad arbores et ad fontes et lapides oblaciones obtulerit, reatum suum bove luat.

27. *De laboribus Iudeorum in festivitatibus.* Si in die dominico aut aliis maioribus festivitatibus Judeum laborantem

aliquis invenerit, ne scandalizetur christianitas, cum quibus instrumentis laboraverit, illa amittat.

29. *De testibus iudicii ferri et aque.* Quociescumque vel aqua vel ferro iudicium factum fuerit, intersint ibi tres idonei testes iureiurando probati, qui et innocentis innocenciam et e contra culpabilis culpam perhibeant: presbiter de ferro duas pensas et de aqua unam pensam accipiat.

32. *De carnis dimissione.* Latini: qui Ungarorum consuetudini legitime consentire noluerint, scilicet postquam Ungari carnes dimiserunt, ipsi iterum in secunda et tercia feria comederint, si se nostre consuetudini meliori non consentire dixerint, quocunque voluerint eo vadant. Pecuniam vero, quam hic acquisierunt hic relinquant, nisi forte resipuerunt, et carnes nobiscum dimiserint.

35. *De satisfactioae meretricum vel strigarum.* Meretrices et strige, secundum quod episcopo iuste visum fuerit, ita diiudicentur.

41. *De decimationem negantibus.* Episcopus accipiat decimacionem in omnibus, sed eo tenore: pristaldus episcopi interroget possessorem annonarum seu bestiarum quantum habeat: si vero crediderit, accipat hoc quod dixit, si autem non crediderit, faciat illum iurare, et accipiat. In annona vero commixtum non accipiat, sed separatim. Si vero post iuramentum dominum annone quis alienus periurium dixerit, preter pristaldum episcopi, ante pristaldum et comites numeretur annona. Si culpabilis inventus fuerit dominus annone, ei autem decima pars detur, et novem partes dentur episcopo. Si autem ipse qui insurrexerat mendax erit, eodem iudicio persolvat culpam. Si non habuerit unde se redimat, solus vendatur exceptis liberis. Decimacio autem tota colligatur usque ad nativitatem domini. Filius qui in domo patris est, seu filius, seu servus non separetur, sed simul dent decimacionem cum patre, a filiis vero aut servis qui per se habent domos, accipiant decimam de omnibus que habent. Si autem contumax aliquis interrogatus decimam noluerit indicare pristaldo episcopi, tunc pristaldus coram idoneis testibus designat, quantum videtur esse instum.

Linum vel canabum quantum potest pugillus digitis pressis ad terram premere, accipiat. Si trituratam annonam invenerit, si decem idrie fuerint, nihil accipiat, si viginti vel plures, accipiat decimam partem.

42. *De litigatoribus venientibus ad regale palacium.* Si quis nobilium seu militum in curiam causa licium veniens ad regale palacium cum suo litigatore non steterit, et regio nuncio vocatus sine regis licencia domum perexerit, racionem perdat, et insuper si quid ab eo abstulerit, dupliciter reddat.

43. *De spretu sigilli regis vel iudicis.* Si quis autem regis sigillum super aliquem proiciens, et ipse in curiam venire neglexerit, racionem perdat et quinque pensas persolvat, et quociescunque renovaverit, tocies quinque pensas persolvat. Si vero iudicis sigillum proiciens non venerit, centum nummos solvat.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IX.

SZ. LÁSZLÓ MÁSODIK TÖRVÉNYE.

László uralkodásának elején sem szünt meg egészen az a törvénytelen, a személy és vagyon biztosságát veszélyeztető állapot, mely örökségül maradt a lefolyt, majdnem félszázadon át tartó polgárháborúk után. Mint az előbbi törvényben, ebben is különösen a tolvajlás ellen hoztak szigorú, szinte drákói intézkedéseket. Maga a törvény régibb keletü az elsőnél, és, mint bevezetéséből kitűnik, a király távollétében készült. A törvényhozók a birodalom »optimates«-ei, tehát első sorban világi urak voltak. A törvény hatása mégis kiterjeszkedik az egyházi rendre is, melyet tolvajlás esetén ép oly keményen sújt, mint a világiakat. Csak a deákokat itélik enyhébben; azokra kisebb lopás esetén csak a mester virgácsa vár (11. czikk). Nevezetes, hogy először e törvényben találunk a kivitelre és annak megszorítására vonatkozó határozatokat. A határőrzéssel megbízott ispán elveszti méltóságát, ha megengedi, hogy a király engedelme nélkül kivigyenek az országból ökröket és lovakat (15). Külföldi kereskedő pedig csak a királyi poroszló előtt vásárolhat lovat vagy más egyebet, és csupán annyit, a mennyire engedelme van a királytól (16).

Ezen törvény is legrégibb kéziratban a bécsi, XV. századi codexben maradt reánk.

1. Temporibus piissimi regis Ladisclavi omnes nos regni Pannonici optimates in Monte sancto fecimus conventus, et quesivimus qualiter malorum hominum impedirentur studia et gentis nostre expedirentur negocia. Primo omnium iureiurando constituimus ut qualiscunque proximus principum reperiretur in furti culpa ultra precium gallinarum, nullatenus possit abscondi vel defendi a quolibet eorum. Placuit quoque ut iste fur, nisi ceciderit in ecclesiam, suspendatur, et omnis familia depereat. Et si inprudencia eius qui ceperat eum, evaserit in ecclesiam vel in curiam regis vel ad pèdes episcopi, careat qui non cavit vendicacione furti, si de manu fideiussoris evaserit, de patibulo quidem liberatus, verum tamen cum eodem fideiussore in aliam regionem venumdetur, et bona ipsius regali fisco vendicentur.

2. *De furto servi.* Si servus fur inventus fuerit, non possit precio commutari nasus eius nisi ceciderit in ecclesiam vel in curiam regis vel ad pedes episcopi. Et si ceciderit, careat custos eius vendicacione furti. Si vero secundo captus fuerit, suspendatur.

3. *De ligacione furis.* Si quis autem furem ligaverit, habeat potestatem eum ligandi et ducendi ad iudicem, sive iuste sive iniuste ligaverit. Si autem eum ligare si quis prohiberet, persolvat LV. pensas, et eandem noxam reddat in ligamine.

4. *De purgacione furti.* Si quempiam denique tota villa furem esse proclamaverit, probetur iudicio unde si mundus apparuerit, persolvat solummodo unam pensam presbytero. Si autem reus, omnis substancia eius vindicetur regi, unde detur IV. pars villanis. Si vero aliquem personaliter furem esse proclamaverit, accipiant unam pensam. Si eutem una pars accusaverit furem, alia vero defenderit, non recipiatur corum defensio • et probato fure iudicio, si culpabilis fuerit inventus, non habeant partem in quarta parte vindicacionis.

5. *De inquisitione furtive rei.* Si quis vestigia sequitur furtive rei, nuncium premittat in villam, in quam dirigunt vestigia ne excutiendo bestias suas, perturbent villani vestigia sequenda. Quod si contumaciter fecerint, perditas res persolvant. Si autem priusquam nuncius venerit villani excusserint bestias suas, tum investigatores perscrutentur singulas domos ut ipsis placuerit. Si cui perierit res, eat cum testibus idoneis investigare rem, ubi putaverit esse et si prohibitus fuerit, prohibitores probentur iudicio, et si culpabiles effecti fuerint, pereant ut fures. Si vero

mundati, propter prohibicionem quinquaginta quinque pensas persolvant. Si autem instinctu comitis sui milites investigacionem impediverint, pro ipsis quinquaginta pensas comes persolvat, et post hec probetur iudicio.

10. *De nobili vel milite invadente.* Si quis nobilium vel militum alterius nobilis domum invaserit, et ibi pugnam fecerit, et uxorem eius flagellaverit, si tantam substanciam habuerit, due partes eiusdem substancie pro reatu commisso dentur, tercia uxori filiisque suis remaneat. Si autem substancia defuerit, raso capite ligatus et flagellatus circa forum ducatur, et sic vendatur. Alii vero qui cum illo erant liberi reatum suum LV. bizanciis redimant, servi vero eadem pena dampnentur ut dominus eorum. Servi vero alieni qui ad hanc pugnam insciis dominis convenerint, venumdentur, et dimidium precium pro reatu detur, dimidium vero ad dominos illorum redeat.

11. *De furto clericorum.* Ordo clericalis si anserem et gallinam, aut poma vel hys similia furatus fuerit, scopis tantum a magistro corrigatur. Sed quod furatus est restituat. Maius hys si furatus fuerit, ab episcopo suo degradetur et iudicio vulgari damnetur.

12. *De libero in furto reperto.* Si quis liber X denariorum precium furatus fuerit, suspendatur, minus decem denariis si furatus fuerit, furtum duodecies reddat, et unum bovem persolvat. Servus autem si tale furtum fecerit, duplum reddat, et unum bovem persolvat. Servus autem si tale furtum fecerit, duplum reddat et nasum amittat. Servus profugus si alicubi in furto deprehensus fuerit obcecetur et ideo ne suspendatur nec lingua abscindatur decernimus, ut si postea dominus suus eum invenerit, requirat per eum siquid perdidit.

13. *Ut nulli negociatorum liceat emere vel vendere equos vel boves nisi quantum ei necesse fuerit capitulum.* Nullus mercator in aliquo huius terre confinio equum aut bovem vendere vel emere presumat, sed equum solummodo sibimet ad expedicionem necessarium, aut boves ad arandum aptos si voluerit emat.

14. *De vendicione equorum vel boum sine licencia.* Si quis equum ad vendendum sine licencia regis in confinium duxerit, equus ab eiusdem confinii comite auferatur, vel equi dominus in carcerem mittatur, donec testimonio comitis sui comprobetur et

si reus extiterit, sicut fur pereat, sin autem liber et sospes evadat et equum quem adduxit amittat.

15. *De privacione honoris comitum.* Comites confiniorum si equos vel boves ultra fines huius patrie sine licencia regis vendi permiserant, comitatus honore priventur, custodes ergo confiniorum, qui vulgo Ewri vocantur, si absque sciencia comitum tale quid consenserint, libertatem amittaut si pauperes fuerint, illis vero custodibus qui presunt, si in culpa eadem rei inventi fuerint, cum omnibus que habuerint pereant. Soli filii et filie in libertate permaneant.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

X.

SZ. LÁSZLÓ HARMADIK TÖRVÉNYE.

Sz. István törvényei oly állapotokat akartak létesíteni az országban, minők a keresztyén országokban már megvoltak. Ezért sok czikkelyök egyenesen más, nyugoti országok törvénykönyveiből van átvéve; honi viszonyoknak és elnevezéseknek pedig alig találjuk bennök nyomát.

Midőn a keresztyénség és a királyság már meg kezdett gyökeresedni, az ellentét a nemzet és uralkodója között nem volt többé oly éles, a törvényhozás jobban tekintetbe vehette a tényleges viszonyokat és a nemzeti élet szükségeit. Az a törvény, melyet a törvénykönyv I. László III. decretumának nevez, a legrégibb azok között, melyek valóban hazai jogfejlést tükröztetnek vissza, minden kimutatható idegen hatás nélkül.

E törvényről Büdinger (Ein Buch ungarischer Geschichte) kimutatta, hogy nem László idejében készült, hanem jóval előbb, Salamon uralkodása kezdetén. Erre nézve különösen az »usucapcionibus«-ról szóló 27. cz. a döntő. Csakugyan szinte lehetetlen, hogy László király korában elrendelték volna a Béla király kora óta, tehát legalább 15 év óta használt bitang jószágok visszaadását. Pauler Gyula érvelése ez ellen (M. n. tört. I., 566. l.) épen nem meggyőző, mivel ezt a nehézséget nem oszlatja szét.

De különben is igen kezdetleges viszonyokat ismerünk meg e törvényből. Ez az, melyben előfordul a Karchas

biró összeirása (2. cz.), mi még szinte pogánykorbeli viszonyokra emlékeztet. Az egész akkori magyar társadalomnak hű rajza ez és történeti tekintetben egyike legfontosabb és legbecsesebb emlékeinknek.

Kár, hogy nem hiteles szövegben, hanem egy átíró hibáival s megjegyzéseivel maradt csak meg a bécsi XV. sz. codexben.

1. *De centurionibus comitatuum et decurionibus.* Hoc decreverunt, hanc legem constituerunt:

Ut nuncius regis per omnes civitates dirigatur, qui congreget centuriones et decuriones eorum qui vulgo Ewri vocantur, cum omnibus sibi commissis, et precipiat eis, ut si quem furti culpabilem sciant, ostendant, et qui pro culpabilibus ostensi fuerint, si quod non sint culpabiles iudicium portare voluerint, iudicium detur illis. Quosque nominaverint Ewri, illi parciantur sub decenario numero, quorum unus pro decem portet iudicium, qui si fuerit salvus, reliqui novem salvi fiant. Sin autem, novem portent iudicium unusquisque pro se, ille autem qui pro novem iudicium portaverit, ipse etiam pro se portet aeque iudicium.

Post hec inquiratur a cunctis optimatibus et populo, si quam villam sciant furto diffamatam, et si quam dixerint, dicat nuncius regis villanis, ut quos fures sciant in villa, illos reddant. Quos autem reddiderunt, si iudicio se velle defendere dixerint, ne prohibeantur. Sed qui fures multo antea auditi fuerant, illis nequaquam detur iudicium.

Preterea eiusdem ville villani per decem et decem dividantur, et decimus pro novem portet iudicium. Si fuerit ipse mundus, reliqui novem mundi sint. Si culpabilis, sicut supra diximus, unusquisque pro se portet, decimus autem qui pro novem portaverat, ipsemet aeque iudicio probetur.

Deinde nuncius regis de villa in villam vadat, sciscitando a villanis, ut ubi furem sciunt, monstrent, notum eciam faciat, tocius Ungarie principes sacramentum fecisse, quod neque furi parcant, neque celent eum, ipsi quoque similiter faciant, et si rustici dixerint iusiurandum se velle observare, tunc ostendant fures, ubi sciunt. Sed si postea aliquis fures celasse eos accusaverit,

et ita periuri inventi fuerint, pro commutacione lingue decem pensas solvant, et cannonice peniteant.

2. *De his qui servientem aliorum detinent.* Precipimus eciam, ut idem regis nuncius palam faciat omnibus tam nobilibus, quam ignobilibus, imprimis episcopis, abbatibus, comitibus, postea vero minoribus:

Qud a tempore regis Andree et ducis Bele, et a descriptione iudicis Sarchas nomine, apud quemcumque aliqui civium vel illorum, qui dicuntur Ewnek, vel servi detinentur, in assumpcione s. Marie omnes regi presententur. Quod si quis forte detinuerit, dupliciter reddat, vel is qui defendere voluerit, in predicta festivitate veniat ad curiam et defendat.

Veniant et illi omnes qui dicuntur Wzbech ad curiam in eadem festivitate et secundum quod regale iudicium ordinaverit, postmodum ratum permaneat, et quisquis ultra terminum predictum aliquem illorum, quos tum reddi precipimus detinuerit, dupliciter reddat, et quinquaginta quinque pensas propter transgressionem solvat, et si qua suspicio de illo qui alterius rem detinebat habita fuerit, eo quia ille que retinuerat, fur et latro diffamabatur, ipse expurget se iudicio. Si culpabilis fuerit, ut fur ipse diiudicetur.

Illi qui dicuntur vulgo Wzbech, cuicunque persone adheserint, representent eos regi in assumpcione s. Marie virginis, quod si quis transgressus fuerit, bis totidem reddat, et insuper propter legis fracturam quinquaginta quinque pensas adhibeat.

3. *De Palatino comite.* Placuit eciam, ut si aliquando Palatinus comes domum iverit, regis et curie sigillum, qui in vice eius remanserint, illi dimittat, ut sicut regis una est curia, et ita unum sigillum persistat. Domi vero comes idem quamdiu permanserit, super neminem sigillum mittat, nisi super eos duntaxat qui vocantut udvornik, et qui spontanea voluntate iverint ad eum, illos ei liceat iudicare, quod si aliter fecerit, quinquaginta quinque pensas solvat. Similiter et ducis comes, qui super alios quam suos iudicaverit, eadem sentencia corrigatur.

13. *De collectoribus furtivarum rerum.* Rerum furtivarum collector, quem vulgariter joccerydech[1] dicunt, quidquid colligit, ad civitatem eiusdem p[illegible]vincie congreget, et regis agaso et comitis

[1] A kéziratban ioccedeth.

eiusdem civitatis in suburbio stabulum faciat, ubi usque ad festivitatem sancti Michaelis archangeli quidquid pecorum collectum est, servatur. Due partes fugitivorum hominum ioch scilicet donentur regis pristaldo, tercia pars comiti et usque ad pronunciatam festivitatem sancti Michaelis, quando dividuntur, nuncius episcopi decimam partem accipiat; a festivitate sancti Martini usque ad festivitatem sancti Georgii congregentur oves et boves, et simili modo dividantur, et si iterum rerum fugitivarum collector, quem dixi, hoc transgressus fuerit, exceptis filiis et uxore eius, cum omni substancia perdatur, si comitis collector fugitivorum liber fuerit, simili modo dispendatur, si servus, comiti auferatur. Si regis fugitivorum collector de his que collegit, aliquid denegaverit, alicui dederit, tam qui recipit, quam qui dederit, ambo perdantur et si quis ei quidquam de talibus negaverit, quantum negavit, duodecies reddat.

15. *De his qui decretum regis spernunt.* Quicunque vero regis et principum decreta fregerit, si episcopus est, secundum voluntatem regis diiudicetur, si comes, a comitatu degradetur, si centurio, honore privetur, et insuper quinquaginta quinque pensas solvat, miles consimiliter quinquaginta pensas solvat.

21. *De usucapcionibus.* Usucapciones capiantur a festo s. Georgii usque ad festum s. Joannis Baptiste, et ducantur in civitatem, teneanturque usque ad festum sancti Michaelis, ac presententur assidue in mercatu, ut si quispiam suam repererit personam, redimat nonaginta denariis, equum duodecim, bovem quinque, ex quibus due partes regi, tertia comiti tribuantur. Si vero usque festum s. Michaelis inventi non fuerint, dividantur predicto modo. Tamen nullo pacto vendantur vel celentur, sed tantum labore eorum utantur. Si collector vendiderit vel celaverit, triplum reddat, ipseque decem pensas persolvat, comes vero si itidem fecisse probabitur, quinquaginta quinque pensas persolvat. Simili modo iubemus, ut qui usucapciones tenuerint a tempore regis Bele, usque ad festum s. Stephani dimittant.

28. *De his qui domi fecerunt pugnam.* Si qui domi pugnaverint, et ad iudicem non venerint, nil querat iudex. Si venerint ad ius eius, fiat libitum, quod si concordati aliquid iudici inde dederint, terciam sibi, duas partes regi servet.

XI.

SOMOGYVÁRI MONOSTOR ALAPÍTÓ LEVELE. 1091.

A somogyvári klastrom alapító levele mintája azon kiváltságoknak, melyeket a »királyi« klastromok élveznek. E kiváltságok mellett azonban nagyon előtérbe lép a királynak kizárólagos védelmi és rendelkezési joga is. Épen ez oklevélben annál feltünőbb a királyi jogok hangoztatása, mert az alapítás a pápai követnek, Teuzo biborosnak, jelenlétében történik.

Ezen új klastrom a legszorosabb viszonyba lép a déli francziaországi St.-Gilles-i nagy klastromhoz. Tagjai nem is lehetnek, csak francziák, irja Albericus Trium Fontium a XIII. század közepén. Maga az oklevél is Francziaországban maradt meg. Kiadta Menard, Histoire civile et eccl. de Nimes, utána közölte Fejér is. C. D. I. 468. Waitz György, a híres tudós, szives volt velem a kézirat több változatát közölni, egy XIII. századi lyoni kézirat után.

Universalis et catholica sancta mater ecclesia e diversis partibus unigeniti filii Dei sanguine unita, caritativa compassione per omnes orbis fines diffundere volens, notificat tam praesentibus quam futuris, se esse auctam in Pannoniae partibus una regalis abbatia MXCI. anno dominicae incarnationis, indictione VIII. regnante Logescelao gloriosissimo eiusdem regionis rege. Locus autem ille, im quo Deus preelegit sibi sanctam fundari ecclesiam, non habentem maculam nec rugam, vocatur Sumich, nobilissima urbium terrae; quam cum territorio suo predictus rex, audiens opinionem meritorum beati Egidii confessoris ad honorem sancte et individue Trinitatis et beatorum apostolorum

Petri et Pauli et S. Egidii confessoris, pro redemtione anime sue, et antecessorum suorum, et omnium fidelium christianorum, in presentia dompni Odilonis abbatis, prelibatis apostolis Petro et Paulo et beato Egidio dedit, et ipsi abbati et successoribus suis ad regendum tali tenore:

Ut quicunque ad finem seculi Sumichiensis abbas fuerit, abbati, qui tunc temporis fuerit in monasterio S. Egidii in valle Flaviana,[1] obedientiam veram promittat, et usque in finem vitae suae teneat. Preterea vero ipse elegantissimus rex, antecessoribus suis non se inferiorem iudicans, ea conditione et tam perpetuo iure libertatis supradictam fundavit ecclesiam, ut post Deum et Sanctos eius, in quorum honore dedicata est, eiusdem ecclesie abbas ipsum solum audiat, soli inclinet, ipsum in omnibus necessitatibus tutorem et iudicem suarum rerum tantummodo cognoscat, salvo episcopali iure. Atrium autem eiusdem ecclesie, ad quod omnes tam in vita, quam in morte, qualibet necessitate circumventi aufugere debent, chriseianissimus rex taliter consecrari fecit, ut omnes illuc pro tutamine fugientes, tam corporis quam animi solamina reperiant, et sui vel suarum rerum preiudicium non sentiant. Quapropter, sicut regale est monasterium, ita omnium bonorum consensu regalis est prohibitio, ne quis mortalium, preter ipsum regem, super res Ecclesie iudicare presumat. Atrium vero si quis, quod absit, violaverit, legem patrie persolvat in undecuplum. Quod si quis contra Deum et Sanctos eius, et contra regalia decreta aliquid ex his, quae dicta sunt, preter atrium nefario auso violenter temeraverit, ex precepto prefati regis, quod audacter presumat, restauret, et insuper L. marchas cocti auri persolvat. Dator istius precepti rex Logescelaus. Testes, qui cum eo fuerunt: Dux Lambertus frater eius, Dux David consobrinus[2] Geroscelaus filius regis Ruthenorum, gener ipsius;[3] Almanus Vesprimiensis episcopus, Comes palatinus Petrus et comes Acha; Michael, Seraphin, Copan capellani eius, Rodbertus de Goslaria spatarius eius,[4] Arnulfus legatus ipsius; receptores vero istius doni vel precepti sunt isti: Teuzo sancte romane ecclesie legatus; dompnus Odilo S. Egidii Abbas; Monachi qui adfuerunt: Petrus prepositus, qui

[1] St. Gilles Languedocban. Nimes közelében.

[2] Salamon király fia. Képes Krónika.

[3] Jaroszláv a kievi nagyfejedelem fia.

[4] Kardhordó.

postea primus inde abbas effectus est, Rostagnus Rainonis; Petrus Arinarius; Ugo et Daniel capellani eius; duo diacones, Petrus et Rostagnus; Petrus Camerarius; Dalmacius decanus; Raimundus Felicis; Bernardus Amaria; Rainaldus Arvei; Maimbaldus et Arveus et alii quam plures.

Hic subscribuntur singulatim honores supradicto monasterio ab ipso rege donati: *Sumich*, cum territorio suo; ecclesia eiusdem loci cum servis et territorio suo; Pincinaticorum villa cum servis et territorio suo; villa Sancti Georgii cum servis et territorio suo; villa currualis cum servis et territorio suo; villa vinitorum cum servis et territorio suo; triginta vineas cum vinitoribus suis; in LX. vineis medietatem, cum vinitoribus suis, domus CCC. servorum et C. militum domus.

Ego frater ille promitto stabilitatem meam, et conversionem morem meorum, et obedientiam coram Deo et Sanctis eius; secundum regulam S. Benedicti, in hoc monasterio S. Egidii, salva obedientia in omnibus et subiectione monasterii S. Egidii in Valle Flaviana siti, in presentia dompni P. abbatis. Notum sit omnibus. Sumichiensis coenobii fratribus tam presentibus quam futuris, insuper et omnibus christianis. Dompnum Odilonem, abbatem S. Egidii, et consensu Dompni Petri, eiusdem loci abbatis, et fratrum ibidem degentium hanc professionem in predicto cenobio observandum perpetuo iure confirmasse, et sui impressione sigilli, sub eodem anathematis vinculo, inviolabiliter decrevisse. Quam si quis maligno zelo ductus temerario ausu violare presumserit, et predictum cenobium ab unitate capitalis nostri segregare voluerit, cum Dathan et Abiron se dampnare sciat. Ut autem hoc edictum indissolubile permaneat, a predictis patribus sancitum est, ut nullus omnino monachus de monasterio S. Egidii vallis Flavianae, sine litteris commendatitiis et sigillo confirmativo in Sumiciensi congregatione recipiatur. Et idem decretum de Sumiciensibus apud S. Egidium observetur.

Huius edicti testes et confirmatores sunt: dompnus Odilo abbas S. Egidii; dompnus Petrus abbas Sumicensis; Dominus Teuzo cardinalis; dompnus Petrus abbas S. Martini; dompnus Petrus abbas Tichonensis; Petrus Prior, Petrus decanus; Laurentius decanus, Petrus Minerbensis, Mainerius et Johannes, capellani dompni Odilonis abbatis; frater Odo, huius decreti scriptor et ceteri fratres.

XII.

DECRETUM COLOMANNI REGIS AB ALBRICO COMPILATUM.

Kálmán király 1100 körül Tarczalban hozott törvénykönyvével nyeri betetőzését a magyar állam újjáalapítása, a keresztyénség, a királyság és a megye alapján.

A törvényt a király hozza, a birodalom főembereivel és egész senatusával. A törvényt a király köztanácsával, communi concilio, adja ki. Egyházi és világi ügyekről egyaránt rendelkezik; az egyházi vagyont még a királytól függő állapotban mutatja be.

Bevallott czéljok, István törvényeinek átdolgozása, enyhítése. László törvényhozását nem is említik, hanem tudatosan mellőzik.

A közigazgatás és pénzügy rendezése, a bíróságok megalkotása, az örökösödés és a honvédelmi kötelesség átalakítása, az egyházi fegyelem szigorítása csak legfontosabb részei e decretumnak, mely sokoldalúságánál és intézkedéseinek bölcseségénél fogva, azon kor törvénykezési emlékei közt, tán legelső helyen áll. Kiterjeszkedik a birodalom egész lakosságára, rendre való tekintet nélkül és még a rabszolgákról sem feledkezik meg.

E törvényünket sem birjuk teljes authentikus formában. Alberich nevű pap szerkesztette Szerafin érsek felszólítására, de maga is bevallja, hogy »e nép nyelvében kevésbbé jártas«. Még nagyobb baj, hogy csak igen késői, XV. századi másolatban maradt meg a bécsi codexben.

Kálmán király törvénykönyvéből. Bevezetés.

Dei Gratia Seraphin[1] Archipraesuli, divinarum igne virtutum ardenti, Albricus, quamvis unus ex minimis, tamen servus Sanctitatis nuncupatus, in palacio coelestis contemplationis.

Quoniam fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis[2] sed sufficientia nostra ex Deo est, cum spiritualis gratiae inspiratio mentem tuam coelestis sapientiae thesauro ditaverit, et quam plurimis exsertio ad didascalici meriti lucidas contubernii tui officinas, quasi totidem gemmis ornaverit, haud parum ingenioli mei reformidat rusticitas, dum me, ut ita dicam elinguem, ac pene totius urbanitatis extorrem, iubes, o presul, regalium instituta collationum recolere, vel Senatoria totius regni decreta ieiuna oratione recapitulare. Neque enim ad regalia consilia me consultricis prudentiae inculta provehit materies, nec tenuis rei, stantem pro foribus intromittit despecta pauperies. Quia vero obedientiae eligo magis operam dare, quam caritati omnia speranti aliquid denegare, malo etiam ultra vires obtemperando praesumere, quam praesumptuose minime obtemperare. Quamvis enim imperitia mea dictandi non praestet facundiam, caritas tamen obedientiam non negat. Porro non in hoc opere proprii arbitrii vestigia figo, verum praeviis alieni itineris nisibus insisto, ob quam videlicet causam, si quid in errabundo vestigio liberius evagatus meus deviaverit calamus, non ambigo quam facilis apud te sit veniae locus, que res pigram etiam impellit huius consilii moram. Sed sunt fortasse nonnulli, qui sine rationis circumspectione, idem unde sermo est, consilium turzollinum[3] autumant esse superfluum, minus provide asserentes, antiquis dicentes potius piorum insistendum esse relatibus: quorum profecto quam frivola, quamque sit inconsulta coniectura, non est supervacuum pauslisper commemorare. Quia hi regni detractores magis proprio consulunt

[1] 1095—1104 esztergomi érsek. Knauz, Monum. Eccl. Strigon. I. 68.

[2] Korinth. II. 3. 5.

[3] A corpus iurisban Vercellinum áll. De ez csak magyar zsinatra vonatkozhatik, nem pedig az 1053. évi vercelli-i zsinatra. Az egyik kézirat curzollinum, a másik turzollinumot mutat. Legnagyobb valószinüség szerint Tarczal, nem pedig Vencsellő, mint sokan a Vercelli-t magyarázták, vagy Kartal, mint Pauler véli.

arbitrio quam communiter regni provectui administrando. Nam quis ambigat a sancto patre nostro Stephano, viro quippe apostolico, legem populo nostro datam, in quibusdam austeriorem, in quibusdam vero tolerabiliorem, in his quoque intensius vindicantem, atque in aliis remissius indulgentem; nec quemquam tamen absque disciplinae verbere dimittentem, cum praedestinationis tempus nullum adhuc verum adduxisset fidei sponsorem, nec hoc quidem praeter divinae destinationis respectum credere nefas est. Nam cum tempore praedicti patris, universum regnum eius barbaricis inservierit cultibus, ac rudis coactusque Christianus contra commonitorem Sanctae fidei stimulum adhuc recalcitraret, adhuc contra poenitentialia ultricis virgae verbera remorderet, opere precium fuit, ut sanctae disciplinae coactio, infidelibus quidem ad conversionem fidei, sed conversis fieret ad iustitiam poenitentiae. At christianissimus rex noster Colomanus, Columbinae gratiae simplicitate, cum omni virtutum discretione praeditus, postquam vidit adultam fidem perfectae religionis robur accepisse, legalis vinculum catenae cogitavit relaxare prudenter, utpote indignum esse propendens, si iam spontaneum fidei militem, legalis poenae timor torqueret, quam nec ipsa mors ab agnitae iam confessione veritatis absterrere potuisset. Hic nimirum cum videret propter civilia bella usque ad tempus illius ingravescentia, paternis traditionibus iam magna ex parte solutis, Regni consilium labefactari, Curiae[4] honorem vilescere, timens, ne miles, insolens pacis, domesticus tamen virtutis hospes, irrevocabilis fieret iniquitatis, Regni principibus congregatis, totius Senatus consultu praefati regis sanctae memoriae Stephani legalem textum recensuit, de quo, si rem consideres, nihil comminuit, sed auxit, non tamen quasi fundator, sed supraedificator. Quatenus primitiva plantaria, salubri veluti respersionis infusione irrigata, percipiant iustitiae incrementa. Et ille quidem destructor fuit infidelium, iste rectae conversationis augmentator in iustificatione; ille lorica fidei populum induerat, iste terrenae ambitionis superfluenta, cingulo iustitiae praecingebat; ille gladio spiritus verbi Dei perterruit: iste galea salutis decoravit. Postremo hunc uterque regum finem rebus imposuit, ut dum debita ultrix poena filios perditionis consumeret, filios praedestinationis refoveret.

[4] A királyi udvar.

Non enim sine causa rex gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram, eius qui malum agit. Nam principes non sunt terrori boni operis, sed mali.[5] Quis enim est, qui noceat vobis, si boni emulatores fueritis? Hactenus haec. Contra supradictos autem huius concilii detractores, de singulis capitulis, quae ab re esse mentiuntur, possem etiam scribendo satisfacere, nisi epistolaris ego sermonis modum excedens, modestiae tuae (o praesulum decus) aures timuissem fastidire, possunt tamen illa ex his colligi, quae moderata satis brevitate praescripsi. Verumtamen tu Domine,[6] qui in huius populi linguae genere, minus me promptum consideras, si quid calamus a suscepti itineris transite declinaverit, tua quaeso in me solita benevolentia et supervacua reseces et imperfecta suppleas, errata corrigas, commode dicta paterna gratia provehas, et antequam in aures prodeant publicas curae tuae digitum dignanter imponas, et quae tuo dumtaxat doctissimo digna constitui examine tuo etiam iudicio a detrahentium munientur livore.

1. Placuit regi et omnium concilio ut dotis cuiuslibet possessiones monasteriis sen ecclesiis a beato Stephano rege disposite inconvulse remaneant et cetera.

2. Quia populus noster magnis sepe tam vie quam inopie laboribus pregravatus pro qualibet necessitate curiam regalem adire non potest, bis in anno, id est in festivitate apostolorum Philippi et Jacobi, et in octavis sancti Michaelis, synodum in uno quoque episcopatu celebrari constituimus, in qua tam comes et comites, quam reliquorum magistratuum potestates ad suum episcopum conveniant, ad quam quicunque eciam sine sigillo vocatus non venerit, reus iudicii erit.

14. Nullus presumat secularis iudicis sigillum clerico dare.

15. Quia eo minus videtur valere curia, quo minus suppetunt necessaria, ne nostra habundancia in eius superfluat penuria, placuit omnes piscinas, preter quas sanctus Stephanus donaverat, sumptui regali reddere, quia indignum erat nobis recedentibus curialem nobiscum honorem recedere, ubi prestat nos venientes copiam honoris invenire.

[5] Róm. 13. 3.

[6] E részt a corpus iuris 1628-iki kiadása imádságnak tekinti, pedig világosan az érsekhez szól, kinek a mű ajánlva van.

16. Similiter decrevimus piscinas monasteriis vel ecclesie datas alias quidem reddere, sed necessariis cottidiano fratrum usui relinquere, nullas vero nisi superfluas auferre.

17. Vinee, mansiones, terre, a regalibus quibuslibet date, perseveranter his quibus dabantur, permaneant.

18. Silvas ecclesiis datas minime aufferri concedimus.

19. Veteres coloni eiecti, terram non habentes alibi ad suam revertantur. si terra eorum data est monasteriis vel ecclesiis, et ipsi aliam habent, hoc inviolabiliter ita permaneat.

20. Possessiones quelibet a sancto Stephano date, humane successionis quoslibet contingant successores vel heredes. possessio vero ab aliis regibus data de patre descendat ad filium. qui si defuerint succedat germanus, cuius filii eciam post mortem illius non exheredentur. germanus autem predictus si non inveniatur, regi hereditas deputetur.

21. Hereditas empticia nulli heredi auferatur, sed tantum eadem testimonio confirmetur.

22. Iudicium ferri et aque in aliqua ecclesia fieri interdicimus, nisi in sede episcopali et maioribus preposituris, nec non Posonii et Nitrie.

25. De tributis autem vectigalibus sicut comitibus terciam partem dare decrevimus, ita decimam quoque episcopis censemus. quia cum tam novi quam veteris testamenti pagina decimas dandas esse proclamet, incautum et inconsultum est, si instituta sanctorum presumamus infringere, que summa pocius devocione debemus adimplere.

33. Mercatores, ob id solum ut ditescant venialium rerum dediti studiis, pristina duplicent tributa. pauperes vero qui de mercato vivunt, persolita tributa persolvant.

36. Quando rex vel dux in comitatum aliquem intraverit, tunc legalis equus exercitualis prestetur. qui si quo casu mortuus fuerit, XV. pense domino equi donentur. si vero aliquomodo, sed non usque ad mortem lesus fuerit, predicti precii pars dimidia pro equo reddatur.

Si magna fama in marchiam intraverit, comes nuncios duos, equis exercitualibus quatuor ad regem dirigat. qui cum proprio cibo illuc pervenientes, precium viatici sui a Palatino comite exigant, et tantundem ad reditum suum. si vero equi illorum

mortui vel lesi fuerint, tot pense quot supra diximus pro equis reddantur. sed si sani redeant, pro una via exercituali deputetur.

37. In quamcumque civitatis megam rex digrediatur, ibi iudices duos megales cum eo comigrent, qui contenciones populi illius discreto examine dirimant. et ipsi, cum clamor populi ingravescat, a comite Palatino diudicentur.

39. Omnibus interdicimus tenere quemquam de civilibus ad fugam facientem absque regis licencia. at si quis tenuerit, quasi legis fracturam emendet.

40. Comites si propria in villa suos liberos habuerint de quibus equos accipere, et centum pensas possint colligere, loricatum unum regi de sumptu illo procurent. si vero quadraginta pensas, militem absque lorica educent. ac si minus, suis hoc propriis usibus reservent.

41. Si rex aliquem vagum servum alicui donaverit, hic medium caput eius tondat. quod si non fecerit, decem pensas amittat. cui si uxorem dederat, eciam illam cum eo perdat.

42. Quicunque absque regis licencia vagum tennerit, quinquaginta quinque pensas solvat. et si apud dominum quidquid sit furatus, dominus a crimine iudicio purgetur. et qui fideiussor eius fuerat, illum ostendat, idemque si inculpatus fuerat, eandem legem persolvat, quam retentor eius. et si non habet, propriam libertatem amittat.

45. Denarii octo, qui de liberis singulis colligebantur, a modo non accipiantur. de civilibus hebdomadariis octo denarios precipimus colligi, inter quos scilicet si quis liber, non a rege, sed ab ipsius civibus. si autem liberi, qui regi per fines eorum transmigranti equos, currus subductorios et servicia stipendiaria suppeditabant, quatuor denarios persolvant. et similiter liberi, qui cum eis cohabitare consenserint, antea exeant.

46. Si quis Ismaelitas in ieiunio seu comestione, porcine quoque carnis vescencia, vel in ablucione aut in quolibet sue secte facinore deprehenderit, Ismaelite regi deputentur. qui vero eos accusabat, de substancia eorum partem accipiat.

47. Unicuique ville Ismaelitarum ecclesiam edificare, de eademque villa dotem dare precipimus. que postquam edificata fuerit, media pars ville Ismaelitarum villam emigret, sicque altrinsecus sedeant, et quasi unius moris in domo, nunc nobiscum in una eademque ecclesia Christi in divina unanimiter consistant.

48. Ismaelitarum vero nullus audeat filiam suam iungere matrimonio alicui de gente sua, sed nostra.

49. Si quis Ismaelitarum hospites habuerit, vel aliquem in convivium erogaverit, tam ipse, quam convive eius de porcina tantum carne vescantur.

57. De strigis vero que non sunt, ne ulla questio fiat.

58. Mulieres partum suum necantes, archidiacono oblate penitenciam agant.

59. Raptus mulierum episcopus seu archidiaconus diiudicet.

60. Malefici per nuncium archidiaconi et comitis inventi iudicentur.

61. Adulteri episcopo vel archidiacono adducti, debitis penarum iudiciis deputentur.

67. Bigami et viduarum vel repudiatarum mariti a coniugiis cessent illicitis, vel a cleri excludentur consortiis.

70. Nullus qui in clero estimatur vestibus utatur laicalibus, utpote fisso pellicio vel tunica sparsa, manica gilua, rubra stragula vel viridi clamide, caliga seu cappa, calceo picto vel sericato. camisia quoque tunica et serico in pectore, non conserantur nodis vel fibulis, sed amplexentur collum quasi.

73. Sepulture Christianorum non nisi in atriis ecclesiarum fiant.

74. Nullus Iudeus christianum mancipium emere vel vendere audeat, ant in suo servicio tenere sinatur. nunc vero qui habet, si interea datis induciis non vendat, amittat.

75. Agriculturam autem si quis eorum habet, paganis hanc mancipiis exerceat. possessiones quidem Iudei qui possunt emere, habeant, sed ipsi nusquam nisi ubi sedes episcopalis est, manere sinantur.

76. Nullus habitancium in Hungaria adiacentibus Hungarie regionibus hungaricum equum emere audeat. quod si quis emeret, ac ut eum furatus sit sibi impositum fuerit, infra Hungariam, et usque ad fines Hungarie tantum causam sue excusacionis protendere ei liceat. cum vero equi venditorem in extranea querere voluerit patria, non illuc ire permittatur, sed ferri iudicium portet. si reus apparuerit pro fure iudicetur, si mundus non ut fur teneatur, sed precio quo emerat solummodo careat.

77. Nemo servum in genere Hungarorum, vel quemlibet in Hungaria natum alienigenam, nec ancillam, exceptis lingue alterius servis, qui ab aliis ducti sunt regionibus, vendat. nec aliud

animal preter boves masculos extra Hungariam vendere vel ducere audeat. quod si quis comitum infringeret, aut honore suo privetur, aut duas rerum suarum partes amittat, tercia vero substancie porcio uxori atque heredibus suis remaneat.

78. Quisquis comitum in comitatu suo terciam ubique partem habeat de tributo. rex vero ad plenum de tributo omnium similiter duas partes habeat.

79. Singuli comites per quemcumque suorum voluerint denarios, qui per universas Hungarie partes colliguntur, quantum super unò quoque centurionatu fuerit collectum, nominatim sub certo scribentes numero, Strigonium usque ad festum sancti Michaelis mittant. neque prius rege comites vel centuriones partem accipiant, sed in eodem loco, videlicet Strigonii, fiat omnium parcium divisio. si quis autem usque ad tempus presignatum nummos illos cum pleno numero non attulerit, dupliciter reddat.

82. Egressuri de Hungaria a thelonariis tam regis quam comitis, qui exitus tenent, sigillum querant. quod thelonarius regis ab una parte cum sigillo comprimat, ab altera parte thelonarius comitis figura comitis sui concludat. si quis absque tali sigillo egredi temptaverit, ut legis prevaricator quinquaginta pensas persolvat.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XIII.

SYNODUS STRIGONIENSIS PRIOR.

Kálmán koráig az egyházi törvényhozás a világitól nem volt elválasztva. A királyság első századaiban hozott törvénykönyveink e tekintetben megfelelnek a frank kapituláreknak. Az egyházi szervezet kifejlődése, a hierarchikus szellem terjedése azonban nálunk is maga után vonta a külön egyházi, zsinati törvényhozást. Ennek ez a zsinati törvény az első emléke. Idejét pontosan meg nem határozhatjuk, de tartalmából azt következtethetjük, hogy még Kálmán uralkodásának első évtizedében tartották. A világi törvénynél, mely sok egyházi ügyre is kiterjeszkedik, azonban mindenesetre későbbi.

A szorosan vett egyházi fegyelmen kivül kiterjeszkedik a házassági perekre, a házasságtörésre, a leányrablásra is, mely ügyek mindig egyházi hatóság alá tartoztak. A papok házasságát még elismeri (31), csak a püspökökre nézve tesz kivételt (11). A püspök rendelkezési jogát szerzett vagyona felett, egyháza érdekében megszorítja (12). Az apátokat alárendeli a püspököknek (36). Az egyházi rend megerősödését mutatja, hogy kötelezővé teszi a kanonokoknak a latin beszédet (5), és meghagyja, hogy tudatlant ne szenteljenek fel papnak (6). A pogányság utolsó nyomainak eltörlését aránylag enyhe büntetésekkel igyekszik elérni (5). Megtiltja, hogy a pap keresztelésért vagy temetésért valamit követeljen (43).

Nagyon szigoruan intézkedik a tolvaj, korcsmalátogató és részeges papok ellen. Eltiltja, hogy nem szabad, vagy polgárembert ura engedelme nélkül tanítsanak, vagy kispapnak bevegyenek (65).

Mindamellett a királyi főhatalom még rendületlenül fennáll. A zsinat összes végzéseinek végrehajtására a királyt szólítja fel.

E czikkelyek a Pray codexben (Nemzeti Muzeum) maradtak fenn, a XIII. század első feléből eredő kéziratban.

In primis interpellandus est rex:

1. ut cause clericorum vel ecclesiasticarum rerum canonice finiantur.

2. ut omni dominico die in maioribus ecclesiis evangelium et epistola et fides exponantur populo, in minoribus vero ecclesiis fides et oratio debita.

3. ut omnis populus in pascha et pentecosten et natale domini penitenciam agat et communicet, clerici vero in omnibus maioribus festis communicent.

5. ut canonici in claustro et canonici in curia literatorie loquantur.

6. ut ydiote[1] presbiteri non ordinentur, qui vero ordinati sunt, discant, aut deponantur.

7. ut nullus aliquid de ritu gentilitatis observet. qui vero fecerit, si de maioribus est XI dies districte peniteat, si autem de minoribus septem dies cum plagis.

9. si quis pro facinore commisso iniunctam penitenciam negligens, ab episcopo excommunicatus in eadem perversitate obierit, in cimiterio ecclesie non sepeliatur, nec a presbiteris.

12. episcopos si tres partes de acquisitiis ad utilitatem ecclesie fideliter contulisse videtur, liceat ei agere de quarta quod volnerit.

13. episcopi qui iam obierunt, neque ecclesie sue providerunt, sed tantum filios suos ditaverunt, placuit inde medietatem auferre

[1] Tudatlan, irásban járatlan.

et ecclesie reddere. monasteria vero talium in potestatem succedentis episcopi transeant, et faciat quod inde melius visum fuerit.

17. ecclesia non consecretur, si dos et terra prius non dantur.

23. quicumque ad titulum ordinatus est vel cum professione susceptus, non privetur ordine vel honore, nisi super certis criminibus iudicio canonico. sed neque ipse recedere audeat, nisi forte ad maiorem promoveatur gradum, quod eciam episcopus suus benigne debet consentire.

31. presbiteris uxores, quas in legitimis ordinibus acceperunt, moderacius habendas provisa fragilitate indulsimus.

32. qui in diaconum vel presbiteratum sine matrimonio adepti sunt, uxorem ducere non licet.

33. uxores episcoporum episcopalia praedia non inhabitent.

34. si quem episcopus excommunicaverit, hoc regi et fratribus suis datis litteris indicet.

38. ut abbates raro de monasteriis egrediantur, neque ad regem, neque ad remotas possessiones sine consciencia episcopi pergant, verum tamen diucius immorari non debent.

abbates parentibus suis non plus quam ceteris pauperibus solacium faciant. quod si abbas inventus fuerit bona monasterii dissipasse aut dispersisse, ipse deponatur, et substancia illa ecclesie reddatur.

46. nichil legatur neque cantetur in ecclesia, nisi quod fuerit in synodo collaudatum.

60. Judei servos vel ancillas neque proprios neque venales, neque mercennarios Christianos habere audeant.

65. si quis alterius servum vel servientem talem, qui domino suo sine ipsius voluntate alienari non potest, ant quemlibet de civili populo literas docuerit, seu clericum fecerit, absque consciencia et confessione[1] domini sui, ipsum redimat et insuper quinquaginta pensas persolvat.

[1] Tán concessione helyett.

XIV.

COLOMANNI REGIS REFUTATIO INVESTITURAE EPISCOPORUM.

Kálmán király uralkodása elején még meglehetős távol tartotta magát a pápai széktől és befolyástól, bár nem folytatta azt az erős ellenzéket, melyet elődje, László király, VII. Gergely utóda ellen kifejtett, és melyet II. Orbán pápa 1095. jul. 27-iki levelében oly éles szavakban ítélt el.

Közeledést köztük leginkább Dalmáczia elfoglalása hozott létre. A dalmata városok papsága szorosan ragaszkodott a szent székhez; a magyar uralomnak pedig ott a papságra kellett támaszkodnia. Épen Spalato érsekségének betöltése alkalmával tűnt ki, milyen nagy az eltérés a pápai és a magyar felfogás között a püspökök kinevezése dolgában. (Paschalis pápa levele 1102—1103. Fejér: C. D. II, 32., 36., 37.) Az a kizárólagos kinevezési jog, melyet a magyar királyok István óta gyakoroltak, nem maradhatott épen a keresztyénségben uralomra jutott reformiránnyal szemben.

Ezért Kálmán, az 1106-ban tartott guastallai zsinathoz intézett iratában maga lemond ezen kizárólagos jogról. Akkor teszi, midőn IV. Henrik halálával a pápaság nagy ellene kidőlt. Teszi saját szántából, a kényszerítésnek még látszata nélkül is, fenntartva méltóságát és befolyását.

E. refutatió ki van adva Mansi, Concilia XX. kötet. 1211—1212. lap.

Refutatio investiture episcoporum, quam fecit rex Ungarie ad mandatum pape.

Denunciamus vobis pater venerande, nos legi divine subditos, ac secundum eam vobis servire paratos, unde et investituram episcoporum hactenus a maioribus habitam, et si quem in electione huiusmodi minus canonice retroactum est, de cetero deo volente cavebimus.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XV.

SYNODUS ALTERA HABITA SUB COLOMANNO REGE.

E zsinat határozatai jelölik a cluny-i reform főköveteléseinek, különösen a papi nőtlenségnek, befogadását a magyar egyházi életbe. A 9. czikk megtiltja, hogy a püspök ezentúl olyant avasson diaconussá, ki önmegtartóztatást nem fogadott. A 10. cz. pedig azt a papot, ki feleségével él, eltiltja az oltártól. Végrehajtva azonban ez a törvény nem volt; egészen a XIII. század végeig folyton küzdenek a pápai legatusok és a zsinati határozatok a papok házassága ellen. (Guidó pápai legatus 1267. 1., 17., 18., 19. Budai zsinat, 1279. 9. 10. cz.).

Az első esztergomi zsinat még a királyt kéri fel rendelkezéseinek végrehajtására; a második már a pápai tekintélyt ismeri elsőnek. Annak meghagyására rendeli el a mindennapi imádságot a királyért s birodalma megmaradásáért. (1. cz.) De a király iránti hűséget nemcsak ez által tanusítja, hanem azon végzése által is, hogy kiátkozza azt, ki bármi módon összeesküszik a király ellen (2. czikk). E végzésből is következtetni lehet arra, hogy e zsinatot akkor tartották, midőn a Kálmán és Álmos közti viszály tetőpontját érte, 1112—1115 közt, talán Cono pápai legatus elnöklése alatt.

Nevezetes az utolsó pontja, mely a házasság kötését szabályozza és előírja, hogy csak a templom színe előtt

kötött frigyet tekinti az egyház törvényes házasságnak. Ha e pont nem későbbi betoldás, úgy hazánk a házassági jog e formulázásában messze megelőzte északnyugoti szomszédjait, hol csak a század végén rendelték el a házasságkötés ezen alakját.

Kiadásunk a Pray-codexben levő, a XIII. század első feléből eredő kéziraton alapul.

1. Ex auctoritate Apostolici pro regis nostri salute et regni eius stabilitate in omnibus cotidie ecclesiis orandum censemus et districte precipimus.

2. ut si quis contra regis salutem aut dignitatem quolibet modo aliquid conspiraverit, aut conspirare aliquid temptaverit, seu temptandi sciens consenserit, anathematizetur, et omnium fidelium communione privetur.

7. ut si quis uxorem exosam habens sponte se servituti subdiderit, ut ab exosa separetur, uxor eum salva libertate sequatur, aliter innupti permaneant.

8. ut clerici bigami et viduarum ac repudiatarum mariti, temporalibus ecclesie beneficiis et cunctis dignitatibus ecclesiasticis priventur.

9. ut nullus episcopus aliquem promoveat clericorum ad diaconatum vel ultra, nisi prius continenciam voverit, et si uxorem habuerit, ex eius fiat consensu idem promittentis.

10. ut nullus coniugatus presbiter aut diaconus altari deserviat, nisi prius uxori concedenti et continenciam voventi locum separatum et necessaria vite temporalis provideat, et secundum apostolum, habens quasi non habentem se esse intelligat.

13. ut villa in qua est ecclesia, ab ecclesia longius non recedat, quod si recesserit X pensas persolvat et redeat.

16. placuit sancte synodo, ut omnis coniugalis desponsacio in conspectu ecclesie, presente sacerdote, coram ydoneis testibus aliquo signo subarrationis ex consensu utriusque fieret, aliter non coniugium, sed opus fornicarium reputetur.

XVI.

OTTONISI FRISINGENSIS EPISCOPI GESTA FRIDERICI IMPERATORIS. LIBER I.

Ottó freisingi püspök (meghalt 1158) a középkori történetirók között első sorban áll, és méltán. Annál fontosabb, hogy az ő tollából birjuk Magyarország akkori belső állapotának leirását. Ezen leirás hitelességét és irójának jól értesültségét nem szabad kétségbe vonnunk, hisz szerzője a II. keresztes hadjárat alkalmával maga is átutazott hazánkon és különben is, mint Henrik osztrák herczeg testvére, nagy érdekkel kisérte az itteni állapotokat és viszonyokat. Épen ez a rokoni összeköttetése a Babenbergekkel s magokkal a Hohenstaufokkal okozza, hogy épen nem tekinthető részrehajlatlannak és elfogulatlannak. Azt a történeti momentumot örökíti meg, melyben a Kálmán intézményei alapján megerősödött Magyarország teljes nemzeti különállásban áll szemben a már feudális alapon szervezett Németországgal. Bizonyára épen a közjogi, alkotmányos és társadalmi viszonyok ez a teljes különbözősége birta reá a püspököt a magyar viszonyok tüzetes jellemzésére. Ez a jellemzés úgy is nevezetes, mert tán az első hasonló nemű a középkor egész történeti irodalmában.

Kiadásunk műveinek a Monum. Germ. Hist. XX. kötetében közölt editióján alapul. Az illető hely a Gesta Friderici Imp. I. 31. fejezetében található.

30. fejezet végén: Rex autem Ungarorum,[1] dampnum sibi a Teutonicis illatum graviter ferens[2] ducem Noricum[3] habere suspectum hostem denunciat, exercitumque maximum per totam regni sui latitudinem colligit. Sed antequam de egressione huius gentis dicamus, breviter quaedam de ipsius terrae situ, nationisque ritu praelibanda videntur.

31. Haec enim provincia, eo quod circumquaque sylvis et montibus et praecipue Appennino clauditur, ex antiquo Pannonia dicta,[4] intus planicie campi latissima, decursu fluminum et amnium conspicua, nemoribus diversarum ferarum generibus plenis conserta tam innata amoenitate faciei laeta, quam agrorum fertilitate locuples esse cognoscitur, ut tanquam paradisus Dei vel Aegyptus spectabilis esse videatur. Habet enim pulcherrimum, ut dixi, naturaliter spectaculum, sed et barbarae gentis ritu moenium vel aedium rarum ornatum, terminosque non tam montium vel sylvarum, quam cursu maximorum fluviorum septos.

Attingitur ab oriente, ubi Sawa famosus fluvius Danubio recipitur, Bulgaria, ab occidente Moravia et Orientali Teutonicorum Marchia, ad austrum Croatia, Dalmatia, Hystria vel Carinthia, ad Septentrionem Boemia, Polimia, Ruthenia.[5] Inter austrum et orientem Rama, inter aquilonem et item orientem Pecenatorum et Falonum maximam venationum copiam habente sed vomere ac rastro pene experte campania. Crebras vero barbarorum irruptiones passa, haud mirum, si moribus et lingua agrestis manet et insulsa. Num primo, quod alibi latius a nobis dictum est,[6] Hunorum, qui iuxta Jordanum[7] ex incubis et meretricibus orti fuerant, direptioni patuit, postmodum Avarorum crudis et immundis carnibus vescentium conculcationi, ad ultimum Ungarorum a Scythia egressorum, qui et adhuc eam incolunt, relicta est possessioni.

[1] II. Géza.

[2] Pozsony várának elfoglalását béke idején, meglepés által.

[3] Henrik osztrák herczeg. (Jasomirgott).

[4] Rosz etymologia.

[5] Szembetünő a világtájak megjelölésében egy körülbelül 45°-nyi tévedés. Bolgárország, Ottó szerint, keletre, a besenyők s kúnok földje északkeletre, Ráma délkeletre fekszik Magyarországtól. E tévedésnek valószinü oka az, hogy az Al-Duna folyását a bécs—váczi vonalrész egyenes folytatásának tartották, és igy azt vélték, hogy a folyam egyenesen keletre tart, nem pedig délkeletre.

[6] Chronicon, Liber IV. 16. pont.

[7] De rebus Geticis 24. pont.

Sunt autem praedicti Ungari facie tetri, profundis oculis, statura humiles, moribus et lingua barbari et feroces, ut iure fortuna culpanda, vel potius divina patientia admiranda sit, quae, ne dicam hominibus, sed talibus hominum monstris, tam delectabilem exposuit terram. In hoc tamen Graecorum imitantur solertiam, quod nullam rem magnam sine crebra et longa auscultatione agrediuntur. Denique cum vilissima in vicis vel oppidis ibi, id est ex cannis tantum, rara ex lignis, rarissima ex lapidibus habeantur habitacula, toto aestatis vel autumpni tempore papiliones inhabitant. Ad curiam regis sui singulis ex primoribus sellam secum portantibus conveniunt[8] ac de suae rei publicae statu pertractare et discutere non negligunt; hyemis algore in domiciliis, quae habent, id ipsum facientes.

At omnes sic principi suo obsequntur, ut unusquisque, ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed et occultis susurris lacerare nefas arbitretur. Hinc est, ut cum praedictum regnum per 70 vel amplius divisum sit comitatus,[9] de omni iusticia ad fiscum regium duae lucri partes cedant, tertia tantum comiti remaneat,[10] nullusque in tam spacioso ambitu, rege excepto, monetam vel theloneum habere audeat. Quod si quis ex comitum ordine regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non iuste infamatus fuerit, quilibet infimae conditionis lixa, a curia missus, eum, licet satellitibus suis stipatum, solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur, nulla accusato excusandi licentia datur, sed sola principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.

Si quando vero exercitum rex ducere voluerit, cuncti sine contradictione quasi in unum corpus adunantur. Coloni quidem, qui in vicis morantur, novem decimum, vel etiam septem octavum, vel infra, si necesse fuerit, cum supellectili ad bellum necessaria instruunt, caeteris pro cultura terrae domi relictis. Qui vero de militum ordine sunt[11] nulla occasione nisi gravissima domi remanere audebunt. At in ipsa regis acie hospites, quorum ibi

[8] V. ö. Rogerius, Carmen miserabile, 4. fejezet.

[9] Ez a megyék számára vonatkozó legrégibb adat.

[10] Kálmán törvénye, I. 78.

[11] Miles a nemest, lovagot jelenti.

magna copia est, et qui apud eos principes dicuntur, latus principis ad muniendum ambiunt. Omnes pene tetri tetris in armis procedunt, nisi quod iam ab hospitibus quos nunc solidarios[12] dicimus, educati, vel ab eisdem etiam geniti, quandam non innatam sed quasi extrinsecus affixam virtutem trahentes, principes tantum et hospites nostros in pugnandi peritia, armorumque splendore imitantur. Sed de praedictae gentis ritu, haec dicta sufficiant.

[12] Solidarius = zsoldos.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XVII.

III. ISTVÁN EGYHÁZI CONSTITUTIÓJA. 1169.

Csak néhány oklevélben, mint pl. a somogyváriban, találjuk némi halvány nyomát annak, minő teljes hatalommal intézkedtek Sz. István és első utódai királyságuk egyházi ügyeiben. A legendákból, III. Innocentius pápa idejében, tudatosan kihagyták, a pápa meghagyására, az erre vonatkozó adatokat. Kálmán volt az első, ki legalább némi engedményt tett a hatalmasan feltörekvő pápaságnak. Voltaképen csak a II. Géza után hazánkat fenyegető görög veszély bírta a királyságot arra, hogy szorosabban csatlakozzék Rómához. Különben is az ország első főpapja, Lukács esztergomi érsek, lelkének egész erejével azon volt, hogy hazánkban is meggyökerezzenek VII. Gergely és III. Sándor pápák kormányzati elvei.

Lukács befolyásának tulajdonítható, hogy III. István a papi rend és a pápaság javára lemond koronájának számos, addig gyakorolt kiváltságáról. Épen ez a részleges lemondás, atyja, II. Géza és III. Sándor pápa iránti kegyeletből, mutatja az addig érvényben volt királyi jogok óriási terjedelmét. A magyar papi rendet, mint kiváltságos testületet, voltaképen ez az oklevél teremti meg, és a pápaságnak voltaképen ez ad először jogot a beavatkozásra a püspökök letételét és áthelyezését illetőleg. Nem csuda, ha ez az oklevél be van véve azon párisi kéziratba, mely a pápai jogoknak és jövedelmeknek összefoglaló gyűjteménye.

Nevezetes, hogy a korona, még midőn enged is, mennyit

tart fenn magának. Még az egyházi vagyon felől való rendelkezés jogát sem adja ki kezéből teljesen, feltétel nélkül. Nevezetes továbbá a reformáló esztergomi és a csak ezután reformálandó kalocsai érseki megyék közt már itt szembetünő külömbség és versengés.

Kiadta Endlicher, Monum. Arpadiana, 382—384. l.

Stephanus dei gratia rex Ungarie, Dalmacie Croacie Rameque, Lucae, eadem gratia Strigoniensi, Cosme Colocensi archiepiscopis atque omnibus eorum suffraganeis, praepositis quoque regalibus, nec non omnibus universaliter ecclesiasticis personis in presentibus archiepiscopatibus constitutis, tam presentibus quam futuria.

Justum ac rationi consentaneum, esse dinoscitur ac sanctarum scripturarum testimoniis comprobatur, ut qui regie celsitudinis culmen ab eterno rege merentur accipere, iis que ad ecclesiae et christianitatis noscuntur in aliquo pertinere, tanto teneantur provida sollicitudine et cautela intendere, quanto pro honore a divina dispositione collato debent suo creatori uberiorem devotionem prae ceteris exhibere. Ea propter propria ratione inducti et saluberrimis exhortationibus M. venerabilis sanctae Romanae ecclesiae cardinalis propensius attenciusque commoniti devocionem quoque venerandae memoriae regis Geysa, patris nostri, quam circa sacrosanctam Romanam ecclesiam et sanctum nostrum dominum Alexandrum pontificem studuit per omnia exhibere modis omnibus, quibus possumus imitare volentes:

Constitutionem super depositione et transmutatione episcoporum, quod in suis posteris domino Alexandro papae et suis successoribus noscitur concessisse: videlicet, quod absque auctoritate et consilio eius et successorum suorum deposicionem seu translationem episcoporum non faceret vel fieri permitteret, confirmamus, et tam in nobis quam in posteris perpetuo inviolabiliter duraturam censemus.

Praeterea antecessorum nostrorum consuetudinem retro temporibus habitam relinquentes, in nobis et nostris posteris immobili firmitate valiturum sancimus, quod decedentibus episcopis in rebus episcopalibus procuratores laicos[1] de cetero non

[1] Gondviselő, advocatus, a német Vogt.

ponemus atque poni nullatenus permittemus, sed honestos clericos, qui non ad voluptatem, sed ad necessitatem victus de ipsarum ecclesiarum rebus moderate accipiant ibidem instituemus, qui reliqua omnia bona fide et sine fraude ad reaedificationem ipsarum ecclesiarum et domorum episcopalium seu canonicorum, ad usus quoque pauperum viduarum et orphanorum fideliter debeant asservare.

Nos vero et posteri nostri nihil unquam de iisdem rebus in usus proprios ulterius redigemus, nisi forte, quod absit, hostes regni manu valida fines ipsius regni intraverint, vel aliqua alia urgentissima necessitas postulaverit, et tunc quoque id sine episcoporum consilio non faciemus.

Addimus etiam et robore inconcusso tam in nobis quam in posteris nostris perpetuo observandum statuimus, quod regales praepositi vel abbates de suis praeposituris vel abbatiis seu dignitatibus non a modo deponentur, in hac consuetudini nostrae antiquae per nos et posteros nostros renunciantes, nisi infauste casu contingeret, eos super certo crimine canonico ordine convinci, vel crimen suam publice confiteri.

Ad haec Cosmas archiepiscopus Colocensis, omnes episcopi et electi, regales praepositi et abbates, munificentiam ac libertatem, quam pro reverentia beati Petri et sanctissimi papae nostri Alexandri, nec non et M. venerabilis diaconi cardinalis, apostolicae sedis legati sibi concessimus attendentes, pravam suam consuetudinem et omnibus canonibus obviantem, quam in instruendis et destruendis praepositis et aliis dignitatibus et ecclesiasticis beneficiis subtrahendis exercebant, in manus praedicti cardinalis penitus reliquerunt.

Unde communi consensu et libera eorum omnium voluntate decernimus, et inviolabiliter praesenti privilegio valituro perpetuo stabilimus, quod nulli archiepiscoporum, episcoporum, electorum, praepositorum, abbatum deinceps licentia pateat de praeposituris suos praepositos removere, vel alias ecclesiasticas personas suis dignitatibus aut ecclesiasticis beneficiis privare, nisi forte de crimine fuerint convicti canonice vel confessi.

Haec autem omnia consilio gloriosae reginae matris nostrae et archiepiscoporum, episcoporum omnium electorum, praepositorum regalium atque abbatum comitum omnium principum et aliorum principum stabilita ac firmiter corroborata noscantur. Actum in civitate W. anno M. C. LXIX.

XVIII.

KÁLMÁN KIRÁLY OKLEVELE TRAÚ VÁROSA RÉSZÉRE, ÖSSZEVETVE SPALATO ÉS SEBENICO OKLEVELEIVEL. 1108., 1145., 1167.

Kálmán mint hódító vette ugyan birtokába Dalmáczia városait, de aztán nagy bölcseséggel és mérséklettel törekedett arra, hogy érdekeik előmozdítása által koronája állandó hű alattvalóivá tegye a római élet ezen virágzó központjait. Dalmáczia ezen szervezésére nézve a Traú városának 1108-ban adott kiváltságlevél a kiindulópont. Hiába keresnénk akkori más szabadságlevelet, melyben király városát hasonló jogban részesíti. Legfölebb az I. Henrik által London városa részére körülbelől ugyanazon időben kiadott privilegium mutat néhány hasonló vonást.

Későbbi királyaink ugyanazon az úton jártak, mint ezt a II. Géza által Spalato; III. István által az ujabban alapított Sebenico javára kiadott, szószerint egyező oklevelek mutatják. A spalatóiban már a kereskedés előmozdítása is szerepel.

Eredetiben ez oklevelek nem maradtak fenn. Közli őket Lucius Dalmatiája s Farlati Illyricum Sacrum-a után Endlicher, Monum. Arpad.

Anno dominice incarnacionis
MCVIII. mense V. die XXV.
Anno XII. regni nostri.

Ego Colomannus rex Hungarie, Chroacie atque Dalmacie

1. iuro super sanctam crucem vobis Tragurinis meis fidelibus civibus firmam pacem.

2. Mihi et filio meo aut successoribus tributarii ne sitis.

3. Episcopum vero aut comitem, quem clerus et populus elegerit, ordinabo.

4. Et lege antiquitus constituta vos uti permittam.

5. Preterquam introitus civitatis de extraneis duas partes rex habeat, terciam vero comes episcopus.

6. In civitate quoque vestra neminem Hungarorum vel alienigenarum habitare permittam, nisi quem voluntas vestra expetierit.

7. Quum ad vos coronandus,[1] aut vobiscum regni negocia tractaturus advenero, nemini vis inferatur domorum suorum, nisi quem dilectio vestra receperit.

8. At si forte dominium meum aliquem aggravare videbitur, et alias ire volnerit, securè cum uxore et filiis et familia et omnibus suis, quocunque sibi placuerit, eat.

9. Hoc autem sacramentum a rege et ab archiepiscopo Laurentio

Seb.: Hoc autem sacramentum a rege Stephano, secundi Geyse

[1] Ez alatt nem érthető ünnepélyes koronáztatás Horvátország vagy Dalmáczia királyává, mint azt sokan hiszik. A királyok az országot bejárva, ha nagyobb ünnepekre valamely nagyobb városba mentek, koronásan fogadták a hódolatot. Hogy csak ez a szertartás értendő és nem más, világosan kitünik abból, hogy a Spalato és Sebenico részére kiadott oklevelekben szóról-szóra megtaláljuk ezt a mondatot. Pedig három városban csak nem avatták fel a magyar királyt Horvátország vagy Dalmáczia királyává.

et comitibus Hungarie confirmatum est.

Ego Joannes palatinus comes laudo et confirmo, ego Appa comes laudo et confirmo, ego Thomas Albanensis comes laudo et confirmo, ego Jacobus Borsodiensis, comes laudo et confirmo, ego Slaviz comes Neogradiensis laudo et confirmo.

Seb.: 9. uj pont: et hoc illis concedo per regale iudicium et sigillum, quod extra civitatem non exeant. Si de civibus iudicare voluerint, in civitate cum comite et nobilibus iudicentur.

8. Spal. Iudicem in vos et extraneos a me constitutum in civitatem sedulo commorari volo, nec eum extra urbem alias proficiscentem, sui precepto aut sigillo a vobis causa placitandi sequendum concedo.

9. Si quis vestrorum per meum regnum terra marique negocia exercuerit, mihi aut alicui nostrorum hominum ex proprio commercio nullum persolvat debitum.

10. Obsides a vobis nullo modo recipiam, sed in curia nostra regia servientibus rogam impendam, et morandi sive discedendi ad suum velle facultatem obtineant, nullamque super hoc molestiam inferam.

12. hec autem omnia absque frande et ingenio, ad detrimentum civitatis in aliquo attinentes observabo.

regis filio et a principibus Hungarie confirmatum est.

7. Ego Sayna Colocensis archiepiscopus laudo et confirmo, ego Wulcina ultrasylvanus laudo et confirmo, ego Stephanus Morisene sedis electus laudo et confirmo, ego Ompudinus comes palatinus atque banus laudo et confirmo, ego Gurg laudo et confirmo, ego Smaragdus laudo et confirmo.

Spal. Sacramentum hoc a rege et archiepiscopo Muchia confirmatum est.

Ego Bachinensis crchiepiscopus laudo et confirmo. Ego Martinus Agriensis episcopus laudo et confirmo, ego Paulus Vesprimiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Uerblen Zagrabiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Zacheus Javar episcopus laudo etconfirmo. Ego Joannes Quinqueecclesiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Paulus Canadiensis laudo et confirmo.

XIX.

A MAGYAR KIRÁLY ÉS A MAGYAR PÜSPÖKSÉGEK JÖVEDELMEINEK KIMUTATÁSA III. BÉLA IDEJÉBEN.

Magyarországnak ez első statisztikája valószinűleg azon alkalomnak köszönhető, midőn III. Béla Fülöp Ágost franczia király nővérének kezét megkérte és követei a franczia uralkodót felvilágosították urok hatalma és gazdagsága felől. Ez a kimutatás tetőpontján mutatja az országnak csaknem összes gazdasági erejével rendelkező királyságot. A főpapok jövedelmének kimutatása még kiegészíti a királyi segédforrások összefoglalását. A pénzegység az általános európai márka, a fél font ezüst, mai értékében körülbelől 48 korona, de akkori értékében, a főtermények olcsóságát tekintve, tán nyolczannyira tehető.

Hitelességében kételkedni nem lehet, bár csak későbbi, XV. századi kéziratban maradt meg a párisi nemzeti könyvtárban. E kézirat (6238. sz. 20. l.) pontos másolatát dr. Lederer Béla úrnak köszönöm. A leglényegesebb eltérése az eddigi kiadásoktól az, hogy a kéziratban nincs szó a harminczadról.

Kálmán törvényéhez és a Freisingi Ottó által feltüntetett állapothoz képest különösen az jelöl változást, hogy a királyt a megyék jövedelmének már nem a kétharmada, hanem csak az egyharmada illeti. Ezért némi

kárpótlásnak tekinthető az ispánoknak tekintélyes, köteles ajándéka. Aránylag igen nagy az erdélyi vendégek után való jövedelem, mely valószinűleg a bányák gazdagságára vezethető vissza. Úgy társadalmi, mint politikai tekintetben rendkívül fontos az az adat, hogy a föld népe teljesen ellátja élelemmel a királyt. Gazdasági tekintetben ez volt a várrendszernek legfontosabb eredménye.

Regni Ungarie fines et dominatus amplitudo. Ungarie dominium. In regno Bele regis Ungarie sunt hae terre: Ungaria, caput regni, Croacia, Dalmatia et Rama. In Ungaria sunt duo sedes Archiepiscopales: Strigoniensis et Colocensis. Strigonium habet de curia regis de moneta VI. mille marcas ut[1] decimas monetarum, et est metropolis Ungarie. Colocensis sedem habet bachiensem et habet duo millia et quingentas marcas. Suffraganei domini Strigoniensis sunt: episcopus Agriensis habens III millia marcarum, episcopus Woacensis habens septingentas marcas, episcopus Quinqueecclesiensis habens mille et quingentas marcas; episcopus Jeuriensis habens mille marcas, episcopus Wesprimiensis habens mille septingentas marcas, episcopus Nitriensis habens mille centum marcas. Suffraganei Colocensis sunt: episcopus Sunadensis vel a fluvio preterlabente Morisensis, habens duo millia marcarum, episcopus Biarch, cuius sedes dicitur Orosiensis[2] habens mille marcas, episcopus Ultrasylvanus habens duo millia marcarum, episcopus Zagrabiensis super flumen Soa habens mille quingentas marcas. In Dalmatia sunt duo Archiepiscopatus, Jaderensis, habens quingentas marcas, Espaletensis, habens quadringentas marcas. Unde Espaletensis et insimul habens suffraganeos decem. Rex Ungarie de reditu monete sue habet sexaginta millia marcas per annum.[3] Idem habet de sale suo XVI. millia marcas. Idem habet

[1] A kiadásban et áll. De ezt a változtatást szükségesnek hiszem, mert 6000 márka épen tizede a király pénzverési jövedelmének. Az esztergomi érseket pedig ez a tized illette.

[2] A »fundatio ecclesiae Sancti Albani namucensis«, mely kétségtelenné teszi, hogy sz. István alapította a váradi püspökséget, ezt biharinak nevezi — Oroszi = Várad-Olaszi.

[3] Ebbe bele kell érteni a bányák jövedelmét is, mely különben nincs felsorolva.

de pedagiis[4] et passagiis et mercatis seu foris, quae omnia sua sunt, XXX. millia marcarum. Idem habet de alienis hospitibus regis de Ultrasylvas XV millia marcarum. Idem habet de sua tertia parte[5] de septuaginta duobus comitibus suis de redditis anno XXV millia marcarum. Idem habet de duce Sclavonie per annum X millia marcas.[6] Unusquisque comitum LXXII. semel in anno regem Ungarie procurat, et antequam de mensa surgat, dona dat munus centum marcarum, et aliquiis eorum IIC. marcas. In quibus ad minus presumitur summa solius regis larga computatione X mille marcarum. Et preter hec dona regine, et filiorum regis magna in argento, seu panno, sericis et equis. Et preter hec omnia[7] populus terre regi facit victum plenarium.[8]

[4] Rév, komp, átjáró = a franczia péage.

[5] Feltünő, hogy itt a királynak csak egy harmadát tulajdonítják a vármegyei jövedelemnek.

[6] Ebbe az összegbe be kell foglalni Horvátország és a dalmát városok és szigetek jövedelmét.

[7] Az eddigi kiadásokban tricesima = harminczad áll.

[8] A terményekkel való ellátás, a frank servitium.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XX.

AZ ARANYBULLA 1222. ÉS 1231.

Alkotmányos történetünk első nagy emléke, az aranybulla, II. Endre uralkodásának zavaros viszonyaiból fejlődött. A királyi hatalom megrendítése a királyi jószágok elidegenítése által; az ispánságok örökössé válása és így az állami hatalomnak felosztása az új földbirtokos főnemesség között, gazdasági és közjogi tekintetben egyaránt sértették a király szabad szolgáit, a köznemeseket. Még közvetlenebbül érintette ezeket az új kis királyok törvénykezési hatósága, melyet a nyugoti feudalis urak módjára gyakoroltak. A dominiumait vesztett király új jövedelmi források után nézett és a regaléknak, sónak, vámnak, harminczadnak bérbeadása elviselhetetlenné tette a szegényebb néposztályok sorsát.

Mind e baj orvoslására volt hivatva az az aranypecsétes levél, melyet a király 1222-ben adott ki. Egyházi híveinek sérelmeit már előbb orvosolta, most a világiakat, különösen a szabadokat, servienseket, akarta kielégíteni. Minthogy hasonló, általános szabadságlevélről addig nálunk soha nem volt szó, — az angol magna charta is csak hét évvel azelőtt kelt — a történeti alapot abban találták meg, hogy a serviensek szabadságát Sz. Istvánra vitték vissza, minek azonban ennek törvényeiben alig van nyoma.

Csak az örökösödés szabályozásában vehető észre némileg az István törvényéhez való visszatérés Kálmán törvényével szemben. Egyebekben a viszonyok annyira változtak, hogy azt a hivatkozást inkább csak legalis fictionak kell tekinteni.

Formájára nézve az aranybulla eltér a törvényekétől. A király maga adja ki, minden tanács vagy gyűlés említése nélkül. Tartalmára nézve első sorban a köznemesek és a király jogait állapítja meg a főnemesekkel szemben, de azáltal, hogy az addigi sérelmeknek országosan akar véget vetni, előkészíti a közszabadságot.

Ami eredetét illeti, sokáig uralkodott az a vélemény, mintha a magna chartá-nak lett volna reá valami befolyása. A két szöveg összehasonlítása nem mutat semmi rokonságot. Az ellenállás jogát, mely az angol szabadságlevélben szabatosan meg van határozva és körülirva, nehezen vették át onnét. Inkább kell Aragoniára gondolnunk, hol ez a jog szintén érvényben volt. Ez az ország ugyanis, Imre király neje révén, elég élénk összeköttetésben állott hazánkkal.

Bár hét példányban állították ki, egyik sem maradt meg. Legrégibb az 1318 körül irt, az esztergomi primási levéltárban meglevő másolat. Ezenkívül az 1351-iki törvénybe is be van iktatva, melynek még meglevő öt példányát összehasonlítottam.

Minthogy az aranybulla az egész állapot előidéző okát, a királyi javak elidegenítését, nem szüntette meg gyökeresen; minthogy továbbá korlátozta ugyan a visszaéléseket, de a király részére új jövedelmi forrásokat nem nyitott meg: végrehajtása igen nagy akadályokba ütközött. Azt lehet tán mondani róla, hogy ez első törvényünk, mely lényegében sohasem volt végrehajtva, mi már maga is mutatja az első Árpádok erélyes és hatalmas közigazgatásától való eltérést. Az ellenállás joga nem hogy megszüntette volna a bajokat, hanem még tetézte azokat.

Így már kilencz év múlva kénytelen volt II. Endre új szabadságlevelet kiállítani, mely bár sokban megegyezik, néha szószerint is, az elsővel, sokban kiegészíti és magyarázza azt, néhány lényeges pontban pedig teljesen eltér attól. Fölötte tanulságosnak tartjuk a két kiadás összevetését és ezért párhuzamosan közöljük a két szöveget.

Az új oklevélben különösen az egyháznak növekedő hatalma és tekintélye jut kifejezésre. A törvénynapon már nemcsak a király vagy nádor kötelesek megjelenni, hanem a főpapok is. Reájok van mintegy bízva a kormánynak és biráskodásnak, különösen a nádornak ellenőrzése. Az első aranybulla azon czikkelyei, melyek a papság érdekeinek meg nem feleltek, vagy reá terheket róttak (20—21.), itt egyszerűen kimaradtak, pedig minden egyébben az új szöveg sokkal bővebb és részletesebb a réginél.

Legjobban kifejezi a két szöveg közti külömbséget a befejezés. 1222-ben a nádorra bízták a végrehajtást. Azért van nála a bulla egyik példánya, hogy mindig szem előtt tartva azt, »sem maga el ne térjen tőle, sem a királyt és a nemeseket ne engedje eltérni«. Utolsó eszköznek, sanctiónak, ott a nemesi ellenállási jog van fenntartva. Itt ellenben, ha a király nem tartja meg a törvényt, az esztergomi érseknek jogában áll őt és fiait kiátkozni. Tudjuk, hogy az egyházi fegyver ép oly kevéssé vezetett czélhoz, mint a világi. IV. Béla a II. Endre előtti állapotok visszaállítására törekedett. Csak az 1267-iki törvényen látszik ismét az aranybullának és pedig a másodiknak hatása. Az igazi aranybulla és a nemesek ellenállási joga csak az Anjouk alatt jutott ismét érvényre és igazában csak Verbőczy korában ment át a nemzet köztudatába.

Az 1231-iki aranybullát kiadta Kovachich M. Gy. a »Vestigia Comitiorum«-ban, 1790.

1222.

In nomine sancte Trinitatis et individue unitatis. Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum.

Quoniam libertas tam nobilium Regni nostri, quam eciam aliorum, instituta a sancto Stephano Rege, per aliquorum Regum potenciam, ulciscencium aliquando iram propriam, aliquando eciam attendencium consilia falsa iniquorum hominum, vel sectancium propria lucra, fuerat in quam plurimis diminuta, multociens ipsi nobiles nostri serenitatem nostram et predecessorum nostrorum, Regum suorum, precibus et instancia multa pulsaverunt super reformacione Regni nostri.

Nos igitur eorum peticioni in omnibus satisfacere cupientes, ut tenemur, presertim quia inter nos et eos occasione ac *(sic)* iam sepius ad amaritudines non modicas est processum, quod ut Regia honorificencia plenius conservetur, convenit evitari; hoc enim per nullos alios melius fit, quam per eos. Concedimus tam eis, quam aliis hominibus Regni nostri libertatem a sancto Rege concessam. Ac alia ad statum regni nostri reformandum pertinencia salubriter ordinamus in hunc modum:

1. Ut annuatim in festo sancti

1231.

In nomine S. Trinitatis, et individuae Unitatis. Andreas, Dei Gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriaeque Rex in perpetuum.

Quoniam Libertas tam Nobilium Regni nostri, quam etiam aliorum a S. Stephano rege instituta, per aliquorum Regum potenciam, ulciscentium aliquando iram propriam, aliquando etiam attendentium consilia falsa hominum iniquorum fuit in quamplurimis diminuta, multoties ipsi Nobiles Nostri Serenitatem Nostram, et Praedecessorum Nostrorum Regum suorum precibus, et instantia multa pulsaverunt, super Reformatione Regni Nostri.

Nos igitur petitioni eorum satisfacere cupientes, in omnibus, ut tenemur, praesertim, quia inter nos, et eos occasione hac jam saepius ad amaritudines non modicas est processum, quod, ut Regia honorificencia plenius conservetur, convenit evitare. Hoc enim per nullos alios melius fit, quam aliis Iobagionibus, ac Servientibus Regni nostri Libertatem a S. Rege concessam, ac alia ad Statum Regni Nostri ordinandum pertinentia in hunc modum confirmamus:

1. In festo S. Regis Nostri,

Regis, nisi arduo negocio ingruente vel infirmitate fuerimus prohibiti, Albe teneamur solempnizare. Et si nos interesse non poterimus, Pālatinus procul dubio ibi erit pro nobis, vt vice nostra causas audiat et omnes seruientes, qui uoluerint, libere illuc conueniant.

nisi arduo nègocio Regni Nostri ingruente, vel infirmitate prohibiti fuerimus, Albae tenemur solemnizare, ut ibi oppressi sine timore quaerimonias suas possint exponere. Sed si nos non possumus interesse, Palatinus interesse tenetur, et vice Nostra causas audiat, et omnes servientes Nostri, et alii, qui volunt, libere, et sine timore illuc conveniant.

2. Praelati Ecclesiarum, et Archi-Episcòpi, et Episcopi ad pauperum quaerimoniam audiendam et infractae forte libertatis confirmationem, nisi canonica praepeditione fuerint impediti, tenentur interesse.

3. Si Palatinus interim male administraverit Negotia Regis, et Regni, supplicabunt Nobis, ut utiliorem loco ejus constituamus quem volumus, et Nos precibus eorum annuemus.

2. Volumus eciam, quod nec nos, nec posteri nostri aliquo tempore servientes capiant, vel destruant, fauore alicuius potentis, nisi primo citati fuerint et ordine iudiciario conuicti.

4. Volumus quod nec Nos, nec posteri Nostri aliquos unquam capiant vel destruant nisi prius ordine judiciario conveniantur.

5. Et cum ista Sacramento Nostro, et Principum Nostrorum fuerint confirmata, si qui per Nos, vel per filios Nostros, vel per quoscunque post idem tempus, scilicet XVII. annum Regni Nostri, sine judicio sunt spoliati, plene restituantur.

3. Item nullam collectam, nec

6. Item nullam Collectam, nul-

liberos denarios colligi faciemus. Super predia servientium, nec domos, nec villas, descendemus, nisi vocati. Super populos eciam ecclesiarum ipsorum nullam penitus collectam faciemus.

4. Si quis seruiens sine filio decesserit, quartam partem possessionis filia optineat, de residuo, sicut ipse uoluerit, disponat. Et si morte preventus disponere non potuerit, propinqui sui, qui eum magis contingunt, obtineant, et si nullam penitus generationem habuerit, Rex optinebit.

5. Comites parochiani predia serviencium non discuciant, nisi causa monetarum et Decimarum. Comites Curia Parochitani *(sic)* nullum penitus discuciant, nisi populos sui castri. Fures et latrones Biloci Ragales *(sic)* discuciant, ad pedes tamen ipsius comitis.

6. Item populi coniurati in unum, fures nominare non possint, sicut consueuerant.

7. Si autem Rex extra Regnum Exercitum ducere voluerit, seruientes cum ipso ire non teneantur, nisi pro pecunia ipsius et post reuersionem Iudicium exercitus super eos non recipiet. Si vero ex aduersa parte exercitus venerit super Regnum, omnes vniuersaliter ire teneantur. Item si extra regnum cum exercitu lam exactionem, nec lucrum Camerae quocunque numero possit censeri, occasione aliqua super homines cujuscunque Nationis, vel conditionis colligi faciemus exceptis iis, qui Fisco Regio in Censu debito tenentur.

10. Si quis serviens Noster sine haerede decesserit, quartam possessionem filia obtineat, de residuo, sicut ipse voluerit, disponat; et si morte praeventus disponere non posset, propinqui sui, qui eum magis contingunt, obtineant, et si nullam penitus cognationem habuerit, Rex habeat.

12. Comites parochiani praedia servientium, et villas Ecclesiarum non discutiant nisi in caussa monetae, et decimarum.

13. Curiales Comites Parochiani nullum penitus discutiant nisi populos Castri sui. Fures, Latrones per Bilochos Regales discutiantur, ante pedes tamen Comitis populi.

14. Conjurati fures nominare non possint, ne per hoc innocens popellus opprimatur.

15. Nobis facientibus exercitum extra Regnum Nobiles Nobiscum ire non teneantur, nisi Comites, et Stipendiarii, et Jobbagiones Castri, et qui ex officio debito tenentur, et quibus amplas concessimus Possessiones.

16. Si vero exercitus super Regnum venerit, universi, et singuli ad defensionem Patriae contra

iuerimus, omnes, qui Comitatus habent, uel pecuniam nostram, nobiscum ire teneantur.

8. Palatinus omnes homines Regni nostri indifferenter discuciat. Sed causam nobilium, que ad perdicionem Capitis, vel ad destruccionem possessionum pertinent, sine consciencia Regis terminare non possit. Iudices vicarios non habeat, nisi unum in Curia sua.

9. Curialis Comes noster, donec in Curia manserit, omnes possit iudicare et causam in Curia incoatam ubique terminare. Sed manens in Predio suo, Pristaldum dare non possit, nec partes facere citari.

inimicos se opponere teneantur. Regresso superveniente hostium exercitu, pro vindicta ipsos tenentur persequi.

17. Palatinus vero omnes homines indifferenter discutiat, praeter personas Ecclesiasticas, et Clericos, et praeter caussas Matrimoniales, et Dotes, et alias Ecclesiasticas, quacumque ratione videntur ad Ecclesiasticum examen pertinere.

18. Causae Nobilium, quae ad perditionem Capitis, aut destructionem possessionum earundem pertinent, sine conscientia Regia per nullos Iudices terminentur.

19. Palatinus Iudices vicarios non habeat, nisi unicum in Curia sua. Et caveat diligenter, ne contra praesens Statutum aliquem judicet, vel condemnet.

Curialis Comes noster, dum in Curia nostra manet omnes judicet; et causam inchoatam in nostra Curia ubique possit terminare, sed existens in praedio suo vel alibi extra Curiam nostram, nec dare Prestaldos, nec Partes possit citari facere.

21. Et quia multi in Regno laeduntur per falsos Prestaldos, Citationes, vel testimonia eorum non valeant, nisi per testimonium Dioecesani Episcopi, vel Capituli; nec falsificatus Prestaldus possit se justificare, nisi eorumdem testimoniis. In causis vero Minorum,

vicinorum Conventuum, vel claustrorum testimoniis.

22. Prestaldum nullus per annum, vel biennium, vel ultra secum detineat, nisi ad decisionem causae, ad quam impetravit.

10. Si quis Iobagio habens honorem, in exercitu fuerit mortuus, eius filius vel frater congruo honore sit donandus. Et si serviens eodem modo fuerit mortuus, eius filius, sicut Regi videbitur, donetur.

11. Si hospites videlicet boni homines, ad Regnum venerint, sine consilio Regni ad dignitates non promoveantur.

23. Hospites Nobiles, ad Regnum venientes, nisi Incolae esse velint, ad dignitates non promoveantur; per tales enim divitiae Regni extrahuntur.

12. Vxores decedencium uel condempnatorum ad mortem per sententiam, uel in Duello succumbentium, uel ex quacumque alia causa, non fraudentur dote sua.

24. Uxores decedentium, vel condemnatorum per sententiam ad mortem, vel in duello succumbentium, aut alia ex quacunque causa non frustrentur dote sua.

25. Uxores furum vel latronum, ac eorum liberi pro delictis patrum non vendantur.

13. Iobagiones ita sequantur Curiam, uel quocumque proficiscantur, ut pauperes per eos non opprimantur, nec spolientur.

14. Si quis Comes honorifice se iuxta Comitatus sui qualitatem non habuerit, uel destruxerit populos Castri sui, convictus super hoc, coram omni regno dignitate sua turpiter spolietur cum restitucione ablatorum.

15. Agazones, Caniferi et falconarij non presumpmant descendere in villis seruientum.

7. Super domos servientium vel villas nec Nos, nec Agazones Nostri, nec Falconarii, nec Caniferi, nec Curriferi Nostri descendant, ipsis invitis, ubicunque autem alibi Nos, vel dictos Officiales Nostros descendere contigerit, justam aestimationem solvi faciemus sicut continetur in sequentibus.

8. Et quia propterea tam propter descensus Nostros, et Dominae Reginae, ac filiorum No-

strorum, quam etiam Archi-Episcoporum, Episcoporum, Baronum, et Nobilium Nostrorum intolerabilia damna, et gravamina per totum Regnum Nostrum fieri videbamur, districte statuendo praecipimus, ut nihil recipiatur ad Coquinam Nostram, vel Nostrorum, nisi justo dato pretio.

9. Pro Domestico autem, cui justicia exhibita non fuerit, tres Rustici de villa jurare debeant, et ad eorum juramentum hospes, quicunque fuerit, Domestico plenam faciat justitiam cum judicio Regali, vel Dominus villae quicunque fuerit, sive Archi-Episcopus, sive Episcopus, sive Nobilis ille personaliter haec verba veritatis dicere teneatur.

10. Quicunque vero Nobiles juxta formam Statuti Nostri justitiam non fecerint, tales quilibet Episcopus in sua Diocesi excommunicet et, nos eos pro excommunicatis tamdiu habebimus donec injuriam passo satisfaciant competenter.

16. Integros Comitatus uel dignitates quascumque in Predia seu possessiones non conferemus perpetuo.

17. Possessionibus eciam, quas quis iusto seruicio obtinuerit, aliquo tempore non priuetur.

18. Item seruientes, accepta licencia a nobis, possint libere ire ad filium nostrum, seu a maiori ad minorem, nec ideo possessio-

26. Integros Comitatus vel Dignitates in Praedia, vel Possessiones non transferemus.

nes eorum destruantur. Aliquem iusto Iudicio filij nostri condempnatum, uel causa incoata coram ipso, priusquam terminetur coram eodem, non recipiemus, nec e conuerso filius noster.

19. Iobagiones Castrorum teneantur secundum libertatem a sancto Rege institutam. Similiter et hospites cuiuscumque nacionis secundum libertatem, ab inicio eis concessam, teneantur.

20. Decime argento non redimantur, sed sicut terra protulerit vinum vel Segetes persoluantur. Et si Episcopi contradixerint, non iuuabimus ipsos.

21. Episcopi super Predia seruientum equis nostris decimas non dent nec ad predia Regalia populi eorumdem Decimas suas apportare teneantur.

22. Porci nostri in Siluis, uel Pratis seruiencium non pascantur contra uoluntatem eorum.

23. Noua moneta nostra per annum obseruetur, a Pasca usque ad Pasca. Et denarij tales, sicut quales fuerunt tempore Regis Bele.

26. Statuimus Iobbagiones Castrorum secundum libertatem a S. Rege concessam; similiter et Hospites cujuscunque Nationis, secundum libertatem ab initio eis concessam perpetuo teneri.

28. Ad secandas Indagines et Fossata facienda, ad hortos, et quaecunquae Regia aedificia, vel Officinas, Servientium vel Ecclesiarum populos non cogemus.

29. Praeter Vicesimam, quam ab antiquo Reges habent, decimas non exigemus, quia per hoc populus gravatur.

30. Porci nostri in silvas, vel Prata servientium contra voluntatem eorum non pascantur.

24. Comites Camere, Monetarij, Salinarij, et Tributarij, nobiles Regni(sint), Hysmahelite et Iudei fieri non possint.

25. Sales in medio Regni non teneantur, nisi tantum in Zoloch [1] et in Scegoed et in Confinijs.

26. Possessiones extra Regnum non conferantur. Si alique collate, uel uendite, populo Regni ad redimendum reddantur.

27. Marturine iuxta consuetudinem, a Colomanno Rege constitutam, soluantur.

28. Si quis ordine Iudiciario fuerit condempnatus, nullus potentum eum possit defendere.

29. Comites Iure sui Comitatus tantum fruantur, cetera ad regem pertinencia, scilicet Cybriones, Tributa, Boues et duas partes Castrorum, Rex obtineat.

31. Monetae et Salibus, ac aliis publicis officiis, Iudaei et Saraceni non praeficientur.

32. Possessiones extra Regnum non conferantur; et si aliquae sunt collatae, vel venditae, populo Regni ad redimendum reddantur, vel simpliciter recipiantur.

33. Item pro Singulis Marturinis quatuor Pondera persolvantur. Quantumcumque in ea provenerit tertia pars Domino Fundi, et duae partes Domino Terrae persolvantur.

34. Comites iure sui Comitatus sint contenti, cetera ad Regem pertinentia, scilicet Cibriones, Tributa, boves et duae partes Castrorum, ad Regis voluntatem, cui vult, distribuantur.

35. Item, quandocumque aliquos ordine judiciario convinci contingerit, in voluntate nostra erit, Bona ipsorum penes nos retinere, vel aliis pro velle nostro distribuere. Incendium tamen mitti nolumus super Villas eorumdem.

[1] Szalacs, Biharmegyében. Ha ugyan nem iráshiba Szolnok helyett.

30. Item preter hos quatuor Iobagiones, scilicet Palatinum, Banum et Curiales Comites Regis et Regine, duas dignitates nullus teneat.

31. Et ut hec nostra tam concessio, quam ordinacio sit nostris, nostrorumque successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septem paria litterarum et aureo sigillo nostro roborari. Ita quod vnum par mittatur domino pape et ipse in Registro suo scribi faciat. Secundum penes Hospitale. Tertium penes templum. Quartum apud Regem. Quintum in Capitulo Strigoniensi. Sextum in Colocensi. Septimum apud Palatinum, qui pro tempore fuerit, reseruentur. Ita, quod ipsam scripturam pre oculis semper habens, nec ipse deuiet in aliquo in predictis, nec Regem, uel nobiles seu alios consenciat deviare vt et ipsi sua gaudeant libertate, ac propter hoc nobis et successioribus semper existant fideles, et Corone Regie obsequia debita non negentur. Statuimus eciam, quod si nos, uel aliquis successorum nostrorum aliquo unquam tempore huic disposicioni contraire uoluerit, liberam habeant harum auctoritate, sine nota alicuius infidelitatis, tam Episcopi, quam alij Iobagiones ac Nobiles Regni nostri, vniuersi et singuli, presentes et posteri, resistendi et

Ut autem haec nostris, et successorum nostrorum temporibus firma et inconcussa permaneant, tam nos, quam filii nostri praestito corporaliter Iuramento confirmavimus, et tam nostro, quam filiorum nostrorum sigillis fecimus roborari.

Spontanee consentientes, ut, sive nos, sive filii nostri et successores nostri hanc a nobis concessam libertatem confringere voluerint, Archiepiscopus Strigoniensis praemissa legitima admonitione nos vinculo Excommunicationis, et eos innodandi habeat potestatem.

Datum Anno ab Incarnatione Domini 1231. Anno vero Regni nostri 29.

contradicendi nobis et nostris successoribus in perpetuum facultatem.

Datum per manus Clety, Aule nostre Calcellarij, Agriensis ecclesie Prepositi. Anno verbi incaruati M°. C°. C°. X°. X°. II. Venerabili Iohanne Strigon.; Reuerendo Vgrino Colocensi Archiepiscopis existentibus. Desiderio chanadiensi; Roberto Wesprimiensi; Thoma Agriensi; Sthephano Zagrabiensi; Alexandro Waradiensi; Bartholomeo Quinqueeccliensi; Cosma Iauriensi; Benedicto Wac(iensi Episcopis) existentibus. Regni nostri anno XVII.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XXI.

II. ENDRE SZABADSÁGLEVELE A SZÁSZOK RÉSZÉRE.

Mióta Kálmán Dalmáciát meghódította, az általános birodalmi jogon kívül ismerte már a magyar közjog egyes vidékeknek hagyományos, de királyi szabadságlevéllel megerősített különjogát, autonomiáját. Az országba telepedő, városalapító németek és olaszok is megtarthatták külön jogaikat. Ezt egyenesen tudjuk a milanoi telepesekről, kik Francavillát és Kovilt alapították a Szerémségben. Az aranybulla 19-ik czikke is meghagyja, hogy a különböző nemzetektől jött vendégek (hospites) megtartassanak kezdettől fogva élvezett szabadságukban.

Nagy lépés választotta el azonban az egyes városoknak vagy telepeknek adott kiváltságot attól, hogy egész vidéknek, eredetében nem is azonos, lakossága részesüljön ily autonomiában. II. Endre, ki minden téren oly könnyelműen bánt koronája méltóságával, ezt a lépést is megtette. Egy, külön törvény alatt álló néppé tette az Erdély déli részében lakó »német« telepeket. Mint az aranybullánál, itt is régi időre viszi vissza e szabadságok kezdetét, II. Géza korára. Pedig kétségtelen, hogy a királyföld lakosai nem voltak tisztán szászok, hisz kezdetben flandriaiaknak nevezik

őket, azonkívül pedig számos volt e földön a magyar és a székely telep.

Egyebekben a szászoknak adott szabadság lényegében nem igen különbözött attól, melyet a trauiak, spalatoiak stb. nyertek. Csak a birodalom birósági egysége bomlott meg az által, hogy a szászok ispánján kívül csak maga a király biráskodhatott a szászok fölött, nem pedig a nádor is. De még sokkal lényegesebb, hogy egy jókora terület nyert külön, a magyartól eltérő szervezetet és így maga a király szolgáltatta ki a telepeseknek az e területen lakó magyarokat és székelyeket. A külön jog volt az egész középkoron át a külön nemzetiség legerősebb védpaizsa és így a magyar király túlságos kegyessége a vendégek iránt akadályozta meg azok beolvadását a magyarságba.

Eredetiben ez a szabadságlevél sem maradt fenn. Legjobb kiadása, a XIV. századi másolat után, a Zimmermann-Werner-féle »Urkundenbuch«-ban található. Kiadásunk ezen alapul.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

In nomine sanctae trinitatis et individuae unitatis. Andreas dei gratia Hungariae, Dalmaciae, Croaciae, Ramae, Seruiae, Gallicie, Lodomeriaeque rex in perpetuum. Sicut ad regalem pertinet dignitatem, superborum contumaciam potenter opprimere, sic eciam regiam decet benignitatem, oppressiones humilium misericorditer sublevare et fidelium metiri famulatum et unicuique secundum propria merita retributionis gratiam impertiri. Accedentes igitur fideles hospites nostri Theutonici Ultrasiluani universi ad pedes maiestatis nostrae humiliter nobis conquerentes sua questione suppliciter nobis monstraverunt, quod penitus a sua libertate qua vocati fuerant a piissimo rege Geysa avo nostro excidissent, nisi super eos maiestas regia oculos solitae pietatis nostrae aperiret, unde prae nimia paupertatis inopia nullum maiestati regiae servitium poterant impertiri. Nos igitur iustis igitur eorum quaerimoniis aures solitae pietatis inclinantes, ad praesentium posterumque notitiam volumus devenire, quod nos antecessorum nostrorum piis vestigiis inhaerentes pietatis moti visceribus

pristinam eis reddidimus libertatem. Ita tamen quod universus populus incipiens a Waras[1] usque in Boralt[2] cum terra Syculorum terrae Sebus et terra Daraus unus sit populus et sub uno iudice censeantur, omnibus comitatibus praeter Chybiniensem cessantibus radicitus. Comes vero quicunque fuerit Chybiniensis nullum praesumat statuere in praedictis comitatibus, nisi sit infra eos residens, et ipsum populi eligant, qui melius videbitur expedire, nec etiam in comitatu Chybiniensi aliquis audeat comparare pecunia. Ad lucrum vero nostrae camerae quingentas marcas argenti teneantur dare annuatim, nullum praedialem vel quemlibet alium volumus infra terminos eorundem positum ab hac excludi redditione, nisi qui super hoc gaudeat privilegio speciali. Hoc etiam eisdem concedimus, quod pecunia, quam nobis solvere tenebuntur seu dignoscuntur, cum nullo alio pondere nisi cum marca argentea quam piissimae recordationis pater noster Bela eisdem constituit videlicet quintum dimidium fertonem Chybiniensis ponderis cum Coloniensi denario, ne discrepent in statera, solvere teneantur. Nunciis vero, quos regia maiestas ad dictam pecuniam colligendam statuerit, singulis diebus, quibus ibidem moram fecerint, tres lotones pro eorum expensis solvere non recusent. Milites vero quingenti infra regnum ad regis expeditionem servire deputentur, extra vero regnum centum, si rex in propria persona iverit, si vero extra regnum iobagionem miserit sive in adiutorium amici sui sive in propriis negotiis quinquaginta tantummodo milites mittere teneantur. Sacerdotes vero suos libere eligant et electos repraesentent et ipsis decimas persolvant et de omni iure ecclesiastico secundum antiquam consuetudinem eis respondeant. Volumus et etiam firmiter praecipimus, quatenus ipsos nullus iudicet nisi nos vel comes Chybiniensis, quem nos eis loco et tempore constituemus. Si vero coram quocumque iudice remanserint, tantummodo iudicium consuetudinarium reddere teneantur, nec eos etiam aliquis ad praesentiam nostram citare praesumat, nisi causa coram suo iudice non possit terminari. Praeter vero supradicta silvam Blacorum et Bissenorum cum aquis usus communes exercendo

[1] Broos-Szászváros. Mint neve mutatja valószinüleg eredetileg magyar telep.

[2] Barót.

cum praedictis scilicet Blacis et Bissenis eisdem contulimus, ut praefata gaudentes libertate nulli inde servire teneantur. Insuper eisdem concessimus, quod unicum sigillum habeant, quod apud nos et magnates nostros evidenter cognoscatur. Si vero aliquis eorum aliquem convenire voluerit in causa pecuniali, coram iudice non possit uti testibus, nisi personis infra terminos eorum constitutis, ipsos ab omni iurisdictione penitus eximentes. Salesque minutos secundum antiquam libertatem circa festum beati Georgii octo diebus, circa festum beati regis Stephani octo et circa festum beati Martini similiter octo diebus omnibus libere recipiendos concedentes. Silvam vero cum omnibus appendiciis suis et aquarum usus cum suis meatibus, quae ad solius regis spectant donationem, omnibus tam pauperibus quam divitibus libere concedimus exercendos. Volumus etiam et regia auctoritate praecipimus, ut nullus de iobagionibus nostris villam vel praedium aliquod a regia maiestate audeat postulare, si vero aliquid postulaverit, indulta eis libertate a nobis contradicant. Statuimus insuper dictis fidelibus, ut cum ad expeditionem ad ipsos nos venire contigerit, tres descensus tantum solvere ad nostros usus teneantur. Si vero vaivoda ad regalem utilitatem ad ipsos vel per terram ipsorum transmittitur, duos descensus, unum in introitu et unum in exitu solvere non recusent. Adiicimus etiam supra dictis libertatibus praedictorum, quod mercatores eorum ubicumque voluerint in regno nostro libere et sine tributo vadant et revertantur, efficaciter ius suum regiae serenitatis intuitu prosequentes. Omnia etiam fora eorum inter ipsos sine tributis praecipimus observari. Ut autem haec quae ante dicta sunt firma et inconcussa permaneant in posterum, praesentem paginam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno ab incarnacione domini M°. CC°. XXIIII°, regni autem nostri anno vicesimo primo.

XXII.

KINNAMOS JÁNOS A MAGYAR TRÓNÖRÖKÖSÖDÉS TÖRVÉNYÉRŐL.

Kinnamos János görög történetiró, ki Mánuel császárt Magyarországba is elkisérte, bőven kiterjeszkedik munkájában a görög-magyar viszonyokra is.

Azt a felfogást, mely XI. és XII. századi történetünkben oly gyakran jelentkezik és annyi trónviszályhoz vezet: hogy t. i. a magyar királynak nem fia a jogos utódja, hanem öcscse, nálunk mint elvet látjuk kifejezve, szinte codificálva.

Megítélésénél azonban nem szabad megfeledkeznünk arról, hogy Mánuel épen mint ilyen mellőzött királyi testvéreknek, II. Lászlónak és IV. Istvánnak, pártfogója akarta uralmának alávetni Magyarországot és harczolt II. Géza fia, III. István ellen.

A munka czíme, Epitome, arra mutat, hogy tán csak kivonata maradt reánk. Kiadta Meinicke a Corpus Script. Hist. Byzantinae bonni editiójában 1836.

Νόμος γὰρ οὗτος παρὰ τοῖς Οὔννοις ἐστὶν, ἐπὶ τοὺς περιόντας ἀεὶ τῶν ἀδελφῶν τὸ στέφος διαβαίνειν. — — Ἰατζᾶς τὸν πάτριον παριδὼν νόμον ἐπι τὸν υἱὸν ἀρχὴν διεβίβασεν. (203. l.)

Ἔθος γὰρ Οὔννοις ἐστὶ τοῦ ἐν σφισιν ἄρχοντος ἐπι παισὶ τετελευτηκότος, ἕως μεν ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἐκ τούτων παρα λαβὼν ἄρρενος οὐκ εἴη πατὴρ παιδὸς, ξυνεῖναι τε ἀλλήλοις τοὺς ἀδελφούς

καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων τυγχάνειν εὐνοίας. ἐπειδὰν δὲ ἤδη παῖς αὐτῷ γένηται, οὐκέτι τὴν ἐπὶ τῆς χώρας συγχωρειν διατριβὴν, ἀλλ' ἢ τὰς ὄψεις ἐκκεντηθεῖσιν. (9. l.)

Τῷ γε μὴν Στεφάνῳ — — τὴν Οὐρουὰ ἀπεκλήρωσαν τύχην. βούλεται δε τοῦτο παρὰ Οὔννοις τὸν τὴν ἀρχὴν διαδιξόμενον ἑρμηνεύειν τὸ ὄνομα. (9. l.)

Az a törvény van a magyaroknál, hogy a korona mindig az életben levő testvéreket illeti. — — Géza ezen törvény mellőzésével fiára ruházta az uralkodást (203. l.).

Az a szokás a magyaroknál, hogy ha meghal a fejedelem és gyermekei maradnak, amíg az uralomra jutottnak nincs fia, együtt élnek a testvérek és a legjobb viszonyban vannak. De mikor már fia született, nem maradhatnak tovább az országban, csak megvakítva (9. l.).

Istvánt »Urum«-nak tették. Ez a név a magyaroknál a trón örökösét illeti (9. l.).

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XXIII.

MAGISTRI ROGERII CARMEN MISERABILE.

Krónikáink épen a tatárjárás leírásában nagyon gyérek és szegények. Azok a nagy belső bajok, melyek ez óriási csapást előidézni segítették, bennök épen nem említtetnek.

Ezt a hiányt pótolja az olasz származású Rogerius mesternek, a katastropha idején váradi esperesnek, siralmas éneke, melyet Toledoi János paestumi püspöknek ajánlott, kinek, mint pápai követnek, kiséretében jött először hazánkba, 1223-ban. Elbeszélése a tatárok dühöngéséről annyira érdekes és tanulságos, hogy Gibbon a legjobb leírásnak mondja, mely a barbár betörés jellemzéseül reánk maradt. De historiailag tán még becsesebb Magyarország akkori zilált állapotának rajza. Egyszerű nyelven, de igazi államférfiúi elfogulatlansággal és éleslátással ítél az akkor dúló viszályok felől, és bár egyaránt elsorolja a király elleni vádakat és IV. Béla párthíveinek válaszát azokra, nem nehéz észrevenni, hogy voltakép az uralkodónak ad igazat a pártosokkal szemben.

Regerius később, 1249-ben, spalatoi érsek lett és ott fejezte be életét 1266-ban. Kortársa, spalatoi Tamás főesperes, ki őt kevéssel élte túl, megemlékezik róla »Historia Salonitana«-jában és kijelenti, hogy mennyit köszönhet neki a tatárjárás eseményeit illetőleg. Így a munkának, melyet

Rogerius valószinűleg még érsekké emeltetése előtt irt meg, tán Olaszországban, hitelessége teljesen meg van állapítva.

Kézirata nem maradt fenn; az egyetlent, melyről tudomása volt a szakirodalomnak, több izben is hiába kerestem a belgiumi Gentben, hol a káptalan könyvtárából elveszett. Kiadták 1488-ban Thuróczy brünni kiadásának függeléke gyanánt. Ujabban, sok hibával, Mátyás Flórián.

3. *De odiis inter regem et Hungaros et primo de causa odii prima.*

Cum rex Cumanorum cum suis nobilibus et rusticis, cepit Hungariam peragrare, quia iumentorum habebant armenta infinita, in pascuis, segetibus, hortis, virgultis, vineis et aliis Hungaros graviter offendebant. Et quod horribilius esset eis, cum essent silvestres homines, virgines pauperum abominabiliter opprimebant, et thorum potentium, quando commode fieri poterat, maculabaut, licet mulieres ipsorum tamquam viles ab Hungaris prosternerentur. Et, si in rebus vel in persona Comanum Hungarus offendebat, statim de ipso fiebat iustitiae complementum, sic ut alius similia facere non auderet. Si vero a Comano Hungarus laedebatur, illi de ipso iusticia non fiebat. Et si quando instare volebat, pro verbis interdum verbera reportabat. Et sic inter populares et regem odium est generatum.

4. *De secunda odii causa inter regem Belam et Hungaros.*

Licet digressionem faciam aliquam, tamen ut legentes intelligent et audientes non ignorent, destructionis Hungariae fundamentum; revertar quantocyus ad stylum inceptae materiae prosequendum. Bonae memoriae rege Andrea, genitore istius Belae regis, mortis debitum persolvente, subito rex cum regni principibus et nobilibus venit Albam regiam civitatem, et ibi postquam per manus Strigoniensis archiepiscopi, prout moris est, regali diademate extitit coronatus, quosdam de suis baronibus qui patri adhaeserant contra eum, compulit exulare, quosdam carcerali custodiae, quos habere potuit, mancipavit, quendam de maioribus, Dionysium, palatinum, privari fecit lumine oculorum. Quaedam autem statuta ibidem faciens, iussit promulgari: ut terra, malis hominibus, qui abundabant

plurimum, expurgaretur. Baronum quoque praesumtuosam audaciam reprimendo, praecepit, ut exceptis suis principibus, archiepiscopis et episcopis, si aliquis baronum sedere in sede aliqua in sua praesentia auderet, debita poena plecteretur, comburi faciens ipsorum sedes quas potuit invenire. Quod cognati exulum et captivorum amici, sibi etiam timentes in posterum, pro malo non modico habuerunt. Exinde inter eis scandalum est ortum.

5. *De tertia odii causa.*

Praeterea nobiles cum cordis amaritudine referebant; quod cum ipsi vel progenitores eorum, contra Ruthenos, Comanos, Polonos et alios in expeditionem a regibus saepius essent destinati, et aliqui essent ibidem gladio interempti, aliqui fame mortui, aliqui carceribus mancipati, et aliqui diversis tormentis afflicti, reges, qui pro tempore fuerant, revertentibus, vel captivorum propinquis recompensationem et remunerationem congruam faciebant, villas, possessiones et praedia concedendo eis, in perpetuum possidenda. Hic autem, non solum eis non addidit aliquid, sed concessa ad ius et proprietatem cuiusque, sine diminutione aliqua revocavit. Hic est dolor, hic est gladius, qui transfixit animas Hungarorum. Nam qui erant divites et potentes et secum habebaut multitudinem effrenatam, vix se solos poterant sustentare.

6. *De quarta odii causa inter regem Belam et Hungaros.*

Item saepius conquerebantur, quod rex contra regni consuetudinem, in depressionem eorum, prout voluit ordinavit: quod qualiscunque eminentiae fuerint nobiles, in eius curia negotium movere, aut ei oretenus loqui nequiverint, nisi supplicationes cancellariis porrigerent, et exinde finem negotii expectarent. Propter quod plerique pro minimo tantum in curia tenebantur, ut equos et res alias pro expensis expendere cogerentur, et multoties non expeditis negotiis recedebant. Nam cancellarii, ut dicebant, pro eo, quod nisi per ipsos requisitos regi loqui poterant, deprimebant et sublevabant aliquos, ut volebant. Propter quod illos suos reges esse generaliter et publice fatebantur, et regem alium non habere se dicebant.

7. *De quinta odii causa.*

Hoc aliud referebant, quod praeter, vel contra eorum consilium, et ad depressionem et confusionem eorum Comanos adduxerat. Quod patebat ex eo, quia quando ipsi vocati vel non vocati ad curiam accedebaut, copiam videndi regem non habebant,

nisi a remotis, et illi solum per interpretem loquendi habebant facaltatem.[1] Et si minimus Comanorum accederet, statim ut parebat aditus intrabat, et Comanos tam in sessionibus quam consiliis, et in omnibus Hungaris praeferebat. Propter quod tanta indignatio erat eis, ut vix possent tolerare, et licet non exprimerent, ad ipsum tamen bonum cor et animum non habebant, nec pro ipso pacis consilia cogitabant.

8. *De responsione ad primam odii causam.*

Fautores enim et faventes regi, iustificare ipsum in omnibus nitebantur, sic ad praemissorum singulare spondentes. Comanis introductis, cum per fidedignos ad regis notitiam pervenisset, quod per Comanos Hungari gravarentur, principibus, baronibus, comitibus et Comanis omnibus circa monasterium de Kew circa Ticiam convocatis,[2] deliberatione diligenti, communi consilio est sancitum, quod nobiles Comanorum cum suis famulis divisim per singulas Hungariae provincias mitterentur, et moram quilibet in provincia traheret sibi assignata, et ita cum multi simul non essent, gravamen inferre Hungaris non valerent. Et si Comanus Hungarum, vel Hungarus Comanum offenderet, comites, quibus hoc sub poena gratiae regis iniunctum fuerat, iustitiam facerent equivalentem: licet Comanis hoc, quod separari deberent, plurimum displiceret. Et sic ipsi postea sine offensione cuiusquam, cum suis tentoriis filtreis iumentis, pecoribus, terram vacuam Hungariae peragrabant. Et cum essent multi et pauperes inter eos, habebant Hungari de eis quasi pro nihilo servientes et sic status eorum magis ad commodum, quam ad incommodum erat eis. Cessare igitur debebat in hoc malevolentia populorum.

9. *De responsione ad secundam odii causam.*

Si rex mortuo genitore suscipiens gubernacula regni sui, quosdam de maioribus fecit quaestionibus subiici et tormentis, sanae mentis non debet aliquis admirari. Nam iidem inter ipsum regem et patrem suum saepius seditionem et scandalum procuraverunt, ita, quod hinc inde saepius militia congregata, dimicare ad invicem voluerunt, nisi per tenentes medium inter eos, essent

[1] A kúnok tehát nem beszéltek magyarúl, különben nem lett volna szükségök tolmácsra.

[2] Pauler Gyula szerint Bánmonostora a Dunánál, Pétervárad közelében, Szabó Károly szerint Kőtelek, a Tiszánál.

pacis foedera reformata.[3] Cum et ipse rex ad patris curiam accedebat, iidem in nullo ei penitus deferebant, immo dehonestare ipsum verbis et factis in quantum poterant, nitebantur. Quod celari non potest. Et contra vitam patris et filiorum nequiter conspiraverant; ut illis gladiis interemptis, facilius quilibet posset de Hungaria, quam sibi per partes diviserant, portionem sibi debitam, sine conditione cuiuslibet obtinere. Et cum concepta nequirent effectui mancipare, aliud nequius cogitarunt. Duci Austriae[4] literas cum certis pactis et conditionibus destinando, domino Frederico Romanomm imperatori coronam regni et Hungariam dare promittebant. Sed nuncius in via captus regi fuit cum literis praesentatus. Unde conservando ipsos ad vitam, misericordia, quae superexaltat iudicium, usus est contra eos. Si vero statuit, quod terra malis hominibus purgaretur, quam iniquitatem continet hoc statutum? Si sedes baronum cremari fecerit, quae iniquitas fuit ista? Num quid debent domini subiectis esse pares? Igitur non erant iusti Hungari in hac parte.

10. *De responsione ad tertiam odii causam.*

De tertia causa odii regem taliter excusabant: Est omnibus non ignotum, quod septuaginta duos habet Hungaria comitatus,[5] hos reges Hungariae bene meritis conferebant et auferebant sine iniuria possidentis. Ex his comitatibus habebant delicias, divitias et honores, potentiam, altitudinem et munimen. Sed per prodigalitatem quorundam progenitorum suorum,[6] iura[7] comitatuum eraut adeo diminuta, ut meritis et demeritis personarum non discussis, eisdem possessiones, villas et praaedia ad comitatus pertinentia, in perpetuum contulisseut. Ex quo viros comites non habebant, et cum incederent, simplices milites propter diminutionem comitatuum putarentur. Qui autem potentiores erant, sicut Thavernicus, qui et camerarius dicitur, ac dapiferorum, pincernarum nec non agazonum magistri,[8] et ceteri qui habebant in curia

[3] Ilyen összeütközések voltak 1223—24-ben, aztán ismét 1234-ben.

[4] Babenbergi Fridrik.

[5] Ugyanaz a szám mint III. Béla idejében. A tatárjárás korabeli megyék névsorát összeállítottam. M. nemz. története, II., 449. l. jegyzet.

[6] Imre és Endre.

[7] A megyék jövedelmei.

[8] Az udvari méltóságokkal nagy jövedelem járt. Az udvar bírájának fizetése 1278-ban 1000 márka volt, a királyné tárnokmestere V. István korában 500 márkát kapott.

dignitates, exinde in tantum incrassati erant, ut reges pro nihilo reputarent. Hic autem cupiens redintegrare coronam quae paene parvae potentiae facta erat, licet plurimis displiceret, male tamen alienata studuit revocare, ad ius et proprietatem comitatuum, tam a sibi contrariis, quam a suis. Licet non faciendo iniuriam alicui, iure suo in omnibus uteretur, tamen de regalibus bonis, bene ac fideliter servientibus remunerationem congruam faciebat. Unde quia usus fuit iure suo, cessare debebat malevolentia Hungarorum.

11. *De responsione ad quartam odii causam.*

Cum esset propter diversitates multiplices et ritus diversos paene totum regnum Hungariae deformatum, et rex ad reformationem eius totis viribus anhelaret,[9] et implicitus rebus arduis, nequiret singulis audientiam benevolam exhibere, duxit deliberatione provida statuendum, quod negocia suorum regnicolarum deberent ad instar Romanae curiae, per petitiones in sua curia expediri, suis cancellariis ita mandans, quod per se levia et simplicia negotia expedirent, quantocyus possent; ad suum auditorium ardua et gravia perferentes. Hoc ideo faciebat, ut negotia finem debitum velociter sortirentur. Sed malevoli, quod ad levamen oppressorum fuerat adinventum, ad iniquum compendium retorquentes, nodum in stipa et pilum in ovo invenire mendaciter satagebant.

12. *De responsione ad quintam odii causam.*

Illud asserebant penitus falsum, quod rex introduxisset Comanos ad depressionem et odium Hungarorum: sed solum propter hoc, ut cultus divini nominis in Hungaria suis temporibus augeretur, et sic, quando ipsum adversus inimicos coronae guerram habere contingeret, contra eos cum eis fortius et durius dimicaret. Si autem Comanos plus quam Hungaros honorabat, hoc ipsi aegre ferre non poterant, nec debebant. Nam decebat regiam dignitatem introductos hospites honorare; maxime cum eis hoc promiserit iuramento, et ipsum in fide sua ceperint imitari. Et cum essent eis Hungari odiosi, solum regem habebant in Hungaria protectorem. Nam Kuthen rex Comanorum per regem, et quamplures alii per maiores et nobiles regni fuerant baptizati, ita quod iam cum Hungaris connubia contrahebant. Et si rex eis

[9] Reformatio kifejezést találjuk az arany bullában is.

favorabilis non fuisset, ipsi in Hungaria non stetissent. Auditis autem hinc inde propositis scriptor finem huius negotii non imponit, lector, si valeat, causam terminet iustitia mediante. — Et si qui ipsum lingua mordere voluerint toxicata, dicentes, quod interpositiones huiusmodi nil ad rem pertinerent, et bene poterat esse sine illis: non est verum, quia haec discordia potissimus fomes fuit, quare Hungaria sic velociter est destructa.

14. *De vulgari Hungarorum opinione.*

Alii vero quamplurimi fatebantur, ut haberent de rege materiam obloquendi, quod Comani societatem contraxissent cum Ruthenis,[10] ut simul contra Hungaros, a quibus multa mala preceperant et saepius destructi fuissent, dimicarent. Et propter hoc, plus quam per annum, eos praedictus Kuthen cum suis praevenerat, ut conditiones terrae addiscerent, et linguam faceret sibi notam,[11] et cum introitum illorum perciperet, pugnam inciperet contra regem, et sic facilius illi portam possent obtinere, et ad ipsius Kuthen auxilium festinare, et ita citius aliquam partem Hungariae devastare, gaudendo et mordendo regem, pro eo ut Comanos introduxerat, ut superius est expressum. Et in hac opinione quamplurimi concordabant.

[10] Iráshiba Tartaris helyett, mi a következő mondatból kitűnik.

[11] Döntő bizonyíték arra nézve, hogy a kúnok nem beszéltek magyarúl.

XXIV.

BELAE REGIS IURA IUDEORUM.

A tatárjárás után IV. Bélának főgondja volt az ország népesítése. Számos oklevele tanusítja, minő bőkezüen adott jogot, földet az új telepeseknek. A zsidók befogadásánál ez általános szemponton kívül az a tény is érvényesül, hogy az ország szegénysége, a folytonos háborúk s más költségek miatt a király nagyon reájok szorult. Az aranybulla azon pontját, mely őket kamarai tisztségekből kizárta, soha se hajtották végre. Még kamara ispánja is vált közülök és többen nagy földbirtokokat szereztek.

Mint Kálmán törvénye, ez is különösen a zálogkölcsönöket rendezte. De nem annyira a régi magyar törvényen alapul, mint babenbergi Frigyesnek az osztrák zsidók részére kiadott kiváltságlevelein, mint ezt Kohn Sámuel (A zsidók története Magyarországon, I. 101—115. l.) kimutatta. Lényegesen több jogot ad nekik mint a régi törvény, és úgy a kölcsönt, mint a kereskedést és földbirtoklást illetőleg körülbelül egy sorba helyezi őket a városi polgárokkal. A mellett vallásuk, templomuk, iskolájuk is részesül védelemben.

Hanem az idegen jogi felfogás, mely ily módon a zsidókat illetőleg e kiváltságlevélben érvényesül, másrészt

igen káros visszahatással volt a zsidóság helyzetére. Igaz, hogy oltalomban részesülnek, de csak a király részéről. Őket is a kir. kamara tulajdonának kezdik tekinteni, úgy mint Németországban. Üzérkedhetnek, megszedhetik magokat, de a mit szereztek, utoljára mégis a királyé.

E kiváltságlevél sokáig érvényben maradt. Eredetije nincs meg, csak Hunyadi Mátyástól származó átirata, mely után kiadta Endlicher, Monumenta 473—477. l.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Comanieque rex, omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in omnium salvatore.

Quum uniuscuiusque condicionis homines in nostro regno commorantes volumus gracie et benevolencie nostre percipienciam invenire, Judeis universis in regno nostro constitutis hec iura ordinavimus ipsis inviolabiliter observanda.

1. Statuimus itaque primo: ut pro pecunia a mobili aut pro re immobili, aut in causa querimoniali que tangit personam aut res Judei, nullus Christianus contra Judeum, nisi cum Christiano et Judeo in testimonium admittatur, nisi factum adeo sit notorium et manifestum ut in dubium nequeat revocari, et nulla egeat probacione. Et istud temperamentum in quolibet capitulo huius privilegii volumus observari.

2. Item si Christianus Judeum impetit, asserens quod ei sua pignora obligavit, et Judeus hoc diffidetur, si Christianus Judei simplici verbo fidem adhibere noluerit, Judeus iurando equivalenter sibi obligato suam intencionem probabit, et transiet absolutus.

8. Item si Judei de facto inter se discordiam moverint aut guerram, iudex civitates nostre nullam sibi iurisdictionem vendicet in eosdem, sed nos aut summus noster cancellarius iudicium exercebit. Si autem reatus vergit in personam, soli nostre persone hic casus reservabitur iudicandus.

9. Item si Christianus Judeo qualecunque vulnus inflixerit, reus nobis solvat penam secundum consuetudinem regni, vulnerato duodecim marcas argenti et expensas, quas pro suimet curacione expenderit medicine.

10. Item si Christianus Judeum interemerit, digno iudicio puniatur, et omnia eius mobilia et immobilia in nostram transeant potestatem.

11. Item si Christianus Judeum ceciderit, ita tamen quod sanguinem eius non effuderit, solvet nobis iudicium secundum consuetudinem regni percussor quatuor marcas argenti. Si pecuniam habere non poterit, alia pena que nobis videbitur puniatur.

12. Item ubicunque Judeus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum prestabit aut inferet, nec gravamen. Sed si aliquas merces vel alias res duxerit, de quibus tributa debeant provenire, per omnia tributorum loca nonnisi debitum solvat tributum, quod solveret unus civium illius civitatis, qua Judeus eo tempore demorabitur.

14. Item si aliquis iactaverit temerarie super scholas Judeorum, iudici Judeorum marcam et dimidium volumus ut persolvat.

18. Item statuimus ut nullus iuret pro re modica super librum Moysis, qui podale appellatur, nisi ad nostram vocatus fuerit maiestatem.

23. Item in domo Judei nolumus hospitari.

24. Item si Judeus super possessionem aut literas magnatum regni pecuniam mutuaverit, et hoc per suas literas et sigillum probaverit, nos Judeo possessionem assignabimus obligatam, et eos contra violenciam defensabimus, et faciemus eum percipere fructus provenientes, donec Christianus appareat, qui velit redimere omnes possessiones taliter obligatas. Super Christianis tamen in eisdem possessionibus existentibus Judeum aliquam iurisdictionem nolumus exercere.

26. Item si Judeus receptum a Christiano pignus per spacium anni tenuit, si pignoris valor mutuatam pecuniam et penam non excesserit, Judeus iudici suo pignus demonstrabit, et prius ea vendendi habeat libertatem.

27. Si quod pignus per annum et dum ultra terminum convencionis apud Judeum absque ulla protestacione remanserit, nulli supra hoc postea respondebit.

28. Item volumus ut nullus Judeum super solucione pignorum in sua feriali die audeat coercere.

29. Item quicunque Christianus Judeo per vim abstulerit pignus suum, et quid violenter in domo sua exercuerit, ut violator camere nostre graviter puniatur.

31. Statuimus eciam, quod si iudex civitatis, in qua Judei morantur, noluerit eosdem secundum tenorem huiusmodi nostri privilegii iudicare, sed contra statuta consuetudinis et libertatum ipsorum hactenus observata aggravare voluerit, priusquam nobis per ipsos innotuerit, removeatur, et alius de nostra sciencia constituatur.

Ut autem hec nostra constitucio perpetuam obtineat firmitatem, presentes concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacione MCCLI. nonas Decembris, regni autem nostri anno XVI.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XXV.

IV. BÉLA LEVELE IV. INCZE PÁPÁHOZ 1253. NOV. 11-ÉN.

E levelet Theiner adta ki a vatikáni levéltárban levő eredetiből (Monum. Hung. Vatic. I.). Már előbb kiadta Fejér. Cod. Dipl. (IV. 2. 218—224.)

A levél keltének napja van csak megjelölve, az éve nincs. 1254-nél későbbre nem tehető, mert IV. Incze az év végén meghalt. Viszont sokkal előbbre sem helyezhetjük, mert István herczeg már házasnak van mondva benne, pedig 1254-ben is csak 15 éves volt. Annak, hogy 1254-re tegyük, mint a kiadók, két nehézsége van. Az egyik az, hogy IX. Lajos keresztes hadjáratát még nem tartja befejezettnek. Pedig a franczia király már 1254 nyarán visszajött Egyptomból. A másik az, hogy a németekkel való háboruskodásról szól, ennek pedig véget vetett az 1254. április 3-án kötött béke.

Egyike diplomatiai történetünk legfontosabb emlékeinek. Magyarország helyzete a Kelet és Nyugot közt itt van először teljes világosságba helyezve. Többször fordul elő benne az »Európa« kifejezés, mint a nyugoti kereszténység megjelölése. Magyarország ehhez akar tartozni, de saját erejével nem bír megvívni a Kelettel, a tatárral. Ha pedig elbukik, veszélyessé válik a Nyugotnak helyzete is. Mert a Duna az igazi választó-folyam, ennek vonalát kell a tatár ellen megerősíteni. Ennek bizonyítására több történeti

példát sorol fel, a melyek, ha nem is felelnek meg a valóságnak, az iró bő olvasottságáról tesznek tanuságot.

Érdekes a hagyomány fejlődésére nézve, hogy Attilát és a hunnok birodalmát, történeti szerepöket tekintve, nem a magyarhoz csatolja, hanem épen a tatárral állítja párhuzamba.

Igen jellemző továbbá IV. Béla állására és jellemére nézve, minő lealázásnak tekinti, hogy a politikai czélszerűség szempontjából kénytelen volt leányait orosz és lengyel fejedelmekhez adni nőül, fiának pedig kún feleséget választani.

Sanctissimo in Christo patri et domino I(nnocentio), Dei gratia sacrosanctae Romanae Ecclesiae summo pontifici, B(ela) eadem gratia rex Hungariae, reverentiam in omnibus tam debitam quam devotam. Cum regnum Hungariae per pestem tartarorum pro maiori parte in solitudinem sit redactum, et quasi ovile sepibus sit diversis infidelium generibus circumseptum, utpote Ruthenorum, Brodnicorum[1] a parte orientis; Bulgarorum et Boznensium haereticorum a parte meridiei, contra quos etiam ad praesens, per nostrum exercitum dimicamur, Alamannorum[2] vero a parte occidentis et aquilonis, a quibus propter consimilem professionem fidei fructum alicuius subsidii dictum regnum, sentire deberet; non fructum sed spinas guerrae suae sentire compellitur, bona dicti regni per rapinas subitaneas diripientium, propter quod, sed maxime propter tartaros, quos timere per experientiam belli didicit, prout aliae nationes, per quas transiverunt consimiliter didicerunt; requisito consilio Praelatorum ac principum nostri regni ad Christi vicarium ac fratres suos, tamquam ad unicum et ultimum in ultimis christianae fidei necessitatibus protectorem, dignum duximus confugere; ne nobis, ymmo potius vobis in nobis et aliis Christicolis accidat, quod timetur. Rumores enim de tartaris de die in diem nobis adveniunt, quod non

[1] Nem nemzet, hanem különböző népekből eredő rabló szökevényhad, mint később a kozák. Először 1222-ben fordulnak elő a mai Oláhországban.

[2] A németek olasz és franczia elnevezése.

solum contra nos, cui indignati sunt quam plurimum, eo quod post tantam lesionem eis subesse renuimus, cum omnes aliae nationes, contra quas experti sunt vires suas, tributarias se eisdem constituerunt, et specialiter regiones quae ex parte orientis cum regno nostro conterminantur, sicut Ruscia, Cumania, Brodnici, Bulgaria, quae in magna parte nostro dominio antea subiacebant, ymmo etiam contra totam Christianitatem condixerunt, et prout a quampluribus fide dignis pro certo dicitur firmiter in brevi proposuerint contra totam Europam suum innumerabilem exercitum destinere. Timemus etiam, quod si ipse gens venerit, ut nostri requeuntes, vel etiam nolentes saevitiam ferocitatis tartaricae hostiliter sustinere, eorundem iugo, Nobis etiam invitis, timore ducti, se submittant, prout iam fecerunt sui praefati alii convicini, nisi per circumspectam sedis Apostolicae provisionem regnum nostrum cautius et potentius muniatur, ut consolentur populi, qui habitant in eadem. Nos autem hec scribimus principaliter propter duo, ne possimus argui super possibilitate et negligentia. Super possibilitatis articulo dicimus, quod quicquid ad esse possibilitatis nostrae super hoc per experientiam facti concludi potuit, nos conclusimus, Nos et Nostra tartarorum viribus et ingeniis nondum cognitis exponentes. Super negligentia vero nequaquam redargui possumus. Requisivimus enim, adhuc tartaris in regno nostro dimicantibus contra nos, super condicto negocio tres tocius Christianitatis principaliores Curias, scilicet Vestram, quae domina et magistra omnis Curiae a Christicolis creditur et habetur, et imperialem, cui etiam propter hoc nos submittere decreveramus, si tempore praedictae pestilentiae nobis competens auxilium impenderet et iuvamen.[3] Francorum etiam curiam requiri fecimus,[4] de quibus omnibus nichil consolationis, vel subsidium recepimus, nisi verba. Nos vero ad id quod potuimus recurrentes propter bonum Christianitatis maiestatem regiam humiliando duas filias nostras

[3] IV. Béla követe, a váczi püspök által. 1241. juliusban azt az ajánlatot tette II. Fridrik császárnak, hogy Magyarország a hűbére lesz, ha visszaállítja. De a császár nem tett semmit, úgy, hogy Incze pápa 1245. augusztus 20-án Lyonban kelt oklevelében feloldotta a magyar királyt a hűbérrel járó minden kötelezettsége alól. Mégis e képzelt jog alapján ajándékozta Habsburgi Rudolf 1290. aug. 31-én Magyarországot fiának, Albrechtnek.

[4] IX. Lajos franczia király.

duobus ducibus Ruthenorum[5] et tertiam duci Poloniae[6] tradidimus in uxores, ut per ipsos et alios amicos nostros qui sunt ex parte orientis, sciremus nova, quae multum latent de Thartharis, ut sic eorumdem conatibus et fraudulentis ingeniis utcunque commodius resistere valeremus. Cumanos etiam in regno nostro recepimus, et proh dolor! per Paganos hodie regnum nostrum defendimus et per Paganos infideles ecclesiae conculcamus. Amplius, propter defensionem fidei christianae filio nostro primogenito Cumanam quamdam thoro coniunximus maritali[7] ut per hoc vitaremus deterius, et ut occasionem aliquam nancisci possemus, per quam valeremus eosdem, sicut plures iam fecimus, ad baptismi lavacrum convocare. Ex hiis ergo et aliis exoptamus, ut pateat sanctitati Summi pontificis per argumentum evidens, quod in tot rerum angariis, a nullo christianorum Europae principe seu gente alicuius iuvaminis emolumentum recepimus, nisi a domo hospitalis iherosolymitani[8] cuius fratres ad requisicionem nostram nuper arma sumpserunt contra Paganos et Scismaticos ad defensionem regni nostri et fidei christianae, quos iam partim collocavimus in loco magis suspecto, videlicet in confinio Cumanorum ultra Danubium et Bulgarórum per quem eciam locum tempore invasionis regni nostri ad nos aditum habuit exercitus Thartharorum,[9] de quo loco eciam intendimus et speramus, quod si factum nostrum et dictorum fratrum deus prosperaverit, et sedes apostolica eisdem favorem suum dignata fuerit impertiri, quod propagines catholicae fidei, sicut protenditur Danubius usque ad mare Constantinopolitanum per ipsos poterimus propagare, et sic Romano imperio[10] et etiam terre sancte poterunt impendere subsidia oportuna. Partim vero eosdem in medio regni nostri collocavimus, ad defensionem castrorum, quae circa Danubium aedificari facimus, cum gens nostra ad hoc exti-

[5] Annát csernigovi Rasztiszlávhoz, Konstantiát przemysli Leóhoz adta nőül.

[6] Kunigunda (Kinga) Béla legidősebb leánya, V. Boleszlónak, Krakó és Szendomir herczegének volt a neje. A magyar király mèsalliance-nak nézte ez orosz és lengyel házasságokat.

[7] István tehát már 1254. előtt nőül vette a kún Erzsébetet. Ez, mint a »quandam« bizonyítja, nem lehetett Kuten, vagy más kún király leánya.

[8] Sz. János lovagjai.

[9] Körülbelül a mai kis Oláhország. A vöröstoronyi szoros.

[10] A konstantinápolyi latin császárságnak.

terit insueta. Quia in hoc resedit examinatum quam pluries nostrorum consilium, quod esset salubrius nobis et tote Europe, ut Danubius fortalitiis muniretur. Haec enim est aqua contradictionis. Hic Eraclius occurrit Cosdroe pro Romano imperio defendendo,[11] et hic etiam nos quantumcunque improvisi et tunc enormiter laesi per decem menses contradiximus Thartharis, regno nostro tunc fere penitus fortaliciis et defensoribus immunito.[12] Quod, quod absit, si possideretur a Thartharis, esset pro ipsis apertum hostium ad alias fidei catholicae regiones; tum quia ex ista parte versus Christicolas non est mare impediens, tum quia possent familias suas in quibus abundant mirabiliter ibidem aptius quam alibi collocari. Totila[13] in exemplum veniat qui ex parte orientis ad occidentalem veniens subiugandam, in medio regni Hungariae sedem suam principaliter collocavit, et contra Caesares qui ex occidente ad sibi submittendum oriens dimicabant, quam plurima ad constructionem exercitus faciunt, infra regni nostri terminos deponebant.[14] Super hiis ergo provideat circumspecta pontificalis Sanctitas et antequam vulnus marcescat, salutare dignetur apponere medicamen. Admiratur enim quam plurimum sapientium multitudo eo, quod rebus ut nunc, sic se habentibus Regem Franciae, tam nobile membrum Ecclesiae, de Europae finibus Vestra Paternitas licentiari sustinuit.[15] Admiratur sinquam et admirari non desinit, eo quod Apostolica Clementia multis provideat, sicut Constantinopolitano imperio et ultramarinis partibus, quae si ammitterentur, quod absit, non tantum noceret Europae habitatoribus, quantum si regnum nostrum solum a Thartharis contingeret possideri. Protestamur itaque Deum

[11] Vonatkozás Heraklios római császár háborújára, Khoszru perzsa király ellen. Kr. u. 617. Ennek színhelye soha sem volt a Duna melléke. A levélíró ezt az adatot freisingi Ottó krónikájából merítette (V. k. 9.) occisoque singulari congressu super pontem Danubii Cosdroae filio-victor rediens. E tévedésre az szolgáltathatta az okot, hogy Anastasius chronographiája, Theophanes görög krónikájának latin fordítása a görög-perzsa háborúban a Torna folyó hídját említi (Ed. Boor. 199. l.).

[12] 1241. április — 1242. januáriusig.

[13] Attila helyett.

[14] Kifejezése a dunai végek jelentőségének a római birodalomra nézve.

[15] IX. Lajos 1248. aug. 25-én indult nagy keresztes haddal Egyptomba és onnét csak 1254. jun. 26-án ért vissza.

et hominem, quod tanta est necessitas et magnitudo dicti negotii, quod nisi diversa viarum pericula nobis contradicerent, non solum nuncios quos mittimus, mitteremus, sed etiam ad proclamandum in facie totius Ecclesiae, ad excusandum nos et licentiandum, etiam licet invitos ad componendum cum Tartaris, si super hoc auxilium impenderit paterna sanctitas et necessitas ingruerit, ad pedes vestros personaliter venissemus. Supplicamus igitur, ut consideret S. mater ecclesia, et si non nostra, saltem sanctorum Regum, praedecessorum nostrorum merita, qui plena devotione et reverentia se et suum populum, per eorum praedicationem orthodoxae fidei subiugatum, inter ceteros mundi principes in puritate fidei et obedientiae servaverunt, propter quae sibi et suis successoribus, quamdiu eisdem successerunt prospera Apostolica sedes irrequisita interdum promittebat omnem gratiam et favorem, si necessitas immineret. Eya igitur gravis necessitas nunc imminere pro certo creditur, aperite paterna viscera, manum competentis subsidii pro defensione fidei et utilitate publica in tantae prosecutionis tempore porrigendo. Alioquin, si in petitione tam favorabili et universaliter pro obedientibus Romanae Ecclesiae tam necessaria, quod credere non possumus, pateremur repulsum, cogeremur non tamquam filii sed privigni necessitate compulsi quasi extra gregem patris exclusi, suffragia mendicare. Datum in Potoka[16] in die S. Martini episcopi et confessoris III Idus Novembriis.[17].

E levélen vörös és kék selymen függ a király arany bullája.

[16] Sáros-Patak.

[17] IV. Incze már 1254. deczemberben meghalt Nápolyban. Mint IV. Sándor pápának 1259. okt. 14-én írt leveléből kitűnik, Béla tőle, Incze utódjától is kért 1000 balistariust. Fejér cod. dipl. IV. 2. 514 l.

XXVI.

IV. BÉLA KIRÁLYNAK ÉS FIAINAK, ISTVÁNNAK ÉS BÉLÁNAK TÖRVÉNYE 1267.

IV. Béla a tatárjárás után inkább egyes intézkedésekkel, mint általános törvényhozással állította helyre az országot. Csak mikor a közvetlen veszély elmúlt és a nemzet ismét fellélekzett, lehetett ismét szó az aranybullához fűződő nagyobb alkotásokról. Az 1267-iki törvény, az első, mely eredetiben fennmaradt, nem is más, mint az aranybullának a viszonyok szerint módosított harmadik kiadása.

A fő változás abban áll, hogy a köznemesek és a király között már el van ismerve a főurak, bárók rendje, mint a király tanácsa. Ennek mintegy ellensúlya a köznemességnek megyék szerint történt szervezkedése, mely szintén e törvényben nyilvánul először.

Nevezetes, hogy bár az ország akkor a király és két fia közt tényleg fel van osztva és különösen az ifjabb király, István, majdnem egész teljességökben gyakorolja a felségi jogokat: a nemzet egysége törvényhozás dolgában nem szenved semmi csorbát.

Kiadásunk az eredetin alapul, mely megvan az orsz. levéltárban. Az oklevélnek egyes sorait is megjelöltük.

Nos B(ela) dei gratia rex Hungariae et St(ephanus) per eandem Junior rex Ungarorum et dux Transsilvanus, ac Bela Junior dux tocius Sclavoniae Significamus omnibus praesentes litteras inspecturis quod nobiles Regni Ungariae universi qui | servientes Regales dicuntur ad nos accedentes, pecierunt a nobis humiliter ac devote, ut ipsos in libertate a sancto Rege St(ephano) statuta et obtenta dignaremur conservare, ut ipsi tanto nobis et chorone tenerentur | fidelius et affectuosius famulari, quanto eos gratiosioribus libertatibus dotaremus. Quorum peticiones et instantias considerantes fore iustas et legitimas, habito Baronum[1] nostrorum consilio et assensu duximus admittendas. Attendendo, quod per hoc invigilari de commodiori debeat statu Regni. Statuimus itaque, quod collecte vel exactiones racione camere, vel aliqua racione de populis nobilium nullo unquam tempore recepi debeant nec | victualia nec etiam ratione descensus per nos vel per alios molestari.[2] Item volumus, quod omnes terre castri vel udvornicorum ad quos populi nostro nomine vel domine Regine sunt congregati, castro et udvornicis restituantur, | ne ipse ville gaudere debeant privilegiato nomine hospitum liberorum. Item ordinavimus quod nullus ex nobilibus propter malam suggestionem debeat sine strepitu iudicii per nos captivari, incarcerari vel | dampnari rebus seu persona.[3] Sed tractus in iudicium praesentibus baronibus exclusis ira odio vel favore, iudicetur iuris ordine observato. Item concessimus quod nobiles petita licencia et optenta, ad quemcunque nostrum | se transferre voluerint transferendi liberam habeant facultatem, nec propter hoc possessiones eorum destruantur.[4] Preterea statuimus quod terre nobilium, quas populi liberarum villarum nostrarum, vel domine Regine seu udvornici seu | castrenses quocunque occasione occupaverunt et detinent, restituantur ipsis nobilibus, secundum fidem et scientiam duorum baronum nostrorum, quibus nos et ipsi nobiles fidem duximus adhibendam. Item volumus, quod si aliquem de | nobilibus sine heredibus mori contingeret, possessiones et bona ipsius medio tempore non distrahantur, nulli donentur, nulli conferantur, nulli perpetuentur, donec cognati et genera-

[1] Ez anglo-normann kifejezés itt fordul először elő törvényben, a régibb jobbágy értelmében.

[2] Arany bulla 3.

[3] A. b. 2.

[4] A. b. 18.

ciones eiusdem decedentis ad nostram presenciam evocentur | et ipsis ac baronibus nostris presentibus de eisdem ordinetur, sicut dictaverit ordo iuris. Interim autem et possessiones et bona ipsius decedentis cognati et generaciones debeant conservare. Item statuimus, quod si ad occupanda vel | acquirenda regna et terras continguat[5] exercitum nos movere, nobiles invitos ad exercitum non trahemus, nisi qui sponte voluerint proficisci vel pro nostra pecunia, nec etiam in subsidium filiorum nostrorum vel aliorum invitos | ire aliquatenus compellemus.[6] Item ordinavimus quod singulis annis in festo sancti Regis unus ex nobis Albam venire debeat, et de quolibet comitatu duo vel tres nobiles debeant convenire ut in eorum presencia de | omnibus dampnis et iniuriis per quoscunque datis et illatis omnibus querelantibus satisfiat.[7] Item si aliquis ex nobilibus non habens heredem in exercitu mortuus fuerit, possessiones ipsius (kétszer) quoquomodo acquisite ad manus | regias non devolvantur, sed cognato vel generacioni decedentis in exercitu cedere debeant, ita videlicet, quod possessiones ipsius hereditarie ~~cognacioni~~ sue remaneant, empticie vero vel acquisite cuicunque in vita sua conferre voluerit | relinquantur.[8] Item cause nobilium sine peticionibus debeant expediri.[9] Et in hiis omnibus ac aliis libertatibus a sancto Rege Stephano constitutis ipsos nobiles manutenebimus, et conservabimus inviolabiliter, sic nos | deus adiuvet et sancta dei evangelia et vivificum dominice crucis lignum. Si quis autem nostrum imposterum presentis statuti et libertatis a sancto Rege St. constitute, transgressor extiterit, quod absit | ipsum dominus Archyepiscopus Strigoniensis per censuram eccliasticam compellat ad premissa inviolabiliter observanda, prout id nos ipsi assumpsimus pari voto.[10] Ut autem hec nostra ordinacione perpetuum robur obtineant | firmitatis, presentes eisdem literas nostris sigillis fecimus communiri. Datum Anno domini Millesimo CC⁰ sexagesimo septi(mo).

[5] contingat helyett olaszosan, vagy francziásan.

[6] Arany b. 7.

[7] Arany bulla 1.

[8] V. ö. arany bulla 10.

[9] Az irásbeli eljárás eltörlése.

[10] V. ö. 1231-i arany bulla befejezése.

XXVII.

IVÁNKA CSALÁD RÉSZÉRE ADOTT ADOMÁNYLEVÉL 1274.

Régi időkben nagy hézag választotta el a közszabadokat, vagyis a király nemes szolgáit, a várak jobbágyaitól, még a hadakozóktól is. A tatárjárás után egyre csekélyebb lesz ez a hézag. A szegény köznemes jobbágy sorsra jut; a magát kitüntető harczos jobbágy nemességet nyer. Különösen Kún László idejéből maradt reánk igen számos ilyen nemesítés. Kézai, azon kor történetirója, a várjobbágyokat »szegény nemeseknek« nézi.

Az itt közlött oklevél fontossága a bevezetésében foglalt közjogi elméletben áll. Régi magyar felfogás az, hogy az egész nép »mint Hunor és Magyar ivadéka« kezdetben egyforma szabad volt. Királyi kegy emelte fel méltóságra az egyiket; saját bűne vagy szerencsétlensége taszította le a szolgaságba a másikat. Még Sz. István is így szól fiához: »Ne feledd, hogy minden ember egyenlő« (De morum institutione 4. cz.). Ez az igazi magyar felfogás tükröződik vissza abban a mondatban, hogy kezdetben minden ember egyformán szabad volt, és így a királyi kegynek hozzá kell járulnia ahhoz, hogy azok, kikért saját vagy mások érdemei szólanak, a régi szabadságba visszahelyeztessenek. A magyar nemesség ugyanis, az akkori felfogás szerint, nem kiváltság, hanem »arany szabadság«.

A nemesített családot nem is nevezik nobilisnak, hanem a királyi szolgák (servientes regales) társaságába sorozzák.

Az oklevél eredetije a M. N. Múzeumban, az Ivánka család levéltárában. Kiadta Ivánka Zsigmond: 6 oklevél az Ivánka család oklevéltárából.

Ladislaus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum ab exordio rerum humane conditionis libertatis omnium una eademque fuerit conditio, divina permittit pietas et id ipsum regalis debet annuere benignitas, ut pro quibus ipsa vel aliorum merita suffragantur, ad pristine libertatis aeram restituendi fore censeantur. Proinde ad universorum, tam presentium, quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum Paulus filius Iwanka, Petrus, Micou, Johannes et Nicolaus filii Iwanch et Egidius filius Dusa de iobagionibus castri de Abawyvar oriundi a temporibus pueritie sue in diversis expeditionibus Regni Hungarie, tam nostris, quam karissimi patris nostri Regis Stephani felicis recordationis temporibus fideles famulatus et obsequia impendissent gratiosa, specialiterque sub castro Jauriensi, quod per Teotonicos casualiter captum fuerit, Idem pro fidelitate Regno debita et corone, morti se intrepide exponere non formidantes, viriliter usque ad effusionem sanguinis eorundem dimicaverint, prefatis Petro, Paulo et Micou in expugnatione castri eiusdem letaliter vulneratis, coram oculis nostre maiestatis remanentibus semivivis. Nos, qui ex debito nostri officii metiri debemus merita singulorum, ut eos et eorum exemplo reliquos ad fidelitatis opera devotius invitemus, licet potioribus et maioribus digni habeantur et nostre sit intentionis ipsis in pluribus providere cum se locus et tempus optulerint oportunos in recompensationem servitiorum suorum aliqualem eosdem Petrum, Paulum, Micou, Johannem, et Nicolaum ac Egidium et per eos heredos eorum, heredumque successores de ipso iobagionatu castri pure et simpliciter eximendo cum terris eorum, quocunque iusto titulo possessis, in numerum, cetum et consortium servientium regalium de plenitudine nostre gratie duximus transferendos, volentes, ut de cetero de pristine conditionis honere penitus exuti, aurea libertate perpetuo gratu-

lentur. Ut igitur series gratie nostre huiusmodi robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum possit per quempiam in irritum revocari, presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti, sancte Strigoniensis ecclesie electi, eiusdemque loci comitis perpetui, Budensis prepositi et aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, Anno domini M° CC° LXX° quarto, Indictione Secunda, XII° Kalendas Septembris, Regni autem nostri Anno Secundo, venerabilibus patribus Stephano Colocensis et Johanne Spalatensis archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio waradiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transsilvano episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Dionisio Palatino, comite de Oklych et Judice Cumanorum, Henrico bano totius Sclavonie, Nicolao Judice curie nostre, comite de Guechke, Joachino magistro Tavarnicorum nostrorum, comite de Plys, Nicolao woyavoda Transilvano, comite de zounuk, Renoldo magistro dapiferorum nostrorum, comite Zulgageuriensi, Herbordo magistro agasonum nostrorum, comite de Barana, Paulo bano de Sceurino, Moys magistro tavarnicorum ipsius domine Regine, comite Symigiensi, Dedalo comite Zaladiensi, Gregorio comite castri ferrei, Johanne comite Supruniensi, Jacobo comite Nitriensi et aliis quampluribus comitatus Regni tenentibus et honores.

XXVIII.

IV. LÁSZLÓ TÖRVÉNYEI A KÚNOKRÓL.

A kúnok befogadása a tatárjárás előtt a király személyes ténye volt, azon törekvés kifolyása, hogy Magyarország a fenyegető ellenséggel szemben erős, megbizható szövetséges hadsereget nyerjen bennök. Megszállásuk, mint Rogerius előadásából látjuk, mégis nagy viszályokra adott okot kúnok és magyarok között. Ezen viszályok következtében a kúnok nem is tették meg azt a szolgálatot, melyet IV. Béla tőlük várt. Egy részök az országot pusztította, a másik a tatárok elől Bolgáriába vonult. A tatárok kivonulása után ismét visszahivta őket a király, szövetségre lépett velök, családi összeköttetésbe fejedelmeikkel és lakóhelyet adott nekik az alföldön. Ennek elpusztulása következtében már nem volt annyi összeütközés kún és magyar közt, mint annak előtte. Úgy az osztrák-cseh mint a bosnyák háborúban, még inkább tán a IV. Béla és fia István közt folyó harczokban, a kúnok meglehet többen voltak a magyar hadi erőnél.

Hanem az a probléma: hogyan lehet meg egy országban, egymás mellett, két, erkölcsben, vallásban, életmódban annyira különböző nemzet, még korántsem volt megoldva. Már IV. Béla is nagy megaláztatásnak nézte, hogy neki pogányok segitségére kell támaszkodnia és hogy még fiának, örökösének is a kúnok között kellett keresnie feleséget. IV. László alatt, kit anyja egészen a kúnok társaságába

vont, az ellentét a keresztyén, már telepedett magyarok és a pogány, nomád kúnok között egyre élesebbé vált. A királyt rokonsága és erkölcseinek lazasága inkább a kúnokhoz vonta. A magyar egyház és a magyar urak egyetértettek abban, hogy Lászlót a kúnok társaságától elvonják és feleségéhez, Anjou Károly leányához közelítsék. A pápai legatus, Fülöp fermói püspök, ki 1278. őszén jött hazánkba, igen határozottan lépett fel a kúnok pogánysága s üstökös hajuk, bozontos szakálluk ellen. Az alföldi magyar urak pedig, kiknek birtoka és élete a kóbor, vad tőszomszédok miatt soha sem volt biztonságban, nem akarták tovább türni azok féktelenségét és rendelkezésére állottak a legatusnak.

Ily viszonyok közt jött létre Lászlónak első kún törvénye a Budán 1279. junius 22-én tartott országgyülésen. Ebben a király megesküszik arra, hogy a kúnokat megkereszteltetni, életmódjuktól elvonva állandó lakóhelyre kényszeríti, a rablástól eltiltja és keresztyén rabszolgáikat kiszabadítja. A királynak, ki Sz. István követőjének mondja magát, ezen akaratába belenyugszanak Uzak és Tolon kún fejedelmek. Csak rideg parancsról, kényszerítésről van szó, melynek teljesítése fejében a kúnok semmi kedvezésben nem részesülnek.

Egészen más a másfél hónappal később, ugyancsak Lászlótól kiadott kún törvény. Az alávetés volt; ez megegyezés. A király most is megköveteli ugyan a keresztséget, és Alpár és Uzur, a kúnok urai, ehhez hozzá is járulnak, de már az életmód és a rabszolgák ügyében sok engedményt tesz. Elismeri a kúnok törzsszerkezetét, melyet voltakép csak e törvényből ismerünk meg, és főbenjáró ügyekben megalkuszik régi jogszokásaikkal (11—12. cz.). Még fontosabb ennél, hogy óriási földbirtokot jelöl ki a kúnság kizárólagos tulajdonául és ahhoz csatolja az azon

belől eső használatlan magyar földeket is. A kúnságot pedig, nemzetül, a magyar nemesség szabadságaival és kiváltságaival ruházza fel. Igy ez a törvény lett a kúnság megtéritésének és a magyarságba való beolvasztásának legerősebb előmozdítója. Az 1280-iki kún felkelés ezt hátráltatta ugyan egy ideig, de azóta e történeti folyamat faltartóztatható nem volt, mig, körülbelől Mátyás korában teljes befejezésre nem jutott.

A kún törvények ki vannak adva a Fejér C. Dip. V. 2. és Endlicher Monumenta 554—565. Mindkettő Farlati, Illyricum Sacrum V. k. után.

IV. László törvénye a kúnokról 1279.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus christi fidelibus presentes inspecturis salutem in auctore salutis.

Divine visitacionis exordium, quo nos dominus verus oriens visitavit ex alto, quo sancte matris visceribus adunamur lumine catholice fidei illustrati, in progenitore nostro sancto Rege Stephano, a sacrosancta romana ecclesia recognoscimus ut debemus, in ipso enim orthodoxe fidei, divina afflante clementia sacrum redolevit unguentum, in ipso, alludione celestis gracie pullulante, una cum serenissimis regibus Hungarie claro germine descendentibus, ab eadem regni gubernaculum suscepimus et coronam, et ut principatum fidei in sacrosancta romana ecclesia consistere, eandemque Christi thalamum et Trinitatis hospicium luculencius demonstraret, non a se vel ab alio, sed ab eadem ecclesia romana matre omnium et magistra, regni diadema revelacione divina meruit obtinere, ut ab ea quasi quodam capite principali, dona sua in omne corpus effunderet lux divina, et exsortem se ministerii intelligeret esse divini, qui a Petri soliditate recederet deviando. Et quia nihil est quod lumine clariore perfulgeat quam in principe recta fides, cupientes toto mentis annisu tentorium fidei dominice ampliare, eiusdem sanctissimi regis Stephani progenitoris nostri vestigiis pro modulo inherentes, ut in aream domini

sub unitate fidei inter ceteros Cumanorum multitudinem pro parte charactere dominico insignitam, suscepto baptismatis sacramento, quamvis adhuc in via morum errantem, reliquam eciam partem a ritu paganismi ad agnicionem Christiane fidei, mediante venerabili et sanctissimo patre domino Philippo dei gracia episcopo Firmano, apostolice sedis legato, eiusque sancto ministerio domini cooperante clemencia perducamus, quatenus celeste regnum proficiat per terrenum, solemniter promisimus et iuravimus ad sacrosancta dei evangelia, in presencia eiusdem venerabilis patris domini legati et omnium prelatorum et religiosorum virorum et satraparum nostrorum, qui aderant tunc presentes.

Primo quidem iuravimus: quod fidem catholicam et ecclesiasticam libertatem servaremus et teneremus, ac teneri faceremus et servare in regno nostro et terris nobis subiectis, quodque constituciones et decreta sanctorum regum progenitorum nostrorum, et bonas consuetudines eorundem, nec non omnia alia et singula, que nostri progenitores in sua consueverunt coronacione iurare, inviolabiliter servaremus, venerabilique patri Philippo apostolice sedis legato et aliis quibus ex officio competeret, assisteremus debito cum effectu iurisdictionis et potestatis nostre brachio, ad comprimendos et expellendos hereticos de regno et terris nobis subiectis.

Secundo iuravimus in presencia predictorum, quod novem alios articulos, qui quidem catholicam et ecclesiasticam libertatem nec non Christianorum et Cumanorum statum tangunt effectualiter impleremus, ea modo simili servaremus et servari a nostris subditis faceremus.

Demum promisimus et iuravimus venerabili patri domino legato prefato attendere et servari facere articulos infrascriptos, quos pro cultu iusticie et unitate fidei observanda Usacus et Tolon principales Cumanorum, quorum vicem et consensum se habere dicebant, in presencia eiusdem domini legati et nostra solemniter et publice se facturos et servaturos sine refragacione qualibet assumpserunt et modis omnibus curabimus ac in nostrum suscipimus officium et ministerium regie maiestatis, sub obligacione regni nostri et nostra, eosdem principales Cumanorum et universos Cumanos articulos infrascriptos fideliter observaturos, omnem ad hoc, quantum ad nostrum spectat officium, curam et operam impendendo, qui quidem articuli hoc ordine declarantur:

Articuli Cumanorum.

I. Ut scilicet universi Cumani et singuli cuiuscunque etatis et sexus, quicumque nondum sunt baptisati, volunt et desiderant recipere baptismatis sacramentum et suscipere et tenere omnia ecclesiastia sacramenta, et quecunque alia servanda docet, tenet et predicat Romana ecclesia sacrosancta, et idolorum cultura ac omnibus et singulis paganorum ritibus dimissis et prorsus relictis, servare catholice fidei unitatem.

II. Et quod discedent et recedent a tabernaculis suis et domibus filtrinis, et habitare et morari in villis Christiano more in edificiis et domibus solo fixis expressius assumpserunt, et conformare se in omnibus moribus et ritibus Christianis promiserunt expresse.

III. Preterea in regno et terris nostro dominio subiectis ab omnibus insolenciis et homicidiis faciendis, ac interfectione Christianorum et eorundem sanguinem effundendo retrahant penitus manus suas, ut in antea nullo unquam tempore facient, nec pacientur fieri huiusmodi aliquatenus per suos famulos et subiectos.

IV. Preter hec iidem Cumanorum eidem domino legato humiliter supplicarunt, quod ipse dominus legatus procuret ordinare inquisitores aliquos fide dignos, qui per singulas generaciones eorum et generacionum gradus sibi invicem quacunque linea attinentes, et per omnes alios subiectos eorum inquirant et sciant super premissis omnibus et singulis veritatem, quam domino legato et nobis referre et exponere teneantur, ut is qui in aliquo premissorum tansgressor inventus fuerit, penam ecclesiasticam quam meretur ab eodem venerabili patre et ecclesia ipsa recipiat, et per nos temporalis vindicte debitam senciat ulcionem.

V. Ceterum sepedicti procuratores nomine Cumanorum procuratorio pro se et pro eisdem Cumanis renunciaverunt et abdicaverunt omnia monasteria et ecclesias, et possessiones monasteriorum, ecclesiarum et omnium nobilium et ceterorum Christianorum, que et quas hactenus iniuste et minus debite occuparunt ac eciam tenuerunt, asserentes eosdem Cumanos et se esse paratos ad remittenda et restituenda iuxta mandatum eiusdem domini legati omnia et singula supradicta.

Promittimus eciam sub sponsione fidei et prestiti iuramenti

ac obligacionibus supradictis, quod ut premissa omnia et quecunque alia pro ampliacione fidei Christiane et ecclesiastice libertatis, ac sublimacione regalis solii, et statu pacifico regni nostri idem pater venerandus apostolice sedis legatus in(con)vocacione publica regni nostri facienda vicesima die post festum beati Johannis Baptiste duxerit ordinanda, acceptabimus, servabimus et attendi et servari ab omnibus nostre dicionis subditis firmiter faciemus. Que omnia, videlicet tam articulos prenominatos, quam alia, que in prefatam convocacionem per ipsum dominum legatum fuerint ordinata et solemniter publicata ad eternam rei memoriam in nostris scriptis publicis sub bulla aurea seriatim redigi faciemus, ac sic redacta et bullata legato trademus et tradi faciemus prefato. Quod si prefatos Cumanos ad predicta et singula observanda et implenda, exhortacionibus, persuasionibus, racionibus et precibus forsan inducere non possemus, recepimus; promisimus, et iuravimus, quod in congregacione predicta contra dictos Cumanos iudicemus et faciemus exercitum generalem de regno et terris nobis subiectis, ad quem nostros et regni nostri invitabimus, ac invitari faciemus amicos, ad compellendum eos per dictum exercitum et alios quoslibet utiles modos brachio regie potestatis, ad recipienda, facienda ac eciam observanda omnia et singula supradicta; promittimus sub obligacionibus supradictis, quod eos faciemus dare necessarios obsides custodiendos et tenendos iuxta regnum et terram nostram ad mandatum et preceptum prefati domini legati in loco seu locis per illum seu illos, de quo vel quibus eidem domino legato videbitur expedire. In quorum omnium testimonium, memoriam et noticiam pleniorem, nec non perpetui roboris firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri appensione et munimine roboratas. Datum Bude per manus magistri Nicolai aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono. IX. Kalendas Julij, regni autem nostri anno septimo.

IV. László törvénye a kúnokról 1279.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salu-

tis largitore. Ad universorum noticiam, tam presencium, quam futurorum volumus pervenire, quod cum venerabilis pater Philippus, dei gracia Firmanus episcopus, apostolice sedis legatus, ad nos et regnum nostrum specialiter ab eadem sede sancta, a Christi scilicet vicario fuisset destinatus, ipsius salubri suasione et sancta inductione concurrentibus, placuit dominis Comanorum, scilicet Alpar et Uzur, et ceteris dominis de Comanis, ac simpliciter omnibus nobilibus de Comanis et universitati eorundem, ut ipsi relicti idolorum cultura, et omnibus ac singulis paganorum ritibus prorsus dimissis, ad catholice seu orthodoxe fidei unionem convertantur, ac sacri baptismatis universi et singuli cuiuscunque etatis et sexus, qui nondum sunt baptisati, recipiant sacramentum, et servent omnia ecclesie sacramenta, et quecunque alia docet, tenet, et predicat ecclesia Romana sacrosancta, et quia fides sine opere mortua, sicut legitur, reputatur, nos, ut assumpte fidei (sancte) perfectio apud ipsos et in ipsis sumat inicium, et principale iaciat fundamentum, cum ad hocce eosdem dominus legatus quodammodo coarctaret, recipimus et prius de septem generacionibus eorumdem Comanorum, prout sunt, septem obsides, que nos ad tempus faciemus obtineri, quos quidem dominos de Cumanis et nobiles Comanorum et totam gentem eorumdem, in regno nostro existentem, nos solemni et publica congregacione in regno nostro facta, et diligenti deliberacione cum baronibus et nobilibus regni nostri habita descendere fecimus, modo ac locis infrascriptis.

1. Videlicet a modo descendent et recedent a tabernaculis suis et domibus filtrinis, et habitabunt ac morabuntur in villis more Christianorum, in edibus et domibus solo fixis.

2. Preter abrasionem barbarum et abreviacionem capillorum, et habitum vestium eorumdem, super quibus eosdem preter ipsorum voluntatem venerabilis pater dominus legatus, ad nostram devotam instanciam, lenitate paterne pietatis condescendens, invitos non coegit, sed in aliis se moribus Christianorum conformabunt.

3. Et quod in regno et terris nostris ab omnibus insolenciis et insidiis faciendis, ac interfectione Christianorum, ac eorum sanguine effundendo, retrahent penitus manus suas.

4. Et ut antea nullo unquam tempore facient, nec fieri permittent huiusmodi per suos famulos et subiectos, et ut premissa

per eosdem observentur, ordinabit dominus legatus inquisitores aliquos fide dignos, qui per singulas generaciones eorumdem et generacionum gradus, quacunque linea sibi invicem attinentes, et per alios omnes subditos eorum inquirant, et sciant super premissis omnibus et singulis veritatem, quam nobis et eidem domino legato, immo ecclesie, referre et exponere teneantur, ut ille, qui in aliquo premissorum transgressor inventus fuerit, penam ecclesiasticam, quam meretur, ab ecclesia accipiat, et nihilominus per nos temporalis vindicte senciat ulcionem.

5. Et quia copiosa multitudo Comanorum copiosum terre spacium cupiebat, statuimus, ut hi qui cum generatione sua inter Danubium et Ticiam, aut iuxta fluvium Kriss, vel inter flumina Morus et Kris, aut ex utraque parte fluminis eiusdem, vel inter flumina Tymus et Moros, aut circa eadem descenderant, et non alias, sed super eisdem fluminibus seu locis, sive terris, super quibus primitus quamlibet generacionem cum suis tabernaculis dominus Bela rex avus noster illustris rex Hungarie, inclyte recordacionis, descendere fecerat, ibi et nunc descendant et resideant modo premisso, tanquam nobiles regni nostri, conferendo et dando eis ibi terras condicionariorum, aut hominum nobilium, sine herede decedencium, quamlibet illarum cum pertinenciis et utilitatibus suis, sylvis videlicet, fenetis, piscaturis, quas eorum descensus concluserit, que nostre collacioni de iure dignoscuntur pertinere, remanentibus iuribus et possessionibus monasteriorum et ecclesiarum semper salvis.

6. Dedimus insuper et contulimus eisdem vacuas terras nobilium et iobbagionum castri, tales que a tempore Tartarorum vacue perstiterunt et fructuosis utilitatibus carent, videlicet piscaturis et sylvis lucrativis, ita tamen, quod iisdem nobilibus, et iobbagyonibus castrorum nos pro talibus vacuis terris ipsorum aut iustum precium persolvemus, aut concambium equivalens conferemus, quas omnes iidem domini et nobiles de Comanis, de qualibet generacione ipsimet inter se divident, pro modo et qualitate cuiuslibet, sive statu.

7. Tales vero vacuas terras nobilium et iobbagionum castrorum, que fructuosis vigent utilitatibus et abundant piscaturis videlicet et sylvis indensis, quemadmodum est premissum, et eciam terras tales, super quibus iidem nobiles et iobbagiones castri domicilia aut populos, seu villam habent, seu in aliis

minoris utilitatis existant, easdem tales terras ipsi quidem nobiles et iobbagiones castri, quorum fuerint, libere et pacifice inter eosdem Comanos possidebunt, quod et predicti domini de Comanis et generaliter omnes nobiles Comanorum consenserunt, ut ad presens inter ipsos et eosdem nobiles mutua compaternitas et cognacionis affinitas contrahatur, et maior inter ipsos dilectio et amicicia propagetur, verum iidem nobiles et Comani equali prerogativa libertatis gratulentur.

8. Precise expressimus, quod domini et nobiles Comanorum universi et singuli ad nostrum exercitum, ad quem nos personaliter accesserimus, venire teneantur, sicut ceteri nobiles regales servientes, et si qui ex iisdem negligentes exstiterint, eandem ulcionem, idemque iudicium pacientur, quam vel quod incurrent alii nobiles regni nostri, qui non veniendo exstiterint negligentes.

9. Ceterum, cum super articulo restitucionis captivorum Christianorum, quem dominus legatus precipuum et maximum pro ceteris mente reputabat, ad nostram et venerabilium patrum episcoporum et ceterorum prelatorum ac baronum nostrorum instanciam, idem dominus legatus paternaliter condescendit hoc modo: quod captivos, quos in regno et terris nostris Christianos quoquo modo retinebant, precise et absolute reddere, nec retinere tenebuntur, alios vero captivos suos, in extraneis regnis captivatos retinebunt.

10. Ad hec: quia predicte septem generaciones Comanorum in diversis locis, et in pluribus processibus, utpote domini archiepiscopi Colocensis, et venerabilium patrum dominorum Varadiensis, Agriensis, Chanadiensis et Vaciensis episcoporum residebunt et descendent, volumus eodem domino legato annuente, ut unus quisque eorumdem venerabilium patrum accedat ad generacionem in sua diocesi descendentem, cum uno barone nostro et duobus servientibus de regni nobilibus fide dignis, et idem nondum baptizatis sacri baptismatis imponat sacramentum, et tum super captivis, qui in regno et terris nostris fuerint captivati remittendis, quam eciam super vacuis terris nobilium pretaxatis, quas modo premisso eorumdem Cumanorum descensus incluserit, videant et inquirant omnimodam veritatem, et demum nobis fideliter debeant remandare, ut nos eisdem nobilibus regni nostri, quorum terre fuerint, sciamus in precio vel in concambio respondere.

11. Nec hoc pretermittimus, quod iidem domini de Comanis et nobiles et universitas Comanorum, iudicio Palatini regni nostri, qui fuerit pro tempore constitutus, subiacebunt, sicut tempore Bele, avi nostri fuerat institutum, qui quoslibet cum incolis regni nostri in omnibus articulis iudicabit, assidente ei iudice seu principe, qui in generacione qualibet fuerit institutus, prout a tempore avi nostri exstiterat observatum, hoc duntaxat excepto, quod si lis inter duos nobiles Comanos super effusione sanguinis, vel aliquo casu iudicerit, extunc eundem solus iudex illius generacionis, qui de parte rei exstiterit, iudicabit, nihilque in eorumdem duorum nobilium Comanorum litibus precipere poterit Palatinus, et, si alter huiusmodi duorum inter se litigancium sentenciam iudicis sue generationis refutaret, ad nostram presenciam evocando, extunc eosdem duos nos personaliter assidente nobis similiter iudice generacionis sue iudicabimus iusticia mediante: hoc specialiter declarato, quod si in alterum talium duorum nobilium Comanorum effusio sanguinis immineret, et idem pertinens ad mortem, ad nos confugere posset incidenter, ex tunc huiusmodi effusionem sanguinis, ex hoc, quod ad nos pervenit, evadet, sed nihilominus debebit exsulari, et sic manendo extra regnum, tanquam exul requiret graciam redeundi ab iis, quos excesserat, si poterit obtinere, sed interim donec obtinebit, non in regno sed extra regnum permanebit, si vero persona excedentis talis fuerit, pro qua intercessores de dominis et nobilibus Comanorum statim, cum ad nos confugerit, accesserint veniam super exulacione excedentis postulantes, extunc talis excedens ab huiusmodi exilio erit absolutus, sed de rebus et bonis suis, et in quem excessit, ut premisimus, satisfaciat.

12. Porro assumsimus et assummimus, quod neminem de servis eorumdem dominorum et nobilium de Comanis, si ad nos venerit recipiemus, nec barones, nec nobiles regni nostri eosdem recipere poterunt vel tenere, immo eosdem servos cum universis rebus suis, apud quoscunque inventi fuerint, restituere tenebuntur, villas eciam, quas a quibusdam ex iis, que nostre collacioni de iure spectant, abstuleramus, eisdem a quibus abstulimus restitui faciemus.

13. Ceterum quoniam predicti domini de Comanis et nobiles Comanorum una ac eadem cum regni nobilibus perfruantur libertate, statuimus, ut sicut a tempore sanctorum regum progeni-

torum nostrorum super regni nobiles et eorum populos, nec per nos, nec per regni barones descensus fieri debebit violentus: ita et super eosdem dominos et nobiles de Comanis, ac eorumdem populos, nec per nos, nec per dominam reginam, karissimam consortem nostram, et nostros barones descensus violentus fieri non possit, nec debeat, ullo modo.

14. Insuper eciam terras seu possessiones, quas hactenus ex collacione progenitorum nostrorum et nostra, cum privilegiis eorumdem et nostro, vel aliquibus aliis evidentibus instrumentis iuste et pacifice possidere dignoscuntur, ea possidere valeant et habere.

Ut igitur series huiusmodi ordinacionis per nos facte robur obtineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Nicolai aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCLXXIX. quarta idus Augusti, regni autem nostri anno septimo.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XXIX.

III. ENDRE TÖRVÉNYEI, 1291—1298.

Régi igazság, hogy a közszabadságok kivivására nincs alkalmasabb kor a király gyöngeségénél és a trónviszályoknál. Ezeket az alkalmakat használta fel a középkor feudalis társadalma az országok egységének megbontására; ezeket használták fel nálunk is az országnagyok a királyi jövedelmek lefoglalására és területeik kikerekítésére. Nálunk a fejlődés annyiban különböző, a mennyiben az ország nagy része érzi a királyi hatalom erősítésének szükségét és azt támogatja a bárók ellenében. A közszabadság, azaz a nemesség szabadsága, így a legszorosabb szövetségbe lép a királyi hatalommal.

III. Velenczei András alatt az ország ziláltságát még növelte, hogy a király származását az Árpádoktól és így jogát a koronához is kétségbevonták. Ezért, törvényeinkben először, igen hangsúlyozzák a törvények a király jogát. születésének rendje szerint »ordine geniturae«.

Úgy a királyi birtokok visszaszerzését, mint a nemesi szabadságokat illetőleg az 1290-iki törvény az aranybulla alapján áll. Két lényeges pontban azonban tovább megy annál, bizonyságot téve arról, mennyit haladt azóta a nemesség politikai érzéke és önkormányzata.

Először is, a király kijelenti (9. cz.), hogy a főtisztviselőket nemeseinek tanácsa szerint fogja kinevezni.

A nemesség így először nyer befolyást magának a kormánynak alakítására.

Másodszor, ha a nádor az országban ítélőszéket tart, őt minden megyében necsak az ispán kisérje, hanem vele a négy szolgabiró is, kik esetleg törvénytelen eljárása ellen a királyhoz fölebbezhetnek. Így a nemesi megye az igazságszolgáltatás terén mint ellenőr lép fel és közvetlen viszonyba jut a legfőbb jogforráshoz, a királyhoz.

Akkor még azt remélhette a király, hogy a nemesség őszinte támogatásával leküzdheti a nehézségeket. Nincs is szó e törvényben sem az ellenállás jogáról, sem az interdictumról, mint az első aranybullákban. De ez a remény hiúnak bizonyult. A bárók túlkapásai és erőszakoskodásai már végromlással fenyegették a királyi hatalmat és a nemesi szabadságot egyaránt, midőn az egyházi rend vezetése alatt 1298-ban újra összegyűltek a magyar nemesek és a király s a bárók beleegyezésével újra határozatokat hoztak »ezen romlásnak induló birodalom felsegélésére«. Ezen pesti gyűlés ily módón határozott pártgyűléssé válik, mely a legerősebb rendszabályokkal is kész keresztülvinni a bárók megfékezését. Vissza akarja állítani a királyi hatalom teljét, de ha a király nem jár el a bűnösök ellen, őt is kiátkozással fenyegeti. (6.)

A nemzet részvételét a kormány vitelében a 23. czikk szabályozza. E szerint a királyt mindig kisérje két-két püspök és ugyanannyi választott nemes. A király fontosabb elhatározásai és adományozásai csak úgy kötelezők, ha e tanácsosok hozzájárultak. Így már az ellenjegyzés egy neme honosodott meg nálunk. További következése azonban e törvénynek egyelőre nem volt és csak a XVI. század elején ujult meg, sokban hasonló viszonyok közt, a rendek törekvése, közvetlen befolyást nyerni a kormány vitelére.

E törvény csak I. Ulászló egy átiratában maradt reánk. Úgy látszik, csak első 44 czikke való 1298-ból, a következők »de inquisitionibus« valószinűleg az Anjou-kor kezdetén toldattak hozzá.

Kiadták Kovachich, Suppl. ad. Vest. Comit. I. és Endlicher.

Az 1291-iki törvény ellenben fennmaradt a gyulafejérvári káptalannak egy egykorú, de meglehetős rongált állapotban levő átiratában, az országos levéltárban. Kiadásunk ezen alapul. Kiadta Endlicher is.

1291.

Capitulum ecclesie beati | Archangeli Transilvane. Universis Chri fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire literarum, quod cum Dominus Andreas Dei gratia illustris rex Hungarie, conscriptis libertatibus nobilium Regni Hungarie | antiquis insertis etiam quibusdam articulis de novo con[illegible]is eisdem nobilibus privilegium concessit, et per ipsos nobiles idem privilegium apud nos, tamquam in loco communi, pro eo ut recursus faciliter ad ipsum habeatur, sit depositum, nobiles prefati per quosdam ex ipsis nobis supplicarunt | ut tenorem huiusmodi privilegii rescribi facientes, sigillo nostro firmari faceremus, ad hoc ut ~~in parte~~ necessitatis sue eo uti possent, cuius quidem privilegii tenor talis est.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crovacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque | rex omnibus Christi fidelibus, presentes literas inspecturis salutem in omnium salvatore.

Ad universorum, tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum anno domini millesimo... (1290) et consensu venerabilium patrum Archiepiscoporum, episcoporum, Baronum, procerum | et omnium nobilium regni nostri apud Albam, in loco nostro catedrali, annente domino fuissemus coronati et in regni gubernaculum successissemus iure et ordine geniture, habita congregacione generali in von . . . nobilium regni nostri, a

sanctis progenitoribus nostris data et concessa | que in articulis exprimuntur infrascriptis, involabiliter, firma fide promisimus observare.

1. Primum videlicet, quod omnia iura ecclesiarum in possessionibus, foris, tributis et aliis, que ecclesiis a sanctis vel aliis regibus, progenitoribus nostris, sive aliis incolis regni nostri data sunt et concessa, conservamus, et omnia in | tegraliter restituemus ab ecclesiis occupata.

2. Item nullum comitatum regni nostri ecclesiis vel earum prelatis, baronibus vel nobilibus alicui vel aliquibus in perpetuum conferemus. Imitantes in hoc sanctorum progenitorum nostrorum, regum illustrium Hungarie, vestigia pro modulo et pro posse.

3. Promittimus | eciam, quod dignitates seu comitatus regni nostri, seu castra, advenis vel hospitibus aut paganis vel ignobilibus hiis, qui in regno nostro nocumenta frequenter intulerunt, nullatenus conferemus, nec consiliis nostris interesse permittemus.

4. Nec eciam barones suas dignitates in certa quantitate | pecunie locare permittemus, nec vices suas, sive iudicatus in parochia conferri ignobilibus paciemur.

5. Item nullus sine testimonio capitulorum vel conventuum ad presenciam curialium comitum vel vicecomitum citari possit, nec comes iudicium recipere, aut iudicare presumat, absque quatuor nobilibus | nominatis.

6. Item donaciones que per dominos Belam et Stephanum, inclytos reges Hungarie, felicium recordationum facta[s] . . . nullatenus revocamus, cum iidem mediante iusticia, felici successu et prospero regnum Hungarie gubernaverint et salubri semper consilio fuerint usi.

7. Nec hoc pretermittimus quod quia dominus rex Ladizlaus frater noster, in etate tenera fuerat constitutus et regnum Hungarie Tartari in . . . | frequenter invaserunt, et quorundam nobilium regni nostri patres et fratres in defensione regni sunt interempti, donaciones pro eorum serviciis meritoriis per eundem regem | Ladislaum juste et legitime factas, iuxta consilium archiepicoporum, episcoporum, et consiliariorum nostrorum per regnum deputatorum conservari faciemus.

8. Collaciones vero indebitas et iniustas tempore ipsius Ladizlai regis factas, revocabimus consilio eorundem. Hoc tamen expresso, quod collaciones ab ipso rege Ladizlao | factas usque fe-

stum sancti regis Stephani nunc venturum, apud eosdem, quibus sunt collate, faciemus conservari, exceptis iuribus regalibus videlicet castris, prediis, civitatibus, hospitibus et udvornicis, que nobis omnes et singuli, si qui habent, vel tenuerunt, reddere et restituere promiserunt et | eciam assumserunt.

9. Item Palatinum, magistrum Tavernicorum nostrorum, vice cancellarium, iudicem curie, ex consilio nobilium regni nostri, ex antiqua consuetudine regni nostri faciemus. Salvo tamen iure Albensis ecclesie et privilegio, quod Albensis ecclesia nostra in ipsa vice cancellaria habet et habere dignoscitur ab antiquo.

10. Item si aliqua potencia extrinseca ad invadendum regnum nostrum venerit, aut aliqua pars vel provincia regni ab obediencia regis vel potencia et regni se abstraxerit, aut alienare aliquo modo voluerit, nobiles regni nostri, et Saxones Transylvani, predia tenentes, et more nobilium se geren | tes, nobis astare et adiuvare nos tenebuntur. Sed si ad occupandum regnum extrinsecum procedere vellemus, non nisi pecunia a maiestate nostra erogato procedere teneantur, hoc eciam expresso, quod nobiles regni nostri et predicti Saxones regni Transylvanie, cum nullo Baronum nostrorum coacti vel | inviti, super factis et negociis regni nostri intrinsecis vel extrinsecis absque nobis sine pecunia ire teneantur.

11. Item nullam collectam vel acones aut descensus super ipsos nobiles et Saxones prenotatos ac populos eorundem recipi faciemus, nec eciam occasione lucri camere nostre, vel aliqua alia racione exigi | volumus ab eisdem.

12. Et si monetam nostram in regno nostro currere facere volnerimus, de qualibet provincia quatuor boni homines cum comite parochiali, ipsam monetam nostram currere faciant et quanbiri. [illegible] 13. Nulle . . | ipsi monete nostre in regno nostro fieri prohibemus.

14. Item si Palatinus | in regno nostro ad faciendum iudicium processerit, in qualibet provincia quatuor iudices deputati cum comite parochiali ire et judicare debeant, et ius, quod comitem parochialem in iudiciis contingit, ipsi comiti debeat plene [illegible] et persolvi. Si vero Palatinus sinistre procedere intenderet, iidem quatuor homines | cum comite ipsorum prohibere et nobis intimare teneantur.

15. Item statuimus, quod populis Archiepiscoporum, Episcoporum et ecclesiarum privilegitarum, in causis temporalibus nul-

lus iudicum preter personam nostram possit iudicare, et quod nullus iudicum archiepiscoporum in foris seu villis predictorum Archiepiscoporum nobiles regni nostri et populos | eorundem, possit iudicare. Hospites eciam liberarum villarum, regis scilicet et regine, nobiles regni nostri non possint iudicare.

~~16.~~ Impignoraciones super transeuntes incolarum regni nostri, penitus nolumus et fecimus aboleri.

~~17.~~ Item omnia tributa, tempore Ladislai regis facta, omnino extirpentur.

~~18.~~ Volumus | eciam, quod in locis antiquorum tributorum populi nobilium et ecclesiarum tributa non persolvant, sed tantummodo mercatores de aliis regnis ad alia regna transeuntes.

~~19.~~ Preterea turres sive castra super ecclesiis edificata, aut locis aliis pro nocumento constructas penitus evellantur.

~~20.~~ Item possessiones, fora et castra quorumcunque | per violentos detentores indebite occupate restituantur et reddantur.

~~21.~~ Item decimas frugum secundum decreta sanctorum regum solvere teneantur, ita videlicet, quod quilibet nobilis sive Saxo de numero nobilium, de quolibet aratro unum fertorem pro decimis solvat, populi autem ipsorum nobilium, et Saxonum de singulis capeciis | solvant unum pondus, et decimator non per se, sed cum homine parochialis comitis dicare debeat, usque festum S. Martini super iuramento populorum nobilium ipse decime persolvantur, post ipsum autem festum credatur decimatorum iuramento, item decime vini in autumpno in specie recipiantur cum musto, si vero tempus novi vini sive musti in exigendo distulerint, existimacio, sive precium solvatur pro musto.

~~22.~~ Item, privilegium quod cum bulla aurea consignatum fuerit, a cancellario decem marcis argenti redimi debeat, aut marca auri, si vero sub pendenti sigillo cereo fuerit, a vicecancellario marca argenti, | et a notario fertone redimatur.

~~23.~~

~~24.~~ . . . videlicet populorum iudicabimus ordine iudiciario causas litigancium cognoscentes.

~~25.~~ Item in quolibet anno semel omnes Barones et nobiles regni nostri Albam ad congregacionem debeant convenire . . . de statu regni et inquirentes de factis Baronum, qualiter quilibet ipsorum in suis comitatibus processerint et conservaverint iura regni. et secundum sua merita premia et demerita vel commissa

supplicia ipso die secundum iudicium | nostrum et consiliariorum nostrorum receperit.

Item concessimus, quod si quis nobilium sive Saxonum predictorum sine herede decesserit, possessiones sic decedentis hereditarie, empticie, vel eciam acquisite nullatenus debeant confiscari. Sed idem decedens propinquis suis aut alicui propinquorum seu uxori vel eciam ecclesiis | pro remedio anime sue legare in morte, vel conferre in vita cuicunque voluerit liberam habeat facultatem.

Item si qui nobiles aut alii nocumenta intulerint, si ex clemencia regia personis eorum parcere oporteat, vel debeamus querelantibus tamen iusticiam omnimodam faciemus.

Item si quis ma | lefactorum coram aliquo Judice convictus aufugerit nullatenus ipsum recipiemus, nec defensamus et similiter per Barones nolumus nec paciemus defensari.

Preterea si aliqui ex ipsis Regnicolis nostris vi vel metu possessiones suas vendiderunt, aut ~~eum~~ vendentes instrumenta vendi | cionis contra se prepotentibus confici cohacti fuerunt, si huiusmodi violencia sive metus legitime et racionabiliter constiterit, instrumenta taliter confecta sicut viribus vacuata et penitus red(denda) . . .

Item (in possessiones) nobilium seu Saxonum predictorum non possit introire extraneus racione | dotis aut racione quarte filiabus debite, sed heredes decedentium, vel proximiores de generacione sua redimant eas secundum existimacionem iustam regni nostre consuetam.

Item Comites Parochiales . . . causam ad predictos Saxones Transilvanos non nisi in tribus articulis, videlicet fur | to et latrocinio, facto decimarum et monetarum debeant iudicare.

Item si aliqui ipsorum per comitem parochialem se senserit agravatum, ipsam causam revocet et reducat nostri iudicii ad . . . cum centum hominibus infra vel supra iuraverint non nisi quadraginta denarios purgacionis solvere teneantur.

Item, si quis nobilium vel Saxonum prefatorum ~~suorum~~ possessiones suas pro suis excessibus et maleficiis amittere debeat vel contingat, cognati ipsius et propinqui possessionem ipsam redimendi habeant facultatem, ne in possessionibus propriis et aritis extraneum doleant possessorem.

Item volumus, quod Voyvoda Transilvanus nobiles sive

Saxones memoratos partis Transilvanie et Banus tocius Sclavonie nobiles partis Dravane nullatenus descendere possit, nec ipsos in aliquo indebiter aggravare.

Ut igitur haec nostra ordinatio / pocius a predecessoribus nostris | regibus illustribus Hungarie primitus observata · robor optineat perpetue firmitatis, praesentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum pro manus discreti viri magistri Theodori Alb. ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno | Dui M. CC. nonagesimo primo octavo kalendas Martii Regni autem nostri primo anno.

Hátlapon Bonifacius a predicator es Minor baratokról.

Dat. Lauran XII. Kal. Marcij pontificat. nostri anno 6.

Hátirat. Az Magiarorzaghi nemesseknek, Erdelieknek es Zaz nemeseknek sok hasznos volna ebben.

hogy az Nemessegre ne zalljanak itt megh/ eskut Andras kirali

hogy ha idegen országban mègyen az kirali vár vini, pinz nelköl nem tartoznak ell menni.

Az kirali zeméljén kivul semmi ur mellé fel ülni nem tartoznak pénz nélkul.

1298.

Tempore coronationis domini Andreae regis illustris Hungariae, etsi non omnes conditiones, seu libertates regni Hungariae ab antiquo observatae, quaedam tamen ex ipsis libertatibus et conditionibus notabiles et plus necessariae, puplico scripto, sigillo eiusdem domini regis munitae fuerint declaratae, quae quia iniquis hominibus et cupiditate excaecatis pravitatibus intervenientibus minime fuerunt observatae, et ex tepiditate domini regis fuere penitus et postpositae, regnum Hungariae in omni sua parte fluctuare fecit, et per vastus varios ac plurimos ex potentia Baronum et aliorum potentum provenientes in tantum anullari, ut ecclesiae et nobiles alii autem regnicolae in suis rebus et facultatibus ad extremam exinanitionem devenerint. Quo viso idem dominus Andreas spiritu sancto suggerente aures aperuit suae clementiae et fidelibus consiliis acquiescens, congregationem indixit generalem, ad haec ut praelatos et viros ecclesiasticos, nec non et nobiles regni, exclusis quibuscunque Baronibus, prout

moris est, huic regno casuro et per nimios vastus diminuto salubriori consilio quo posset, subveniretur.

Nos itaque Joannes dei gratia archiepiscopus Colociensis. Aulae domini regis cancellarius. Petrus Transylvaniensis, Andreas Agriensis, Thomas Bosnyensis, Benedictus Vesprimiensis, Quinque ecclesiensis Paulus per procuratores suos solempnes, Haab Vaciensis, Theodorus Zagrabiensis. Emericus Varadiensis, Anthonius Chanadiensis ecclesiarum episcopi apud Ecclesiam fratrum minorum in Pest anno 1298 in festivitate beati Dominici confessoris [1] cum omnibus nobilibus Hungariae, singulis Saxonibus, Comanis in unum convenientes, accepta auctoritate ex consensu domini regis et Baronum totius regni, prouti et aliorum, invocata Spiritus sancti gratia tractare coepimus de his, quae regiae magnificentiae et statui regni totius ac etiam ipsarum ecclesiasticarum personarum et ordinum aliorum consuleretur.

A királyra, a királyi javakra és a királyi tanácsra vonatkozó czikkelyek.

I. Ut dominum Andream ex regali stirpe descendentem revereamur tamquam dominum naturalem.

II. Et ut in persona ipsius regalis dignitas secundum exigentiam sui culminis fulgere possit, omnia regalia pariter et reginalia per quemcunque et quamcunque indebite occupata, pleno iure restituantur.[2]

V. Et quicunque regalia et reginalia indebite occupata, possessiones etiam ecclesiarum et nobilium, fora, tributa hactenus indebite obtenta non restituerint, et infra spatium trium mensium a die congregationis computandorum dimittere non curaverint, aut siqui de novo ad spoliandum et occupandum possessiones regales et reginales, ecclesiarum et nobilium contra haec statuta surrexerint, sententiam excommunicationis — incurrant ipso facto, a qua absolvi non valeant, nisi apud archiepiscopum Colocensem, omnium episcoporum nichilominus consensu et assensu interveniente, et praehabita satisfactione competenti domini regis cedant iudicio poena debita puniendi. Possessionibus tamen omnibus ipso facto privati, deducta repensione dampnorum per

[1] Augusztus 5-én.
[2] Arany bulla 17.

tales illatorum, — Ceterae possessionum partes in manus regias devolvantur, ita quod haeredes eorum propter excessus parentum legitima parte haereditatis denudati, inter nobiles non debeant computari, et ab actibus nobilium, atque ab aditu (regiae aulae)[3] exclusi maneant, ab omnibus actibus legitimis alieni.

VI. Si qui vero ex istis .... insurgerent, quos dominus noster rex invocata et congregata regni sui manu deprimere non posset, et poenis supradictis adducere, licitum sit illi auxilium aliunde implorare, per quod convinci possit feritas delinquentium.[4]

VII. Et si idem dominus noster rex huiusmodi delinquentes persequi non curaret, et poenis supradictis negligenter punire admitteret, denunciando omni priuilegio, si quod habet, de eo quod excommunicari non possit, per dominum Archiepiscopum Colocensem, omni praelatorum consilio attendente. prout ad hoc dominus rex se per literas suas speciales obligavit, a romana sede capella eius interdicatur.

X. Item munitiones et castella de novo absque licentia domini regis vel quae fuerint tales de quibus detrimenta inferuntur, vel in posterum inferri praesumerentur, aut etiam quibus ~~ipsae~~ possessiones non sufficiunt, minores etiam super ecclesias et monasteria factas sine dilatione omni deleantur. Quae si destructa non fuerint detentores earundem munitionum sententiam excommunicationis incurrant. Et nichilominus per dominum regem ubi idem processerit in regno, vel per palatinum huiusmodi municiones deleantur, terrae si quidem, ubi tales munitiones per dominum regem vel palatinum repertae fuerint, per quos dictae munitiones constructae fuerunt, in ius regium devolvantur, nulla redemptione vel commutatione recepta, si vero fuerint aliorum, veris et propriis dominis restituantur.

XX. Statuimus etiam, ut sicut ex parte regnicolarum praecipitur fieri occupatorum restitutio, sic etiam ~~rex~~ quae ecclesiarum et nobilium esse dinoscuntur, restitutionem teneatur, quod si non fuerit, sententiam excommunicationis incurrat.

[3] Több oklevél bizonyítja a magyar nemes azon jogát, hogy a királyi udvarban megjelenhetett. Ezért véltem kiegészítendőnek a mondatot a »regiae aulae«-vel. A kiadások ott hézagot mutatnak.

[4] Ezt a segítséget Albrecht osztrák herczegtől, római királytól, apósától várhatta a király.

XXI. Et si aliqua pars regni quocunque titulo vel colore per quemcunque regum alienata extitisset, teneatur revocare, idem dominus rex ad ius regium, ut regnum Hungariae quasi quoddam ius totum, suarum possit partium integritate gaudere. — Sententiam — incursurus, si hoc, legitimo impedimento cessante, idem dominus rex neglexerit emendare.

XXIII. Item statuimus, ut curia domini regis honorificentius regi possit et regnum Hungariae decentius gubernari, dominus noster rex singulis tribus mensibus singulos duos episcopos secundum exigentiam ordinis, unum de suffraganeis Strigon. et alterum de suffraganeis Coloc. ecclesiae, totidemque et quasi omnes nobiles regni quos ex nunc elegimus, secum habeat, congruis stipendiis de bono regio sustentandos. Et si idem dominus rex hoc facere obmiserit, quidquid praeter consilium praedictorum sibi applicandorum in donationibus arduis et dignitatibus conferendis, vel in aliis maioribus fecerit, non teneant.

XXIV. Statuimus etiam, quod domina regina Hungariae[5] debitae dignitatis culmine gaudere possit, curia sua dignitatibus et honore in personis Hungarorum nobilium, non vero alienigenorum solempnius, sicut debet, ordinetur, et ut curia eiusdem dominae reginae decentius gubernetur, quosdam electos a domino rege Barones, ipsa domina regina habere teneatur, et regalia seu reginalia in tributis seu tricesimis cum omni integritate percipi possint.

Egyházi ügyek.

XXVI. Statuimus equidem et perpetuo edicto stabilimus, quod ecclesia tam in capite quam in membris gaudere valeat suis libertatibus. Jura eciam ordinamus imo ab antiquo ordinata declaramus, ut tempore vacationis bona et possessiones ecclesiarum non per dominum regem vel ab eo missum, nec per eos, qui se nominant parochianos occupentur, spolientur et laedantur in parte vel in toto.[6]

XXVII. Bona etiam decedentis episcopi dominus rex vel quaelibet alia psrsona rapere non possit, sed utilitati ecclesiae, cuius idem praelatus fuisse dinoscitur, si intestatus decedit, applicentur.

[5] Erzsébet, Habsburgi Albrecht leánya.
[6] V. ö. 1279. zsinat 44.

XXVIII. Si vero compos sui mentis de his disposuerit, secundum promissionem iuris eis dispoui debent, quibus fuerint appromissa — seu detentione cognatorum servientium aut officialium episcopi intervenientis.

Adó és pénzügy.

XXX. Et si qui collectas vel exactiones quascunque super populos ecclesiarum et nobilium facere praesumserint, vel quoquo modo fiendos indixerint (excommunicatio).

LX. Item quicunque nobilium lucrum camerae iuxta regni consuetudinem ab antiquo approbatam facta dicatione et termino congruenti sibi assignato solvere non curarent, tunc possessiones vel possessionariae portiones talis vel talium — praesente uno vel duobus praelatorum tamdiu per comitem Camerarum regalium debet occupari, quousque dicta solutio — fuerit persoluta.

XXXVII. Statuimus etiam, ut per totum regnum una regalis et celebris sit moneta, quinqualitate combustum ad duos annos. In reliquis vero annis ex argento decimae combustionis confecta per omnes regni civitates et villas fora continentes valorem certum currere debeat.

XXXVIII. Et si qui nobilium vel potentum in foro suae possessionis, vel etiam aliis in locis ad commissis secundum antiquam consuetudinem, monetam eandem currere non fecerit ex tunc iure fori priventur, et ipsum ius fori ad illum vel ad illos devolvatur, qui — modum in hoc et in aliis digno et debito ferantur honore.

XXXIX. Et nichilominus, si qui eandem non assumpserint monetam, ad collectam dimidii fertonis per singulas mansiones suae possessionis teneantur.[7]

XL. Et si quae persona ausu temerario monetam in sua possessione vel domo cudi fecerit, illa possessione vel domo privetur, poenam legis susceptura.

A nemesek öröklése és birtokjoga.

LXV. Si quis nobilis sine haerede masculino ab hac luce decederit, cuius possessiones de iure ad manus regias sunt devol-

[7] Úgy látszik ebből fejlődött a lucrum camerae-nek kirovása a telekre, kapukra, Róbert Károly által.

vendae, tunc ius ratione filialis filiae vel sororis eiusdem decessi eisdem filiabus et sororibus cum possessione in uno loco et in uno ambitu debent extradari, perpetuo possidendae.

LXVII. Si quis nobilium possessionem, seu possessiones aut particulas suas possessionarias necessitate praepeditus vendere vel impignorare, aut se alienare intenderet, tunc primo et principaliter eisdem vel ipsorum fratribus et hominibus suae generationis vel condivisionalibus, vel cometaneis, aut vicinis suis tali modo vendere possit, ut talem possessionem seu portionem possessionariam, cuius fructus, proventus et utilitates ad unam marcam se extendunt, per anni circulum facere possunt, pro decem marcis, cuius vero ad duas, pro viginti marcis et sic successive vendere debeant, et ipsam venditionem primitus coram dictis iuratis, ipsis fratribus, homnibus generationalibus cometaneis aut vicinis suis notificare teneantur, et si ipsam proprio cum praescitu vendere vellent, bene quidem, alioquin eam quibuscunque aliis voluerint, vendendi habeant facultatem.

LXVIII. Si cuiuscunque nobiles possessiones ratione suorum excessuum vel gravaminis ad manus iudiciariis aut partis adversae devenerint, tunc easdem ipse vel alii, quibus congruit, a manibus eorundem iuxta regni consuetudinem ab antiquo conservatam redimere possit, videlicet unum aratrum terre pro tribus marcis, ecclesiam cum campanili pro XV. marcis et sine campanili pro decem marcis et sic de singulis.

LXIX. Quicunque nobilis possessionem vel possessiones suas alicui homini vendidisset, et ipsum in eum verum successorem in ordine assumpsisset, et tandem talis possessio ab ipso emptore per formam iuris per quemcunque requireretur, tunc talis expeditor (venditor) et sui successores modis omnibus emptorem et suos successores secundum suum assumptum in perpetuum expedire tenebitur in facto possessionario praenotato.[8]

A jobbágyok költözése.

LXX. Item quilibet rusticus seu Iobagio alicuius nobilis si voluerit de possessione domini sui, habita licentia et iusto ac consveto terragio[9] sui persoluto ad possessionem alterius nobilis,

[8] Az evictio kötelességének első törvényes megállapítása.

[9] Földadó. V. ö. jászói oklevél 1243. Endlicher Monum. 462. l.

vel alias, quo ei placuerit, cum omnibus suis rebus libere se causa commorandi transferre valeat.

LXXII. Quiscunque homo seu advena de extraneis regnis ad istud regnum se transferret moraturum, ab eodem et suis bonis apud ipsum habitis, tempore suae translacionis in nullo loco aliquod tributum exigatur.

LXXIII. Si quis rusticus seu Jobagio alicuius nobilis se de ipso domino suo ad alium nobilem transferre vellet moraturum, ab eodem rustico seu Iobagione modo simili tempore translationis suae, nullum aliquod tributum accipiatur.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

VEGYES CSALÁDOKBÓL VALÓ KIRÁLYOK KORA.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

AZ ANJOU-KOR FORRÁSAI.

Hazai források.

A budai krónika Róbert Károly uralkodását elég részletesen irja le, különösen terjedelmes temetésének leirása. E része a budai krónikának megegyezik azon szöveggel, melyet a bécsi, dubniczi krónikák és Turóczi tartottak fenn (Podhradczky kiadása. Buda, 1838. 218—266. l.).

Nagy Lajos rövid életrajzát Küküllei János főesperes irta meg. Önállóan nem maradt fenn e mű, mely egészen 1386-ig terjed, hanem Turóczi tartotta fenn krónikájában, e mellett átvették szövegökbe a budai és dubniczi krónikák is. Elsőrangú forrás Nagy Lajos életére vonatkozólag, megbizhatósága és előadásának élénksége miatt is (Schwandtner Scriptores I.).

A dubniczi krónikában Küküllei műve negyedik fejezetének helyébe egy önálló mű van beillesztve, mely egészen 1355-ig terjed. Ezen igen érdekes és részletes elbeszélés minden valószinűség szerint azon János nevű minoritától ered, ki az előadás folyamán többször előfordul s Nagy Lajost mint gyóntatója elkisérte olaszországi hadjárataiban. Kiadta Endlicher a Wiener Jahrbücher für Literatur-ban. (Ezeket a részeket közölte Podhradczky a budai krónika kiadásában.)

Külföldi források.

Az interregnum idejére vonatkozólag nevezetes források a »Chronicon aulae regiae«, mely 1253-tól 1347-ig

terjed s a cseh vonatkozásokról ad felvilágosítást (kiadta Loserth a Fontes rer. austriac. SS. VIII. k.-ben) és Hornecks Ottokár stájer író 1309-ig terjedő, német nyelven írt verses krónikája, mely számos bő és megbizható, bár költőileg feldiszített részt tartalmaz a magyarországi eseményekről. (Kiadta Seemüller Monum. Germ. hist. SS., qui vernacula lingua usi sunt 5. köt.)

Róbert Károly délvidéki hadjáratait leírja Mica Madio dei Barbazanis előkelő származású spalatói író »De gestis Romanorum imperatorum et summorum pontificum« cz. rövid műve, mely 1282-től 1330-ig terjed. Róbert Károlyról s a magyarokról nagy tisztelettel ír (Schwandtner Scriptores III.).

Fontos forrás megbizhatósága és pontossága folytán Paulus de Paulo zárai patriczius »Memoriale« cz. naplószerü műve, mely az 1371—1407 közé eső eseményeket tárgyalja (Schwandtner Scriptores III.).

Zára 1345/46-i ostromát egy ismeretlen zárai író, valószínüleg minorita, »Obsidionis Jadrensis libriduo« cz. művében irta le. Ezen író Zára városát dicsőíti, nemcsak Velencze, hanem a magyarok rovására is. (Schwandtner Scriptores III.).

Velenczei részről ugyanazon eseményt bőven és a diplomácziai levelezések felhasználásával elbeszéli egy egykorú latin munka, melyet Morelli Jakab adott ki 1796-ban, egy XV. századi olasz fordítás után (Monumenti Venetianidi varia Letteratura, I—XXXVIII. l.). Irója, a legnagyobb valószínüség szerint Benintendi di Ravagnani velenczei kanczellár, Dandolo doge és Petrarca barátja.

Nagy Lajos Velenczével vívott háboruira nézve forrásaink Raffaele Caresini rövid krónikája, mely Andrea Dandolo doge »Chronicon Venetum«-ának folytatását képezi 1280-tól kezdve (Muratori Scriptores rer. italic. XII. köt.),

és Lorenzo de Monaci »Chronicon de rebus Venetis« cz. tizenhat könyvből álló műve, mely Velencze alapításától egészen 1354-ig terjed. (Kiadta a Kis Károly haláláról irt költeménynyel együtt Flam. Cornelius, Velencze, 1758.) Mindkét író velenczei diplomata volt.

Az olasz hadjáratoknak elsőrangú forrása a három Villani »Istori Fiorentine« cz. olasz nyelvü műve. A guelf-párti Giovanni a legrégibb időktől 1348-ig adja elő Florencz történetét, öcscse Matteo folytatta 1363-ig és befejezte ennek fia Filippo 1364-ig. (Legujabb kiadás A. Rachelistől, Triest, 1855—58.)

Nem kevésbbé nevezetes a nápolyi Domenico Gravina »Chronicon de rebus in Apulia gestis« cz. műve, mely 1330-tól 1350-ig terjed. Az író a nápolyi udvarban tartózkodott és Endre herczeg pártján állott (Muratori Scriptores XII. k.).

Az osztrák vonatkozású eseményekről János victringi apát művéből meríthetünk értesülést. E nagy tudományu és éles ítéletű történetíró, ki politikai elveire nézve mérsékelten ghibellin érzelmű, több művet írt, melyek 1343-ig terjednek, de csak töredékesen maradtak fenn »Liber certarum historiarum« név alatt. (Kiadta Böhmer Fontes rer. Germanic. I. köt.)

Végül a lengyel ügyekre nézve Jan Dlugoss krakkói kanonok »Historia Polonica«-ja (Lipcse, 1711—12.) a forrásunk. Az író ugyan a XV. században élt (1415—1480.), de a korát megelőző időkre nézve is nevezetes, mert régebbi, megbizható forrásokat használt. Szigorúan vallásos és hazafias gondolkozású.

I.

INSTRUMENTUM AUTHENTICUM CORONATIONIS CAROLI I. REGIS HUNGARIAE.

A magyar királyok koronázási eskűjéről először II. Endre korában van szó. Akkor még alig terjedt a királyi fogadalom többre, mint a koronázás egyházi szertartásának megfelelően, az egyház jogainak fenntartására. III. Endre koronázasa alkalmával a stájer rímes krónika említi a koronázási eskűt, mely akkor már az egész ország szabadságának biztosítására kiterjed. Teljessé azonban a magyar közjognak ezen nevezetes alkotórésze csak Róbert Károly idejében válik, midőn az ő királylyá avatása hosszú zűrzavarnak vet véget.

Ebben az eskűben is a királynak az egyház iránt való kötelessége áll első sorban. Külön is ki van emelve a pápa iránti tisztelet és a szentszék birtokainak és jogainak védelme. Azután következik a birodalomnak és jogainak fenntartása, a magyar nemesek megvédelmezése a zsarnokok elnyomásától. Az eskű még a király magánviszonyaira is kiterjed: kötelességévé teszi, hogy törvényes házassággal elégedjék meg. A királyi eskűt követi, annak magyarra fordítása és a magyar bárók és nemesek hűségi eskűje és fogadalma.

E jegyzőkönyvnek eredetije megvan a vatikáni levéltárban. Kiadta Kovachich, Vestigia Comitiorum.

In nomine domini Amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo nono, die decimaquinta Iunii, Pontificatus domini Clementis Papae V. anno quarto, in Maiori Ecclesia S. Mariae de castro Budensi, Wesprimiensis dioecesis, reverendo in Christo patre et domino, domino fratre Gentili, tituli S. Martini in montibus, Presbitero cardinali, apostolicae sedis legato, iuxta maius altare ipsius ecclesiae S. Mariae sedente, ac venerabilibus in Christo patribus dominis, Thoma[1] Strigoniensi Archiepiscopo ad coronationis magnifici principis domini Caroli, Ungariae regis illustris, et Missarum solemnia celebranda ante ipsum altare, stante parato, et Vincentio Colocensi archiepiscopo, Emerico Varadiensi et Ioanne Nitriensi episcopi eidem Strigoniensi Archiepiscopo assistentibus, Praeposito Posoniensi, Seraphino in Diaconatus et Michaele Canonico Strigoniensi in subdiaconatus ordinibus, praefato Strigoniensi Archiepiscopo administrantibus, ac Ioanne praeposito, Ioanne cantore, Colino custode, Petro, Stephano, Paulo, Iacobo, Ioanne et Nicolao Canonicis ecclesiae Albensis dictae Wesprimiensis dioecesis regalia paramenta, ut moris est, supra Altare ipsum praeparantibus, nec non Magnificis et Nobilibus viris, Ungariae regni baronibus, videlicet Homodeo Palatino pro se et filiis suis, et fratribus suis, Dominico magistro filiis Nicolai, et Nicolao de Geraldo pro se et fratribus suis Kokos et Loscho, Demetrio magistro filio Nicolai et Philippo de S. Geroldo pro se et fratribus suis Kokos et Lozcho, Demetrio magistro filio Nicolai et Philippo de S. Geroldo pro se et Matthaeo Palatino de Chaak, Stephano filio Bagim de Posega, Alladaro de Forro, Petro et Marco filiis Stephani de genere Chaak, Becca magistro pro se et pro fratribus suis, magistro Dionysio Aynardi et magistro Benedicto pro se et pro magistro Ugrino, magistro tavernicorum domini regis Ungariae praedicti, Ladislao Vernerii comite Budensi, ac venerabili in Christo patre fratre Petro archiepiscopo Spalatensi pro Paulo bano Croatorum et Bosnae domino, Nicolao postulato ad ecclesiam Iaurinensem pro magistro Henrico bano Sclavoniae et pro magistro Nicolao eiusdem magistri Henrici nepote, et Petro Archidiacono de Chasma in ecclesia Zagrabiensi pro Stephano Ivanio et Radislao filiis Bobonics, magnis comitibus Sclavoniae ante altare praedictum adstantibus. In prae-

[1] Tamás esztergomi érsek 1305—21. Lodomér unokaöcscse.

fata quoque ecclesia S. Mariae, Venerabilibus in Christo patribus M. Agriensis, Aba Vaciensis, P. Quinqueecclesiensis, B. Vesprimiensis, A. Zagrabiensis, R. Cenadiensis, L. Sirmiensis et G. Bosnensis episcopis ac P. Scepusiensi praeposito,[2] aliisque Praelatis et Clericis religiosis et saecularibus, ministro Minorum[3] et prioribus Praedicatorum[4] et Herémitarum S. Augustini provincialibus,[5] et aliorum ordinum fratribus; nobilibus insuper, civibus et popularibus civitatum, castrorum et villarum atque locorum regni Hungariae in multitudine copiosa praesentibus, praefatus dominus Carolus Ungariae rex, in manibus praefati Strigoniensis Archiepiscopi et mei Notarii infrascripti Librum tenentium flexis genibus ante altere praedictum et coram eodem Strigoniensi Archiepiscopo, tactis et osculatis Sacrosanctis Evangeliis, infrascripta primo literaliter lecta, deinde in Ungarico exposita per saepedictum Strigoniensem Archiepiscopum inviolabiliter servare iuravit; videlicet:

Deo subdi, legi eius obsequi, fidem Catholicam, quam universalis Romana ecclesia mater praedicat et docet, tenere et eandem ecclesiam Romanam, et praefatam S. Mariae et S. Adalberti,[6] ceterasque ecclesias in ditione sibi credita, constitutas, et earum episcopos et praelatos, cum omnibus illis legitime subiectis, et ex Deo sibi creditis secundum Deum commendare, honorare et defendere. Papam Romanum, et legatos ipsius ecclesiae Romanae non impugnare sed potius defendere, eiusque ecclesiae Romanae iura non laedere, nec terras ad ipsam pertinentes, vel statuta seu ordinamenta ipsius in eisdem terris scienter violare, Regnum sibi commissum et iura Regalia non minuere nec alienare sed potius augere, et male alienata hactenus, secundum datam sibi gratiam ad ius pristinum revocare.

Nobiles regni sui Ungariae in approbato et antiquo iure suo servare, atque a Tyrannorum oppressione eripere, legitimo coniugio tantum uti et contentum esse, dicente Scriptura: relinquet vir patrem et matrem suam et adhaerebit uxori suae, et

[2] Marton egri püspök, Haab váczi, Péter pécsi, Benedek veszprémi, Augustinus zágrábi, Benedek csanádi, László szerémi és Gergely bosniai püspökök.

[3] Ferencz-rendiek.

[4] Domokos-rendiek.

[5] Sz. Ágoston remetéi, a későbbi pálosok.

[6] Sz. Adalbert esztergomi egyháza.

erunt duo in carne una et quod Deus coniunxit, homo non separet.[7] Populo Dei sibi ex Dei providentia commendato prodesse et non obesse, et neminem ex eis sine iusti legitimique iudicii examinatione condemnare, et de terra delere. Delectatus Psalmistae voce dicentis: Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore, promittens, spondens atque pollicens coram Deo, Beata et Gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, Beato Adalberto Martyre atque Pontefice, et omnibus sanctis, praelatis, baronibus, nobilibus, religiosis, et aliis supradictis omnia praedicta et singula firmiter et inviolabiliter observare, in quantum Divino fultus adiutorio fuerit secundum scire suum et posse. Super quibus tam Barones praedicti praesentes ibidem quam alii praenominati nomine et pro parte absentium praedictorum a saepe fato Archiepiscopo Strigoniensi singulariter requisiti, tactis eisdem sacrosanctis Evangeliis eadem omnia et singula suo iuramento firmantes, ipsumque dominum Carolum recognoscentes in verum et legitimum regem Ungariae, ac suum et dicti Regni dominum naturalem, ipsi regi saepedicti Archiepiscopi Strigoniensis et mei praedicti Notarii manibus, ut praedicitur, librum tenentium, praestiterunt debitae fidelitatis homagium[8] et solitum Ungariae regi ab eiusdem regni Baronibus iuramentum. Et ego Guillelmus de Sanguineto, Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius publicus praedictis omnibus praesens interfui, ipsaque de mandato ac auctoritate praefati domini Legati scripsi et publicavi, et ad maiorem praedictorum roboris firmitatem ac memoriam futurorum supradictus dominus legatus praesens Instrumentum publicum fecit sigillo proprio roborari.

[7] Máté evang. XIX. 6.
[8] Hűbéri hódolat.

II.

RÓBERT KÁROLY OKLEVELE A BÁTHORYAK RÉSZÉRE 1330.

Róbert Károlylyal kezdődik a magyar aristokratiának teljes elismerése, mely ellen még az utolsó Árpád is végső erőfeszítéssel küzdött. Az Anjouk megegyeztethetőnek tartották hatalmukkal a nagy földbirtokosoknak feudalis jogokkal való felruházását. Megengedték, a mi ezzel egyértelmű volt, az egyes kiváltságosok alattvalóinak kivonását az országos biráskodás és az országos adó alól. A mi IV. Béla ideje óta előfordul ugyan, de csak mint ritka kivétel: a birói, katonai és pénzügyi hatóságok egyesítése a földesúr kezében, mindinkább általánossá kezd válni.

Mikép megy végbe az országos jogoknak és kötelességeknek ilyen felaprózása, arra nézve classikus példát mutat Róbert Károlynak 1330-ban a Báthory család ősei részére kiadott oklevele. Nagy szolgálataikért, hűségökért, melyet iránta, Csák Máté, a Tamásfiak és az erdélyi lázadás ellen küzdve, tanusítottak, nem ad nekik ujabb birtokot, hanem kérelmökre fölmenti ősi birtokukat, Nyir-Bátort minden országos és megyei biró hatásköre alól és egyúttal minden országos pénzbeli és terményadó alól. A király szerint ugyan »sokkal többre is méltók lettek volna«, de az ilyen adományt alig lehet elég nagyra és jelentékenyre becsülni. Mert a királyi adó helyébe a földesúr szolgálata

lép, és a biráskodás egészen az úr kezébe adja a polgárok életét és vagyonát egyaránt. A király fenntartja ugyan magának e patrimonialis biráskodás ellenőrzését, de világos, hogy ez ellenőrzés csak igen ritkán érvényesült. Ellenben ott volt és mindenkinek szemébe tünt az alkalmas helyen felállított bitófa, az uradalmi pallosjog külső symboluma.

Az oklevél eredetije nincs meg. Istvánfy Miklós codexében (Nemz. Múzeum 2275. sz.) van egy másolata, 405—411. l., mely után Fejér György közölte, Cod. D. VIII. 3., azonban számos hibával és több kihagyással. Megvan még egy hiteles másolata 1618-ból, a liber regiusok VI-ik kötetében, az országos levéltárban, mely azonban sokkal hibásabb mint az Istvánfyé. Ennek eltérő olvasásait jegyzetben közöljük.

Carolus dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Saternitanus[1] et honoris ac montis Sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, praesens scriptum inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Ad ea praesertim regia sublimitas suum debet sedulo dirigere arbitrium, per que terrena eius dignitas prosperis successibus felici incremento adaugetur. Hoc autem tunc praecipue perfectionis opere completur, cum Deus, per quem Reges regnant, et in regimine solii iusta decernunt, condigne honoratur, Et cum fidelibus subditis pro laboribus multis, pro moribus castis et pro actibus strenuis grata remuneratio exhibetur. Ex hoc enim debitus ordo rerum observatur, et gloriosus Deus collaudatur. Eapropter ad universorum notitiam tam praesentium, quam futurorum harum paginarum serie volumus pervenire. Quod venerabilis in Christo pater Dominus Andreas eadem gratia episcopus ecclesiae varadiensis ac magistri Johannes, Leukus[2] et Nicolaus, fratres eiusdem, filii videlicet Briccij de Batur, dilecti et fidelis nostri, ad nostre

[1] Salernitanorum.
[2] Leokeos.

Maiestatis accedentes presentiam, et suae fidelitatis servitia, revera multa recommendatione digna, nobis impensa, rememorantes et declarantes premio donativorum nostrae gracie se dignos fore, consequi arbitrantes, ut dictam possessionem Bathur ipsorum, et per consequens hospites et populos, iobagiones ipsorum, congregatos et in futurum ad eandem congregandos, ab omnium iudicum et iustitiariorum regni nostri iurisdictione, iudicatu, collectis et exactionibus quibuslibet et victualium administrationibus quibuslibet debitis perhenniter eximere, et perpetue exemptionis titulo, prout clarius inferius exprimetur, decorare et praedotare dignaremur, nostro exinde culmini humili[3] et devota precum instantia ad nostre Maiestatis pedes provoluti supplicare curaverunt. Nos igitur ad ipsorum nobis dilectorum petitiones, supplicationes et proposita, vultum et intuitum nostre regie considerationis sublevantes, fidelitates, fideliumque servitiorum multa laude dignorum, merita considerantes, quae cum sedula sollicitudine in plerisque processibus prosperis et adversis, et expeditionibus nostris ac regni nostri tam intra confinia eiusdem regni, quam in aliis plerique regnis habitis quilibet eorum iuxta sui status, qualitatis et facultatis exigentiam strenue procedendo et sollerti fidelitate laborando, fortuitis et inopinatis casibus eventibusque se ipsos exponendo exhibuerunt, fervidaque aviditate impenderunt; fratresque cognatos et propinquos nec non ministros eorum familiares, ac universam substantiam eorundem usque ad ultimam exinanitionem, specialiter autem eandem possessionem Bathur, unde et de qua primitus egressi, tanquam de bona terra fructus optimi, nostro lateri obsequiis mancipati nostris inhaeserunt, simul cum aliis possessionibus eorundem, invasioni, perditioni, destructioni, depopulationi, exterminationi[4] infidelium nostrorum propter nos relinquendo. Ex quorum propinquis et familiaribus ministris nonnullis praeter[5] infinita damna rerum, tempore quondam Kopos[6] et Beke, filiorum Thome, infidelium nostrorum, tetris carceribus inclusi, tormentis afflictis membris atrociter mutilati, verbera quampluries et ludibria experti, nonuulli etiam ex eisdem pro fidelitatibus memoratorum filiorum Briccij, quibus nobis assiduo nitebantur complacere detestabilibus[7] frenis, nexibusque adstricti,

[3] humilima.
[4] concremationi.
[5] post.
[6] Kopaz.
[7] detestabiliter.

alii in ore gladii, puta de ministris et famulis et iobagionibus eorumdem numero quinquaginta tres saltem de Bathur, miserabiliter sunt occisi. Hi sunt, qui Evangelicae fluenta doctrinae et nostram regiam sequentes Maiestatem abnegaverunt semet ipsos, suos atque sua, non eos terruerunt mortis mine, non eorum damna, non contentiones, non alie temptationes que humanum consueverunt fragilitatem ab incepto operationis bonae proposito revocare. Pridem specialiter cum adversus Mattheum, quondam Palatinum, exercitum et expedicionem circa Kassam movissemus, dictus magister Johannes filius Briccij ferociter inter ceteros se opponendo, tunc ibi non sine laude memoria digna bellicosa virilitate dimicavit. Idem[8] etiam cum quondam adversus filios Thome predictos, vexillo nostre regie Maiestatis erecto, gentem nostram et exercitum[9] nostrum transmisissemus circa Debrecen, strenuae dimicationis officium in acie congressae gentis oppositae, feliciter et valide se[10] gestando triumphavit. Tertio etiam cum partibus in Transilvanis Dousam[11] quondam voivodam, tandem Palatinum, contra Moyus filium Moyus, infidelem nostrum capitalem, cum debito gentis apparatu, inter ceteros principaliores suos lateri insistentes, cum eodem ipsum magistrum Johannem proficisci iussissemus, tunc similiter non sine laboriosi concertaminis laude, severa ferocitate hostiliter dimicavit. Hic nempe simul cum aliis fratribus suis pro nobis generaliter ad omnia adversa se viriliter pro nobis et regno nostro opponentes, semper et indefesse, servitia fidelitatum praeclara laude digna constiterunt consecuti. Quae omnia speciali annotatione sermonum longum enarrare, et praesentibus inseri foret tediosum; ut sic crucem Domini tollentes nostram secuti extiterunt Maiestatem. Ex quo dignum itaque et justum aestimantes, ut magna magnis et digna dignis impendantur, et immensos labores copiosa merces reficiat et restauret. Ut ipsorum exemplo reliquos ad fidelitatis antidota accendamus: discant et ceteri sub principe gratioso devotius famulari. Volentes tam meritoriis et gratuitis obsequiis voluntatis nostre gratie occurrere donativo, licet eorum merita longe et peramplius his maiora exigerent: tamen ut in aliqualem recompensationem eis paulisper respondeamus et respectu horum que

[8] Idem igitur.
[9] Episcopatum.
[10] Hiányzik *se*.
[11] Istvánfy codexében Dowsam, az 1618-iki másolatban Derowsam.

ipsis impendere, petitionibus et supplicationibus eorundem condescendendo debemus; munera[12] fuisse et esse reputantes: memoratis Domino Andreae Episcopo, item Magistris Johanni, Lewkus, et Nicolao et per eosdem ipsorum, heredumque suorum successoribus, de gratia nostra regia speciali et ex plenitudine nostre regie potestatis, ipsam praerogativam libertatis, humiliter ac devote a nobis petitam atque postulatam: duximus admittendam, dandam et concedendam atque perpetuo conferendam, ut videlicet inter ceteras possessiones ipsorum, prenominata possessio Bathur et per consequens hospites, iobagiones et populi ad eandem congregati aut congregandi, ab omni iurisdictione iudicatu et potentia Palatini nostri,[13] seu Palatinatus regni nostri Hungarie, Iudicis Curie nostre, Comitum parochialium et specialiter comitum de Zathmar et Iudicum Nobilium et eorundem Vices gerentium, et generaliter quorumlibet iustitiariorum regni nostri, nunc et pro tempore futuro constituendorum, perpetue exemptionis titulo liberi, absoluti et exempti, tamquam nostre civitatis liberi cives et hospites perfruantur. Ita videlicet, quod eandem villam Bathur et hospites ac populos de eadem, seu quemquam vel quoslibet ex eisdem neque iudicare, neque iudicio eorumdem astare compellere, seu quomodolibet alibi bona eorundem et personas sequestrare aut impedire, aut sequestrari aut impediri facere, nec aliquas talias[14] collectas, procurationes et exactiones, tam penales quam alias quascunque, nec etiam victualium administrationes quomodolibet recipere et extorquere ullo unquam tempore, perpetuo debeant valeant atque possint. Sed prorsus et generaliter ab omni jurisdictione, iudicatu et potentia eorundem, et ab omnibus collectis, talliis, procurationibus, exactionibus penalibus et pecunialibus et aliis victualium administrationibus, specialiter a victualibus cum vicinis et provincialibus villis, usque modo simultanee debitis, deinceps exigendis et dicandis. Item Fertonum[15] regalium et etiam Camerarum, seu pretextu monetarum regalium, sine quovis alio modo debitorum dicationibus et exactionibus omnino et simpliciter ac perpetuo liberi, absoluti, ac per omnia exempti habeantur, personas etiam eorumdem heredum in heredes, nostro dumtaxat perpetuo edicto regio iudiciario examini

[12] immunia.
[13] nostri helyett Curie.
[14] tassillas. Talia, taille = adó.
[15] florenorum.

Ezen az alapon jött aztán létre az 1459. decz. 3-án Medgyesen kelt új unio. Ebben már szó van a nemesek egyeteméről, a székelyek összes nemzetségeiről és a hét szász székről, míg 1437-ben még ezektől meg volt különböztetve a két külön szék (Medgyes és Selyk) és Besztercze vidéke. A három nemzet közgyűlésre egyesül és határozataikat a gyulafejérvári káptalan állítja össze. Mindegyik nemzet két-két megbizottat küld ki és ezek együtt állapodnak meg a végzésekben. Ezek közt az első a törhetetlen hűség Magyarország szent koronája iránt — király nincs említve. Ennek valószinűleg Mátyás viszálya Szilágyi Mihálylyal volt az oka. A második, hogy kölcsönösen fenntartják egymás kiváltságait és az ősöktől nehéz szolgálatok árán szerzett szabadságokat. Harmadszor, ha akár belföldi, akár külföldi sértené ez uniót, valamennyien egyértelemmel kötelesek azt megvédeni. Negyedszer, ha bármely fél ellen támadás vagy sérelem történik, az erről értesített többi két nemzet nyolcz nap alatt köteles annak segedelmére menni. Ötödször, ha a király követe jő az országba, senki se beszélje reá, hogy szokatlan adót szedjen vagy terhet rójjon ki. Hatodszor, mivel nemcsak a török sanyargatja őket, hanem belső háború is, a nemesek és székelyek családostúl mindig szabadon menekülhessenek a szász városokba, de viszont azokat védeni is tartoznak. A megszegőre halálos büntetés és jószágainak elkobzása vár.

Az első unióban a nemesek után a szászok következnek; a másodikban már a székelyek, kik ezt a rangot mindvégig megtartják.

Szembetünő, hogy ez az unio már nem egy bizonyos czélra készülő szerződés, hanem valóságos alkotmány a kölcsönös védelem és biztosítás alapján. E szervezkedésből szinte kizárják a királyságot, melylyel szemben sokkal kevesebb hűséget és bizalmat tanusítanak, mint 1437-ben.

Így az ország autonom nemzeteinek egyesülése egyenesen az elszakadásnak készítette az útját.

Ki van adva Zimmermann-Werner, Urkundenbuch der Siebenbürger Sachsen-ban.

1437. évi unió.

Nos Lorandus Lepes de Varaskezi Vicevaivoda Transilvanus per presentes omnibus recognoscimus, quod feria secunda proxima post festum exaltacionis S. Crucis (szept. 16.) nobis cum Magnifico Michaele Jakch de Kusal et Henrico de Tamasi comitibus Siculorum, unacum regni Nobilibus, Septem et duarum Sedium Saxoricalium et Bistriciensibus Saxonibus, omniumque sedium Siculorum in oppido Capolna arduas causas harum parcium tractantibus, inter predictos Nobiles, Saxones et Siculos talem fraternam disposuimus unionem, tactoque his dominice Crucis ligno, iuramento proclamato, evo tempore juraverunt observare, quomodo Sacre Corone atque invictissimo principi et domino Sigismundo Romanorum Imperatori ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Regi, domino nostro naturali metuendissimo, fidelitatem eviter observandam, et ad resistendum omnibus hoc regnum impugnantibus, cuiuscunque condicionis ei inimici existant, et se inseparabiles ab invicem iuraverunt in defensione huius regni observaturos, tali tamen condicione, ut dum et quando invictissimus Princeps et dominus dominus noster Sigismundus . . . alicuius voluntatis vel accionis versus harum trium parcium, utpute Nobilium, Saxonum vel Siculorum habere intenderet, nisi flexis genibus graciam tercie parti impetrare succurrerent, nec aliud iuvamen ullo modo prestare teneantur, nec ausi sint modo aliquali. Insuper statuerunt, ut dum et quando aliqua illarum parcium modo exercituacionis intenderent, tunc temporibus estivalibus descensu campestri teneantur, et seniores ville propinquioris vel vicinioris supratactis exercituantibus victum administrare teneantur, nec carius, sed pro tali precio, uti ipsis villanis dare permittant, qui exercituantes modum solvendi non recusent, quicumque autem carius dare presumserint, a iudice suo non rebus, sed pena capitali puniantur. Ordinaverunt eciam, ut temporibus hiemalibus in civitatibus, oppidis et villis descensum habeant, et illis hospicia prebeantur, tali tamen condicione, ut nullus cuiuscumque condi-

cionis Nobilis aut Saxo vel Siculus, alicuius damni nocumentum suo hospiti inferat, nec facere presumat. Qui autem damnum fecerit, iudex cum ductore belli ab eodem rigorem iuris extorqueat, et illum pena capitali vel iuxta demeritum punire teneatur. Si autem alicuius Nobilis vel Saxonis ac Siculi famulus vel Satrapa [1] profugus efficeretur, tunc dominus ipsius Satrape recessum non suo consilio nec voluntate fuisse, iurare non recuset, sed teneatur, iuramentoque finito a suis propriis rebus idem dominus satisfaccionem impendat. Insuper a ductore belli litteram exclusionis seu registrum insercionis extorqueat, famulum suum imitando querat, et iuxta demeritum secundum contenta litere sentenciam exequatur, ubicumque invenire maluerit. Statuerunt eciam firmiter observare, ut dum et quando alicuius hostilitatis impugnacio seu controversia cuiuscumque condicionis evenire contigerit, et inter partibus suprascriptis Nobilium, Saxonum et Siculorum pars partem in subsidium invocaverit, secundo die exire pars invocata et singulis diebus tria milliaria parti invocanti in succursum transire non omittat, sed festine in auxilium venire teneatur; queque autem pars in contrarium fecerit, utputa Nobiles, Saxones et Siculi, illa pars capitali pena et non rebus puniatur iuridice. Ordinaverunt quoque et iuramento firmiter concluserunt, ut omni concessa invidia et inimicicie causa, cuiuscumque materia existat, inter se in Christo patrem et dominum dominum Georgium Lepes Episcopum Transsilvaniensem et eiusdem Ecclesie capitulum (itt hiányzik az állitmány), quod inter Nobiles, Saxones et Siculos integre et omnino oblita et sedata existat, nullaque illarum parcium a modo in antea renovare nec mocionem (mentionem?) facere presumat. Si qua autem pars predictarum parcium innovacionem faceret, fidefraga permaneat, et nulla aliarum parcium illi in auxilium succurrere presumat. Si autem pars contra partem aliquam accionis vel racionis causam habuerit, et iuridice coram suo iudice exequatur, et iudex partis adverse iusticiam in continenti administrare teneatur. Huius autem fraterne unionis supratacte partes, Nobiles, Saxones, et Siculi nos precibus humillibus pecierunt, ut presentes litteras eisdem in confirmacionem et sempiternam stabilitatem sigillo nostro munire fecimus et ratificare. Datum die et termino prenotato Anno 1437.

[1] Helyettes; ispán.

1459. évi unió.

Capitulum Ecclesiae Transsilvanae omnibus Christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris praesens scriptum inspecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod dum his superioribus diebus proximis in Dominica puta qua inclytae virginis Catharinae annuum celebratur festum,[1] Nuncio Magnifico Regiae Majestatis Joanne de Labathlan Themesiensi, et Siculorum Comite, inde et super variis pluribusque et magnae importantiae rebus et negotiis paulo ante superveniente, credentiali duntaxat facultate suffultus, quorum occasione et praetextu propter rerum ipsarum seu legationum sed et nuncii praefati Majestatis Regiae celeriorem, prout res ipsae et legationes ac Magnificentia ipsius Nuncii expetebant, expeditionem egregia, spectabilique, nec non strenua, et agili, atque circumspectissima Universitate tota Nobilium ac Procerum, Siculorum quoque omnium generum, nec non Saxonum, Sedium singularum septem, totius partis hujus seu Regni Transsilvanensis, in seu ad oppidum Megyes in unum pariter conveniente, et generalem faciente congregationem, Reverendo etiam in Christo Patre et Domino Matheo Episcopo Transilvano, Domino et praelato nostro dignissimo personaliter ibidem existente ac statutis, fassionibus, et dispositionibus, ut infra, nominibus et in personis totius Universitatis Nobilium, Siculorum, et Saxonum totius partis Transilvanae, factis, quoad omnes earundem sensus, clausulas et articulos consensum et assensum sponte et libere praebente, praesentibus etiam ibidem venerabilibus Dominis Gotthardo praeposito nostro nec non Nicolao de Kikelew et Dominico de Doboka Archidiaconis, fratribus concanonicis, nostra Capitulari authoritate per nos pleno cum mandato illac deputatis et transmissis, Egregii, Spectabiles ac Strenui et agiles, nec non circumspectissimi viri, Johannes filius Dionisii de Illye, Ladislaus de Folth item Martinus de Nagylak, et Andreas Chyko de Weresmort, nec non Jacobus Magister Civium et Johannes Heiold et alter Joannes Bogathy Jurati Cives Civitatis Cibiniensis pro se in personis propriis, ac Universitate totius Communitatis singulorum Nobilium, pro totaque Communitate omnium trium generum sin-

[1] November 25.

gularum sedium Siculorum, nec non Saxonum omnium regalium in et sub septem ac duabus sedibus Saxonicalibus, nihilominus quam civitatibus Brassoviensi et Colosvar, earumdemque contractis,[2] Districtibus, et pertinentiis ubilicet constitutorum et commorantium nominibus, et in personis, cum literis procuratoriis dictorum Nobilium, sigillo Vice Vayvodarum praecedentium sigillatis in Nostram personaliter venientibus praesentiam, et eisdem coram Nobis comparentibus, fassum extitit per eosdem conformiter et relatum in primo articulo in hunc modum: Quod ipsa tota, ac universalis communitas Nobilium, Siculorum, ac Saxonum omnium suas subinsertas ordinationes, dispositiones, et statuta, quae communi firma perpetuitate, fixaque stabilitate aevi plene irrevocabiliter perdurarent, ea omnia, et singula, qua ipsa universitas tota deliberatione matura in praenotata congregatione seu conventione generali sub firma sincerae fidelitatis Coronae Sacrae Regni Hungariae semper observandae confidentia ordinassent, statuissent, et decrevissent et ut infra fixo, proposito et perseveranti animo conclusissent, secundum suas modificationes, et distinctiones infrascriptas fide ipsorum christiana Deo et dictae Coronae sacrae debita mediante tenerent, observarent, et inviolabiliter prosequerentur, et constanter persisterent in eisdem. Secundus Articulus fassionis per eosdem factae is est: quod ipsi omnes, et singuli Nobiles Siculi et Saxones tota quoque eorum universitas, et communitas adunata, volenti animo, et intendente, prout et velle decet, eorum ac prolium et posteritatum suarum tranquilliori statu et commodo uberiori, paceque prosperiori et nihilominus rerum et bonorum suorum praeservatione pacifica, omni qua possunt efficatia perspicatius providere in aevum ob hoc omnibus et singulis praerogativis, libertatibus et privilegiis antiquis, olim per eorum praedecessores non sine laboriosissimis servitiis acquisitis, ac obtentis, quoad omnes ipsarum libertatum et privilegiorum suorum articulos, clausulas et modificationes voto parili, ac voluntate unanimi, libere persistere perseverareque et permanere promisissent, atque assumpsissent, imo assumpserunt, et polliciti sunt coram nobis fide eorum, ut supra, Deo debita mediante. Hoc tertio articulo notanter adjecto, quod siquis vel qui ex ipsis, et alius quispiam accolarum, incolarumque, sive

[2] Vidék, a franczia contrée.

forensium, contra hoc foedus unionis pari voto consensuque et assensu unanimi fidei pacto, ut praefertur, firmatae, infringere et se insidiose, ac alias quocumque exquisito colore opponere et haec Nostra superius inferiusque tacta niteretur, et attemptarent, in toto vel in parte, ex tunc praenominatae Nobilium, Siculorum et Saxonum universitates se coadunantes simul et semel, nullo discrepante, contra talem contrariantem, seu Unionis, concordiaeque, et Dispositionis hujusmodi confoederatae pactum rumpere, et infringere praesumentem, seu praesumentes, consurgere ejusque versutias brachio forti conterere, ac deinde in defensionem et sublevamen oppressis, seu oppressorum intendere teneantur, et accellerare. Quartus istae fassionis est articulus: quod cum Regnum hoc totum Transsilvaniense nedum partialiter, sed et universaliter importunitatibus nocivisque vexationibus agitaretur, variisque rebus adversis, inopinatisque vastationum impetitionibus undique conquassatur, et casibus atteritur impraetermisse asperrimis, statuissent porro ac disposuissent pari et unanimi singulorum voto, quod si adversae aliquae oppressiones se, aut nociva impedimenta quaevis, praedistinctis partibus, Nobilibus scilicet aut Siculis vel Saxonibus, seorsim seu particulariter sive communiter emergi contingant, et evenire in posterum per quoscumque; extunc partes ipsae in alterutrum, puta Nobiles Siculis, et Siculi Saxonibus, nec non Vayvodis ipsorum, ac Comitibus Siculorum, ac eorum vices gerenti, item Capitaneis per universitates praefatas ad hoc constitutis et deputatis, suas quasvis impetitiones, injurias, adversiones, ac quorumcumque nocumentorum tunc ingruentium casus innotescere, significare, intimare, et notificare teneantur, et debeant, quibus sua serie sic, ut praefertur, se intimatis, et significatis, statim die octava notificationis hujus modi, mora protelationeque, ac dissimulatione et occasione omni posttergata, in oppressi seu oppressorum, qui tunc forent, adjutorium et succursum, secundum rei exigentiam potenti virtute [3] venire praeproperent, ac adesse debeant celeriter, et teneantur. Fassio quinta Articulata haec est: Quod dum et quando seu quotiescunque lapsu temporum Regalis excellentissima Serenitas Nuncios seu legatos suos, prout supra, opportunitate quavis ingruente, ex suis Baronibus, sive Magnatibus, partes ad istas, seu Regnum

[3] Erő, olasz értelemben.

hoc Transsilvaniense transmitteret, et extiterit transmissura, tunc huic tali Nuncio Regio potenti, et ejus coetui nullus omnino ex Nobilibus, sed neque ex Siculis at Saxonibus totius partis seu Regni hujus, cujuscunque conditionis et status sit, se adjungere debeat, seu quavis ratione aut invento colore inhaerere eidem, et dolose admiscere, ipsum quoque Nuncium Regium, seu Baronem inconsvetos, sive victualia inusitata, neve alias inusitatas quascunque inconsvetas exactiones novitate quavis inducta faciendi, petendi et extorquendi inducere, informare ac suasum reddere, seu securum facere praesummat et attemptat. Articulus is Sextus subsequeuter insertus est: quod quia demeritis, ut verisimile est, eorum exigentibus jam jam inpraetermisse immanium Turcarum crebrescentibus insidiis, spoliis, praedisque, ac vastationibus variis, et aliis pervastationibus undique exitialibus etiam per abductiones crebras parentum, liberorum, conjugum, proximorumque eorum in captivitatem perpetuam, et execrabilem, pro dolor! servitutem, nihilominus quam rerum omnium, et bonorum ipsorum depraedationes innumeras ad ultimum usque, et numero et domesticis bonis essent et forent admodum imminuti, praterea nempe quo deterius afflictiusque sufferentur et paterentur, internis etiam guerrarum bellis, dissensionibusque et acerrimis simultatibus, nec non inimicitiis intestinis praecedente attriti saepe numero extitissent, affligerentur in praesentiarum; horum equidem omnium consideratione perspicua, volentes per omnia, et accuratius intendentes, prout et velle congruit, eorum reipublicae et communi utilitati opportune efficatius providere, et viam tanti mali inopinati forti vallatione praecludere, universali decreto statuissent, imo statuerunt et disposuerunt irrefragabiliter pro semper observandum, quod Nobiles et Siculi tam eorum propriis in personis, quam cum conthoralibus, prolibus, orphanis et viduis, rebusque cunctis ipsorum et bonis ad Civitates Saxonicales, ac alias quascumque mallent munitiones, patulum semper obtineant ingressum, accedendique, intrandi, confugiendi, et ingrediendi tutelae et defensionis causa securam semper absolutamque et pacificam facultatem habeant, et authoritatem libertatis, tali pacto et conditione expressius subinsertis, quod Nobiles ipsi, atque Siculi universi, una cum Saxonibus civitatensibus, sed et comprovincialibus singulis omnium adversitatum, guerrarum, et inimicorum quorumcunque insultantium temporibus, secundum

quod res ipsa exigit, belligerentium more armis resistentiae praecincti, simul et pariter campum egredientes, rabidis ipsorum inimicorum insultibus obviare atque resistere, seque eisdem strenue opponere debeant et obligarentur, mutuisque auxiliis sese protegere sint constanter adstricti. Tali adjecto in hoc Ultimo Articulo poena: quod si quis seu quipiam partibus ex ipsis, scilicet Nobilibus, Siculis et Saxonibus, status, dignitatis, conditionis, privilegii, et praeeminentiae cujuscumque sit, his praemissis omnibus superius articulatis, aut singulis praemissorum, in toto vel in aliqua ipsarum parte, exquisito quovis colore, aut fictis adinventionibus, praesumptioneque, seu dolo, sive temeritate quibusvis motus, vel moti contravenire attemptaverint! praescripta, modo quo supra articulatim connotata, aut praeconnotatorum alterum in sui parte tota vel singulari infringere moliretur, tunc talis, seu tales refragatores, ruptores, contravenieutes, atque de facto contrarientes summa Capitali, rerumque omnium, ac bonorum suorum et possessionum amissione eo facto sint plectendi, ipsorumque talium haeredes et posteritates exhaeredati perpetuo habeantur, et exilio relegati, praeterea quoque homagium talis seu talium refregatorum, et insultantium trium tantum modo denariorum simplicium valore exsolvatur.[4]

Quibus quidem fassionibus, articulis, et suis modificatis ut supra clausulis, per praenominatos Nobiles, Siculos, et Saxones in eorum ac totius Universitatis Nobilium, Siculorum et Saxonum hujus regni personis, et nominibus, ut praefertur factis, iidem literas nostras privilegiales sigillo nostro communitas, sibi ipsis summe necessarias per nos dari instantissimi postularunt. Quas nos eisdem juxta eorum petitiones rationi consonas Sigilli nostri pendentis et authentici munimine vallatas dandas duximus, et concedendas in fidem, et testimonium praemissorum. Datum feria secunda proximo ante festum beatae Barbarae virginis, Anno Domini 1459. Venerabilibus Honorabilibusque, et Discretis viris Gotthardo Praeposito nostro praenominato, Antoni Decretorum Doctore Cantore, Matheo similiter Decretorum Doctore Custode, Emerico Archidiacono de Thorda Decano, caeterisque Canonicis dictae Ecclesiae nostrae salubriter existentibus, et devote.

[4] A törvényen kivül helyezésnek felel meg.

X.

MÁTYÁS KIRÁLY LEVELE IV. SIXTUSHOZ.

A királyi kegyúri jog használata már Hunyady idejében a pilisi apátság ügyében erős összeütközésre vezetett a pápa és a kormányzó között, kit az ország rendjei is támogattak a birodalom jogainak megvédésében. Ezen összeütközések megujultak, midőn az erőszakos IV. Sixtus ült a pápai széken. Sixtust a nápolyi király ellen való gyűlölete elidegenítette annak vejétől, a magyar királytól is. A pápa 1480-ban önhatalmúlag akarta betölteni a modrusi püspökséget. Vele szemben a király az itt kiadott levélben a leghatározottabban kifejti és föntartja jogát. Annyira megy, hogy még az ország elszakadását a katholikus egyháztól is kilátásba helyezi, ha a birodalom régi szabadságát bármiben sértené a pápa. Hasonló tartalmú levelet intézett a bibornoki testülethez is.

E levél megjelent a Vatikáni Okmánytár 125. l.

Beatissime pater et domine clementissime, post devotam etc. Vacante nuper episcopatu Modrusiensi, quem ad modum ex certorum fida relatione intellexi, cum mei oratores, qui in urbe sunt, sanctitati vestre pro iure electionis, que mihi legittime competit, laborante. in contrarium reverendissimo domino cardinale sancti Petri ad vincula, ut ius meum mihi deferretur, apud sanctitatem vestram instarent, accepi multam difficultatem factam fuisse pro iure electionis mihi deferendo. Quo intellecto non parum turbatus sum, cogitans non modicam mihi fieri iniuriam, quod ius meum turbaretur a vestra sanctitate, vel ab altero quo-

cumque ad vestram sanctitatem pertinente, quod potius debuisset, si quidem meorum erga sedem apostolicam meritorum aliqua ratio haberetur, ab aliis quoque ius nostrum turbare volentibus apostolica auctoritate defensari. Non expectaremus, beatissime pater, ut ius nostrum regium, de quo ab antiquo nulla prorsus cum aliquo difficultas et controversia fuit, quo scilicet omnes nostri predecessores et nos libere semper usi sumus et utimur, hoc demum tempore in maximam nostri displicentiam pateretur Sanctitas vestra ab aliquo impediri. Novisse enim potuit sanctitas vestra, vel si ipsa non novit, ab aliis audire potuit, ingenia et mores nostrorum Hungarorum, qui antequam beneficia huius regni apud sedem apostolicam absque electione et presentatione regum suorum conferri paterentur, mallent potius tertio fidem catholicam postponere atque infidelium numero et societati adherere. Ne itaque ex tali contentione ulterioris mali occasio prebetur, et ex hac materia aliquod scandalum nasceretur, cognitis hiis, que contra ius meum et antiquam regni mei libertatem apud sanctitatem vestram attenta sunt, elegi ad prefatam ecclesiam Modrusiensem auctoritate iuris patronatus mei, quod in ipsa ecclesia, sicut in aliis regni mei habeo, venerabilem et religiosum virum fratrem Anthonium de Iadra, confessorem serenissime regine consortis charissime, quem etiam sanctitati vestre tanquam virum dignum, moribus et scientia probatum confirmandum presento, supplicans, ut non obstante quorumcumque contrarietate sanctitas vestra ad presentationem meam, que de iure fit, ipsum Anthonium de Iadra in prefata ecclesia Modrusiensi apostolica auctoritate confirmare dignetur, nec velit in hoc ad quorumcumque instantiam aliquam difficultatem facere; quoniam certa sit, quod quicunque alius preterquam is, quem nos elegimus, pro dicta ecclesia laboret, nunquam tamen assequetur, etiamsi oporteret ecclesiam illam proprio absque presule remanere. Datum.

XI.

A CASTELLOI PÜSPÖK JELENTÉSE.

Mátyás király egyénisége, birodalmának hatalma és vezető szerepe bő anyagot nyújtottak az akkor már teljes virágában álló olasz diplomácziának. Számos jelentés maradt reánk, mely Magyarország akkori állapotát ismerteti. Nevezetesek ezek közt a pápai követtől eredők, melyek Mátyás uralkodása kezdetének nehézségeit adják elő, (kiadta Kovachich, Scriptores Minores) és a modenai követeké, melyeket Fraknói Vilmos adott ki.

Legtanulságosabbnak mégis a castelloi püspöknek, Maraschi Bertalannak 1483 őszén kelt jelentését tekinthetjük. Ez Mátyás politikáját és személyiségét szinte tetőpontjukon mutatja be. Bőven részletezi a magyar király helyzetét a császárral és a törökkel szemben, és teljesen hiteles, magától a királytól eredő adatokkal igazolja annak felfogását. Az udvarnak is képét nyújtja és a budai palotának és pompájának rajza annál érdekesebb és becsesebb, mert művelt, világlátott férfiútól ered.

Mátyás 1483. nov. 6-án IV. Sixtus pápához intézett levelében megemlékezik a castelloi püspök követségéről.

Kiadta a jelentést Katona, Historia Critica, XVII. 310—316. l.

Beatissime pater! Die septima huius ex Gratz discedens, biduo ad quemdam comitem, Joannem Elderbach, serenissimi regis Hungariae capitaneum, designatum ad custodiam partis Austriae

captae et praesertim cuiusdam oppidi combusti, nomine Furstenfeld, applicui. Hoc oppidum serenissimi imperatoris erat, 800 domos, ut aiunt, continens: quod quum serenissimus rex Hungariae obsedisset et alias vi expugnare non posset; erat enim locus natura arteque munitus, die quadam, surgente quodam valido vento, ignem immisit et usque ad moenia domos interiores ita combussit, ut vix domorum fundamenta dignoscerentur. Hoc idem fecere milites caesareani, discurrentes interdum et villas Hungariae detinentes; sicque utrimque rapinae, stupra, incendia, caedes plurimae atque horrendae committuntur: iugulantur sacerdotes: diripiuntur eorum bona: et in oppido supra combusto circiter mille corpora hominum adustorum mortua in viis post incendium reperta sunt. Multa tamen ex Austria castella et oppida rex demit et capit quotidie. Hic noster serenissimus caesar dormitat adhuc. Creditur tamen, quod una die magni aliquid sit moliturus; quum iam permulta ex Carniolia, Stiria et, ut dixi, ex Austria sibi ablata sint, quod diutius nolle ferre dicit, multas sibi illatas iniurias iniuste recensendo a filio adoptivo.

Die vero XVI. Budam applicui; introductus tamen a quatuor reverendissimis episcopis et nobilibus multis, qui et iussu ser. regis, et eorum fide ac reverentia in apostolicam sedem ac in sanctitatem V. ad milliare et ultra occurrerunt. Venerat primum praepositus Albaeregalis ad milliaria circiter duo Teutonica. Reperi domum praeparatam rebusque omnibus regali more munitam. Sequenti die fui cum ser. rege, nomine sanctitatis V. adhortans multiplici ratione, ut a bello desisteret contra imperatorem; quum non deceret filium in patrem talia moliri; quumque S. V. exploratissimum haberet, nihil hoc bello carius esse Turco,[1] qui longe maiora patre suo in Christianos mala inferre decernebat: quod futurum facile credebat; tum quia auro paterno ditissimus esset; tum quia bello semper assuetus erat, et collatis signis, saepe tentaret, quod pater vitabat semper, et in insidiis bella gessit; tum quia militibus patre severo et crudeli carior erat; postremo, quia longo et vario bello Hungaros fessos atque exhaustos et diminutos sciebat. Respondit, numquam se abhorruisse pacem; immo eam cum maiestate imperiali affectasse semper, multiplici ratione; sed a ser. imperatore pro pace bellum

[1] II. Muhammed fia, Baiazet.

reportasse: qui aliquando Bohemos, aliquando Polonos, interdum Austriacos in eum contra Turcos intentum sollicitavit commovitque, ut a bellis illis sanctissimis ad propulsandas iniurias redire compelleretur. Et hic multas iniurias enumeravit, quas referre longissimum esset. Ego e contra illas commemoravi, quas ser. imperator contra se moleste latas dixerat. Est enim rex doctus, et cum gravitate et maiestate quadam dicendi; ut nihil dicat, quam id, quod sibi credendum videatur. Et profecto contemplatus eumdem, eius ingenium, linguam, mores: astutia, audacia principes omnes, quos novi, nullo excepto, antecellit. BB. pater! Hic est rex indefessi animi, Martialis totus, nihil nisi bellicum cogitans et sine verbis faciens; hic machinas innumeras, tormenta plurima, bombardas adeo ingentes confilans, et modium (?) lapidum mille librarum, et iam decem et septem bombardas Posonium versus misit, quarum unicuique trahendae decem et octo equi potentes eiusdem coloris colligati erant; quod vere obstupui; tum quia admiranda videbantur, tum quia non conficiendae pacis, sed augendi belli signa videbantur. Rebar, diuturno bello hunc ser. regem inopem factum esse, quod etiam in Gratz mihi suggerebatur, et in recensendis caussis, ad pacem urgendis, istam non postremam connumeravi. Quo, ut iudico, factum est, ut die XX. a quodam amico meo invitatus sum ad inspiciendum palatium, quo, pace Italiae dixerim, in ipsa nullum praestantius, neque maius est. Introductus in vestiaria, sive more nostro, in salvas robbas,[2] tot pretiosas vestes auro, gemmis et margaritis onustas, tapetia, aulaea, tot vasa argentea atque aurea, mira arte elaborata, vidi, ut existimem, 50. curribus deferri non posse. Inter alia stuffam[3] unam, ex solido et puro argento factam; tantae altitudinis atque ambitus inspexi, quod duo vix complecti possent. Sunt unicorni duo, unus instar communis equi, alter unius aselli cum cornu vero suo;[4] praeterea cruces et ornamenta altaris admiranda; et praeter 590. plateas magnas et cuppas 300. aureas et quadra et bacilia sine numero, quae profecto omnia aestimari non possunt. Tantam apud hunc regem pretiosam supellectilem, pretiosa vasa, ornatum atrium, ut Salamonis gloriam non crede-

[2] Ruhatár.

[3] Kályha.

[4] Az egyszarvúnak szarva, a középkori babona szerint, a mérgezés ellen véd. Azért a fejedelmek asztalán volt a helye.

rem fuisse maiorem; non tamen his extractus pacem tractandam deserui. Iterum itaque admissus sum. Maiestas sua repetens, quae pridie dixissem, de praeparatione Turcae atque potentia; dixit, se fidei meae id commissurum, quo sanctitas V. de illius viribus certior esset; pacem vero non recusare; immo illam cupere; sed cum honore suo; quum graviter, ut antea dixerat, iniuriis plurimis lacessitus fuisset. Hoc in loco multa dicta sunt; et tandem nonnulla scripta, sive instrumenta extulit, quorum copiam, rogavit, ad S. V. destinarem, ut intelligeret, si an iure, vel iniuria bellum movisset; quum promissa, istis instrumentis contenta, minime servata fuissent. Et quum de Venetis verbum incidissemus; eorum in se perfidiam accusavit; nec in se solum, sed in omnes Hungariae reges: et ea pariter instrumenta extulit, quae hanc perfidiam complectuntur, nulla in parte servata: voluitque, ut illorum exempla ad S. V. destinarem: quae omnia omnibus nota desiderat. Tandem, quum rogassem, ut, deposita bile, animadverteret, in quem pugnaret, id est, in patrem, in senem, in inermem, in eum, quo victo, nullam gloriam reportaret; animadverteret, quod quantum Deo deberet, qui eum in regem extulisset; in hostes suos victorem semper effecisset; qui subactis toties Turcis, de eis triumphasset; in posterum longe magis et gloriosius triumphaturus; si vero sanctitatis vestrae, successoris Petri, vicarii Christi, ipsum paterno amore amantis admirantisque, et saepe, quum de eo loquitur, regem regum nominantis, audire dignetur: nec cor obduraret suum: si que sibi suaderet: sanctitatem V. non defuturam; si his turbinibus Italicis aliquando posset absolvi; quibus invita tamen involuta erat; praesertim a Venetis, qui, dominandi toti Italiae ac universo orbi libidine accensi, etiam Ferrariam, insignem ecclesiae urbem, tanta rabie invaserant, ut eam cum civitatibus plurimis procul dubio imperio suo adiecissent; nisi sanctitati V. quam celerrime occurrisset, firmissimam ligam amplectendo. Et hoc in loco, quae contra S. V. sparserant, ut beatitudinis iussu susceptum bellum videretur, ita enervavi, rationes illas, in instructionibus datas, explicando ostendendoque, ut in nullius mentem id cadere possit. Iuvit etiam caussam nostram, quia hic nemo est, qui eos incredibili, irrevocabili odio non prosequeretur. Postea ad amplectendam pacem redii, dicens, sanctitatem V. ad hanc exhortari: quia, si gloriam appetit humanam: benignitate potius, atque clementia

assequetur, quam odio vindictaque: Scipionem, Caesarem, Antoninum Pium, Constantinum, Theodosium, Stephanum, Hung. regem primum, Emericum, atque alios, quorum sepulcra in Albaregali videram, intueretur, qui clementia sua hostes saepius, quam armis, devicerunt: id sibi pariter futurum; si, dimisso bello, ultro et libere imperatori, patri suo, ablatas terras restitueret, qui in maiestatem suam, offerebatque, iurabatque se plura facturum, et illico, quam si mille legibus et fideiussionibus antea urgeretur: quod sibi sua regia maiestas suadere potest, quum pro salute suorum populorum atque iura imperii tueretur; et qui mentiri erubesceret, in annosa aetate et infirma constitutus. Hic serenissimus rex, quodam cachinno motus, nullo pacto illi credendum esse, neque credere velle respondit, a quo toties inique, dolose, in insidiis deceptus fuisset: seque scire, caussam suam iustissimam esse et principibus Germaniae notam. Subridens, repetii: quum leo cum mure pugnaret? Quo verbo paullisper commotus fuit; perrexi tamen, orans, ut vellet bonitate, pietate et religione sua insidias illas, dolos illos et iniurias superare, arma in Turcos vertere, quibus nomen suum celebre magis atque serenum efficeret; et in caelum tandem pateret iter, ubi non caduca et inani gloria, sed firma atque perpetua cum Christo et triumphantium angelorum et sanctorum omnium curia procul dubio frueretur, essetque tertius Hungariae rex sanctus, qualem sanctitas vestra iam habet; si pacis tranquillitate cum imperiali maiestate frueretur et Christiani nominis hostes aggrediatur et ecclesiae, quae eum iuvat semper; neque in posterum, veluti murum et antemurale suum derelictura, ut propediem felici rerum eventu cernere posset; si cor suum non Pharaonis esset, qui nullo sapientissimi et facundissimi Moysis sermone flecti voluit; sed Ezechiae regis, qui a propheta, ut rebus suis disponeret, admonitus, meliorem mentem suscipiens corque poenitens et ad parietem versus, ingemiscens, vita in annos XV. longiora donari meruit. Quibus exemplis sua regia maiestas percipere potuit, serenissimos reges non ornatis verbis vel facundia ad rectum iustumque suaderi trahique debere, sed bonitate naturae, Deique timore. Si enim in reges plus orantis facundia, quam naturae bonitas valeret; Pharao Moysi sapientissimo doctissimoque super omnes prophetas; immo quocum Deus facie ad faciem loquutus est, longe melius obtemperare debuisset, quam prophetae illi Ezechias: quo non me balbum

et dicendi ignarum; sed naturae suae bonitatem inspiceret et sanctitatem vestram, revocantem a bello, audiret.

Haec omnia et longe plura retuli in consilio plurium, et quidem dignissimorum praelatorum, archiepisopi Colocensis,[5] episcopi Varadiensis,[6] aliorumque, sanctam sedem apostolicam et sanctitatem V. ita observantium, ut a nemine superentur: quod uberius, rediens, explicabo; laudes et sanctimoniam sanctissimi et annosi patris, episcopi Vesprimiensis,[7] qui tanta pietate sanctitatem V. prosequitur, ut de DEO loqui videatur, non praetermittendo. Vere hic annosus pater sanctus est; et talem in arce sua praesulem vidisse laetor. Aderant etiam barones plurimi; inter quos fuit ille Stephanus[8] vaivoda Transsilvanus, novissime ab exercitu in Turcos reversus, sanctimonia et bonitate atque prudentia pollens, David alter, ut Paullus, et virgo, quem nomine sanctitatis vestrae salutavi atque benedixi. Quod ita gratum habuit, ut prae gaudio lacrimans, dixerit, audentius se hac salutatione pugnaturum; et supplicat, quatenus S. V. benedictionem super se suumque exercitum impertiri dignetur, ad quem rediturus mox est, occursurus Turcis, qui in Transsilvaniam descendere decreverunt; quum tamen una pars exercitus Turcici in maritimas oras revertatur ob nonnullos motus, quos tamen nondum intelligere potui, et a quibus fiant. B. B. pater! antequam alloquerer regem; reginam[9] sanctitatis V. nomine adiveram et salutaveram a S. V. quam, uti filiam, amari dixeram, mihique a S. V. mandatum, ut, ea inscia, nihil loquerer; immo eam super dicendis consulerem. Alios praeterea brevibus, ut ipsorum dignitas postulabat, superscriptis accersivi, qui omnes operam suam praestituri polliciti sunt. Quare, quum ipsa regina bellum hoc ita permolestum habeat, ut nullus fit naturalis Hungarus, qui in christianos id bellum suscipere velit; soli tantum Bohemi et transfugae Turci ac aliae gentes, ut Serviani. Sic igitur pulsatus rex, me post multa responsa ad predicta cum regina retraxit, aperuitque, se omnia, ab imperatore rapta, voluisse sanctitatis V. manibus dare, quae postea illi restitueret; quum de X. millibus equitum ad triennium

[5] Várdai Péter.
[6] Pruisz János.
[7] Vetési Albert.
[8] Báthory.
[9] Beatrix.

usque cum tota Germania providisset: quo tempore, procul dubio, Turcus, eo auxilio adiecto, debellaretur. Quum iam delinitum viderem; dixi, hoc caesari neque placere; quia in suum dedecus redundare videretur, tamquam in eum, qui infidelis esset et mendax; et quod amore DEI, recordaretur, se suum filium esse. At ille, numquam morem sibi gereret, inquit, ne mihi ulterius illudat. Tunc oravi, ut maiestas sua cogitaret, si quis alius esset modus, quo pax ista confici posset et sanctitas V. exaudiri, quae tantum amabat eum: ut ego pariter agerem: quod profecto non quieturus essem, nec comesturus quicquam sapidum; donec modus huic tanto malo adhiberetur, quo resp. Christiana peritura videretur. Hoc se facturum respondit, data manu, maxima cum humanitate; iussitque praelatis, ut domum me reducerent, in qua serenissima regina me, ut filium, fovet, cuius excellens ingenium tantum est, ut nulla lingua laudare sufficiat. De rege vero, si rediero, tanta dicere oportebit, ut in rep. Christiana neminem sibi comparandum invenerit beatitudo V. quae si ipsum amavit, coluit, iuvit; id sane sancte factum fuit.

Die sequenti ad colloquium reversus; prius tamen ab episcopis et baronibus et a serenissima regina, ne pulsare desisterem, monitus, qui hanc pacem cupiunt; veriti belli finem toti regno et reip. Christianae perniciosum futurum, quum optime calleant, regnum et hominibus et divitiis exhaustum, diminutum, qui et lamentationum querimonias percrebras rege melius intelligant. In summa non praestandam fidem caesari, inveni: quae dum enervare studerem; submissa voce et admoto auri meae ore, inquit: nisi ego essem et hoc bellum in hunc iniquum hominem gessissem; iam vos ecclesiastici sentiretis, quos exosos habet; et credite mihi. Visus sum annuere, et hoc sanctitatem V. bene sentire; sed magis prospicere religioni Christanae, quam machinationibus istius hominis, qui apud principes parvo habetur in pretio. Hoc in finem bonum dixi. Inter haec verba dum penderemus et deprehenderem, regem ipsum sanctitati V. gerendi morem cupidum; in mentem venit hoc, quod illico dixi: Quid, serenissime rex, ageret maiestas V. si, posteaquam imperator vellet sibi libere ablata restitui, et illico de auxilio praestando certissime providere, neque aliter ad pacem devenire, et maiestas V. nullo pacto in hoc sibi vult confidere; modus aliquis reperiretur, quo pax sperari posset, et imperatori ita satisfieret, et maiestas V. non

fraudaretur; quum eodem contextu M. V. subsidii habendi et restitutionis esset et caesar suae? Respondit ridens, hoc sibi placere, si reperiretur. Tunc: quid si SS. D. noster unam diaetam indiceret in Germania prò fide catholica iuvanda et hac lite sedanda, ad quam principes vocarentur, et ibi res ista ageretur? Paullulum cogitabundus, inquit, non displicet; sed quonam modo fieri possit et debeat, cogitabo, tibique referri faciam, ne toties sinceritas tua fatigetur. Est enim caute agendum. Nam, si imperator, tanta est ipsius malignitas, quorsum ista fieret diaeta, perciperet; numquam fieri pateretur, teque illico suspectum et invisum haberet. BB. pater! hoc responsum mihi admodum gratum fuit rato, iam istius animum delinitum et pacem optare et sanctitati V. velle parere; quam vere unice amat et pie veneratur; quum secreto subiunxerit, se in DEO sperare, quod adiuvante S. V. tribus regnis, a Turco detentis, facile potietur: et rem aperuit, quam infra referabo. Nox inter loquendum supervenit, qui ad coenam, quae iam parabatur, et invitavit laetus valde, et tenuis. In parte una mensae maiestas sua et regina; in altera Stephanus ille, vaivoda Transsilvanus, vir vere sanctus, et RR. episcopus Varadiensis, regi atque reginae admodum gratus et sanctitatis V. observantissimus, cuius lingua humanitatem illam praedicare non cessat, qua eum suscepit, quando Romae fuit, discubuerunt; in altera orator serenissimi regis Ferdinandi,[10] egoque. Huic coenae non defuere cantus varii; habet enim cantorum capellam, qua nullam praestantiorem vidi; et pridie in capella sua sollemnem missam, iuxta suorum gloriosos mores, cantari fecit, magna praelatorum et nobilium praesente caterva. Quum rediero, quanto silentio, quanta devotione, quibus cerimoniis, quanta gloria missa illa perfecta sit; explicare studebo: confundebar sane, arguebarque, a seculari principe in his, quae ad divinum cultum et animarum aedificationem attinent, superari. Obstupui profecto. Coena regia non sine laudibus sanctitatis V. virtutum intermixtis consummata, vale feci. Sequenti die ad vesperum RR. Colocensem archiepiscopum, lingua et ingenio potentem, et baronem quemdam, D. Georgium de lapide,[11] Alemannum non dormitantem, rex ipse ad me direxit; quibus solis, solis, in-

[10] Nápolyi király.

[11] Stein György Mátyás legfőbb tanácsosa a birodalmi ügyekben.

quam, quum reginae non dixerit, motivum meum communicavit, ut de modo habendae huiusmodi diaetae decerneremus: quod tamen iam inter ipsos satis agitasse cognovi; sed in plerisque periculum obiectabatur. Tandem in hoc concordes fuimus, quod postea rex probavit. Primo, quod S. V. conficeret bullam, in qua exordiretur, quod quum semper fuerit intenta in reprimendis Turcis, Christiani nominis hostibus, et ob hoc multa exposuerit (et hic classes omnes et enumeratae provinciae inseri possent) et demum exortum fuerit crudele et atrox bellum, quale profecto est inter imperatorem et regem; ad sedandum, veluti reip. Christianae perniciosum, multos et cardinales, et episcopos, et demum episcopum Castellae, destinaverit, hac tempestate, qua Turcus cum suis colligatis non dormit; sed copias amplissimas contraxit, ut ipsismet apertissime constat: maiores etiam contracturus; nisi inter praefatos principes pax sanciatur. Et propterea huic tanto discrimini, catholicam fidem concernenti, occurrere volens, mihi iniungebat, ut ubi commodius haberi possit, conventus principum Germanorum habeatur, qui modum inveniant, ut hoc tantum incendium, non modo ipsis, sed Christianis omnibus periculosum, extinguatur, et inter patrem et filium pax firma sanciatur, ad expugnationem Turcorum et illorum Venetorum confusionem, qui honestate et Christiana religione posthabita, sola eorum libidine dominandi accensi, dissidium hoc nutriunt, nec quicquam praetermittunt, quod continue gerendo huiusmodi bello conducere putent. Optat mirum in modum rex Venetos et in bulla, et brevibus tangi, quos toti Germaniae infensos scit, et Germanos avidos non minus in istos, quam in Turcos irrumpere. Omnia haec de bulla pro conventu, quem imperator movere non poterit; quum ad tutandam religionem sit: quo casu S. V. in imperio conventum statuere posset. Brevia ad omnes principes dirigantur, adhortantia, ut huic conventui interesse velint, per me sanctitati V. indicando, ut pacis conficiendae modus sua prudentia reperiatur, et Turcorum ac Venetorum ambitio retundatur: qui si fideles Christiani essent, Turcis non fuissent colligati ad aggredienda bella in Christianos et dissidia disseminanda. Esset etiam ad ipsum imperatorem dirigendum artificiosum et in se pium: quod cum a me sanctitati V. rescriptum sit, pacem nullo modo componi posse; bono suae maiestatis intenta, ob amorem, quem ad ipsum et Christum habet, rebus istis modum omnino

reperire decrevit. Quare mihi indixit, ut principum Germanorum conventum habeam, a quibus requiram, ut huic morbo succurratur; et propterea huiusmodi conventui interesse velit, saltem oratoribus plena potestate munitis. Item fiat breve ad regem hoc pacto. Eodem contextu, in diaeta securus erit rex auxilii huiusmodi; et imperatoris terrarum sanctitati V. restitutio fiet; et sollicitationes Venetorum enervabuntur; et sedis apostolicae ac S. V. auctoritas crescet in confusionem illorum.

Haec si sanctitas V. probat; secrete, secretius, secretissime praeparentur, et ad me mittantur cum bulla brevia, ut postea mittere possim, tamquam rem, a S. V. excogitatam. Nam cum imperatore, ad quem sexta feria, proxime futura, iter dirigam, nullum verbum, neque signum faciam, immo compati fingam. Rex hanc viam unice probat, ut utriusque honori satisfiat, et sedis apostolicae gloria a Venetis minime conculcetur. Interea ad contundenda Venetorum iurgia disseminata sequar, et tamquam a me ipso ipsis principibus suadebo ad pacem istam conficiendam modum excogitari debere; donec sensim ad diaetam venerimus, pro qua diaeta rex se scripturum ad aliquos Germaniae principes non minores, quos sibi clandestine devinctos habet et duces Saxoniae, quos magni facit, laudibus extollit, qui Germaniae nunc maior pars et potentior sunt, et sui status. Nec abs re. Hunc regem, si S. V. videret, quam gravitatem, quam prudentiam prae se ferat; quam suavi et gravi eloquentia polleat; diceret, hunc Italicae et Latinae linguae semper incubuisse. Felix sit S. V. cuius sanctissimis precibus me commendo: et si in ulla re delinquo; fidem in se meam accuset. Non evitabo labores; modo DEO et sanctitati vestrae morem geram.

XII.

HUNYADY MÁTYÁS 1486. ÉVI TÖRVÉNYE.

(Decretum Maius.)

Nagy Lajos ideje óta a végrehajtó hatalom csak ritkán volt oly erős, hogy biztosíthassa a birósági tárgyalások törvényes menetét. A biráskodó megyei nemességgel szemben az összehivott gyűléseken (proclamatae congregationes) egyes főurak és párthiveik erőszakot alkalmaztak és csatává változtatták a törvénykezést. A nádor vándortörvényszéke sem volt képes magának kellő tekintélyt biztosítani. Három egész éven át, 1455—1458., teljesen szünetelt az igazságszolgáltatás.

Mátyás mindjárt uralkodásra lépésénél nagy gondot fordított a törvényes ügyek rendezésére. Első decretumában (kiadta Kovachich, Vestigia Comit. 298—330) egyebekben megerősíti Albrecht király törvényét, de bíróság dolgában igen lényeges ujításokat hoz be. Így a 29-ik czikkelyben hatalmaskodási ügyekre nézve állandó törvényszéket rendez be Budán, a királyi személynök alatt. E törvényszéknek 6 »eszes, előkelő nemes« a tagja. Ily módon a bíróságot némileg különválasztja a király személyétől. Az uralkodót ugyanis folytonos elfoglaltsága hadjáratokban és béketárgyalásokban visszatartotta az igazságnak pontos és gyors szolgáltatásától.

Ez az elfoglaltság Mátyás uralkodása alatt nőttön nőtt. A belső zavarok sem szüntek meg egészen, és így

az újabb törvények, az 1462. és 1471-iki decretumok igen keveset változtattak a szinte már a nemzet vérébe átmenő jogtalanságon. Sőt a király, hogy veszedelmes bonyodalmaknak elejét vegye, mindig kénytelen volt megerősíteni a régi szokásokat és törvényeket, melyekhez a nemesség ragaszkodott. Ez az állapot pedig nem csupán a király tekintélyét rontotta, nem csupán az ország jólétét és biztosságát veszélyeztette, hanem ellenkezett Mátyás műveltségi és politikai eszméivel is. Azon korban, melyben a fejedelmi hatalom európaszerte már állandó és mindenkitől tisztelt jogi biztosságot kezdett teremteni, Magyarországon még teljes divatjában volt az ököljog.

Dicsősége és hatalma tetőpontján, Bécs elfoglalása után, szánta reá magát az igazságos király e nagy bajok orvoslására és állandó jogi rend megalapítására. Ellenmondástól a rendeknél akkor nem kellett tartania. »Hosszas távollétünk és elfoglaltságunk miatt«, így szól, »a gyilkosok, tolvajok, rablók, fosztogatók, hamisítók, gyújtogatók és hasonló gonosztevők nagy sokasága támad vala az országban. Úgy, hogy nem volt biztos az utas, nem a testvér testvérétől, nem a vendég gazdájától.« Törvényeinek, úgy az előszóban, mint a befejezésben, teljes változatlan érvényt akar biztosítani, úgy hogy azokat sem király, sem országgyűlés ne dönthesse meg soha.

Megszünteti a nádori törvényszéket és a proclamata congregatiokat, »hol hallatlan botrányok szoktak előfordulni.« Ellenben berendezi a rendes octavalis kir. törvényszéket, mely pontosan meghatározott terminusokban, a király távollétében is törvényt lát. Erdélyben és Szlavoniában is felállítja, amott a vajda, itt a bán főtörvényszékét. Eltörli a harmadik izben való idézést, »mely inkább volt visszaélés és rontás, mint törvény«, és megszünteti a párbaj által való itélkezést, mert: »az itélet e neme ez országon

kívül az egész világon hallatlan«. Párbajoknak ezentúl csak igen kevés, pontosan meghatározott esetekben lesz helye (18. cz.). Az ország birósági souverainitását igen szigorúan fenntartja a pápai székkel szemben is; keményen megtiltván, hogy dézsmaügyekben a római szék itéletéhez forduljanak. A tolvajok, rablók stb. fölötti itélkezést a megyei ispánokra bizza. A gyilkosokat feltétlenül halálos büntetéssel sújtja (51. cz.). A hűtleneket is keményen bünteti. De e czikkelyben (47.) érvényre jut a lovagiasság törvénye is. Ha a hűtelen egy barátjához menekül, az 12 napig büntetlenül magánál tarthatja és közbenjárhat érte a királynál.

Az új birósági szervezet a kir. biróságon kívül a megyei törvényszék erején alapul. Ennek tekintélyét és hatalmát mindenkép növeli a törvény, nagy birsággal sújtva a széksértőket. A végrehajtó hatalom a főispánnál van, ki maga választ maga mellé alispánt a megye nemesei közül. A megyei költségekhez (házi adó) az egyházi és világi főurak és nemesek is kötelesek hozzájárulni. Szigorú meghatározások biztosítják a tanácskozás rendjét és az erőszakoskodás kizárását a megyegyűléseken. És hogy a magyar jogi élet egy kinövése se maradjon orvosolatlan: még az ügyvédekre is van gond, hogy ügyfeleikkel többet törődjenek és túlságos sok pört ne vállaljanak.

A törvény végső czélja: jogállam felállítása, a tehetősebb, politikailag és katonailag figyelmezendő köznemességnek támogatásával az oligarchia erőszakossága ellenében.

Sem tartalma, sem a rendek ünnepélyes igérete nem mentette meg a törvényt attól, hogy Mátyás halála után azonnal a főurak haragjának áldozatául ne essék. Mégis jogi fejlődésünk alakulására nézve igen nagy a jelentősége, a mennyiben a megyei nemességnek a törvényes életbe való bevonása által útját egyengette annak a jogi felfogásnak,

mely a »Tripartitum«-ot megteremtette és lehetőleg végre is hajtotta.

A törvény mindjárt megjelent nyomtatásban is, azonfelül fennmaradt több egykorú kézirati példánya.

Mathiae Regis Decretum Sextum Anno Domini MCCCC. LXXXVI. editum.

Mathias Dei gratia, Ungariae, Boemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, ac Silesiae et Lucemburgensis Dux, Marchioque Moraviae et Lusatiae: Ad perpetuam rei memoriam. Decet Reges et Principes, qui superna dispositione supremae dignitatis specula constituuntur, non solum armis, verum etiam legibus esse decoratos, et bonorum stabiliumque potius institutorum rigore, quam absolutae potentiae vel damnandae abusionis severitate, populos subiectos, et simul imperii sui habenas moderari. Proinde ad universorum notitiam volumus pervenire: Quod postquam nos maximo et inexpectato Dei munere, ac eiusdem ineffabili incomprehensibilique providentia, ad hoc Regiae dignitatis fastigium (licet immeriti) sublimati fuimus, semper in animo volvimus, semper cogitavimus, et cordi semper habuimus, ut eas inordinationes, et perditas abusiones, quae in hoc Regno praedecessorum nostrorum Serenissimorum Dominorum Regum, et nostra etiam tempestate hactenus, potissimum vero in iudiciis fuerunt, abolere et extinguere, utque statuta et Decreta, ita salutaria, ita stabilia condere possemus, quae ad laudem et gloriam, imprimis Redemptoris Nostri ac deinde nostrum, ac totius Regni nostri honorem, salutem, commodum et tranquillitatem condita plane dignoscerentur: quaeque pro legibus et iure scripto perpetuo haberentur, nec unquam illa pro arbitrio varias, aut novas et contrarias leges, iniquam ferre liceret, prout hactenus, cuiuslibet novi Regis assumptione factum fuisse non est obscurum: Fecissemusque satis huic sancto proposito et desiderio nostro, nisi urgentissimis ipsius Regni nostri necessitatibus potissimum in orarum finiumque eiusdem rectificatione, simul etiam atrocissimorum hostium exterminatione, quibus Regnum ipsum refertum invenimus, praepediti fuissemus. Adeo quippe fines Regni, partim per Boemos,

partim Alemannos, partim Turcorum continuas incursiones, partim vero vicinas alias nationes et quidem omnes inimicas, distractae, occupataeque fuerunt, ut nil prorsus, praeter corpus Regni, et id quoque diversis, ut praefertur, hostibus refertum dilaceratumque restabat. Omnibus rebus effectum est, ut huiuscemodi salutare propositum, licet admodum necessarium, in aliud tempus differre simus coacti. Et maxime, quia sperabamus, quod postquam hostes praefatos, qui pluribus annis Regnum ipsum ferro et igne vastaverant, et qui illud, tanquam haereditarium, tenere posse iam non dubitabant (sic enim in illo pedem fixerant, ut iam connubia etiam facere, et affinitates cum Regnicolis contrahere caepissent) superaremus, pacem, otium et simul quietem e vestigio comparare, et eiuscemodi desiderium commodius complere possemus. Verumtamen, sive operatione inimici generis humani, qui bonis salutaribusque votis semper insidiatur, sive pravorum hominum suggestione, et ineffrenata dominandi libidine effectum est, ut spes et opinio nos in hac parte fefellerit. Nam postquam cum Dei auxilio hostes ipsos exterminavimus, et oras finesque Regni omni ex parte, gravissimis licet laboribus, expensis et multorum nostrorum caede, non modo rectificavimus, verum etiam plurimum undique extendimus et dilatavimus, iamque id quod cordi semper habuimus, complere molimur. Ecce Serenissimus Dominus Fridericus Romanorum Imperator, et Dux Austriae, etc. quem perinde ac patrem carissimum semper coluimus et observavimus, et cui omnibus in rebus gratificari studuimus, bellum nobis, sicut praemittitur, longis gravissimisque armis, fessis et exhaustis indixit, et continuo Regnum invasit, illudque gravi et irrecuperabili iactura, incendio, spolio, et diversis aliis execrandorum malorum generibus affecit. Quo factum est, ut rursus (licet inviti) arma capere, et nos Regnumque nostrum defendere, ac vim vi propulsare coacti simus; sicque sexennio huiusmodi bello vacare nos oportuerit. In quo quidem bello, eo deventum est, quod rebus nostris, Deo favente, et iustitiam, simulque iniuriam nostram ex alto prospiciente, non solum nos et Regnum nostrum, ab ipsa imperiali celsitudine, a qua sic provocati, sicque lacessiti fuimus, tutati sumus, verum etiam illum in Austria, patria scilicet sua haereditaria agentem adorsi, Viennam civitatem, celeberrimam et eius provinciae caput et solium, semestri fere obsidione cinctam, expugnavimus, et deinde maiorem eius totius provinciae partem

similiter subiugavimus, subiugassemusque et eius reliquias, nisi domesticis insolentiis et querelis revocati fuissemus. Sed dum his rebus vacamus, dum successus nostros urgemus, dum fortunam simulque victoriam prosequimur, magna interea propter longam absentiam et occupationem nostram, homicidarum, furum, latronum, praedonum, falsariorum, incendiariorum et similium sceleratorum oritur in regno multitudo, ita ut non viator, nec frater a fratre, nec hospes ab hospite tutus esset, propter quod et simul, ut tandem praefatum desiderium nostrum explere, tranquillitatique Regnicolarum, prout semper optavimus consulere possimus, in hoc Regnum Nostrum, ad cuius regimen divina, ut praemisimus, dispositione assumti sumus, frequenti Regnicolarum pulsati lamentatione descendimus, generalemque Dietam hic Budae celebrandam, cunctis Praelatis, Baronibus, Proceribus et aliis Nobilibus instituimus. Ubi cum eisdem una, caeterisque de quolibet Comitatu electis Nobilibus, et universum hoc Regnum repraesentantibus, ad laudem imprimis Dei et eius genetricis virginis Mariae, sanctorumque Regum, patronorum scilicet huius Regni, et deinde pro nostro, et totius Regni honore, salute, bono statu, utilitate, commodo et tranquillitate, in subscripta capitula et articulos, pro legibus et iure scripto perpetuo duraturos et observandos, pari et unanimi omnium voluntate, consilio et assensu convenimus et concordavimus. Quorum quidem capitulorum, sive articulorum primus est.

Art. I. Imprimis diffinitum et conclusum est: Quod iudicium generale sive Palatinale aboleatur, et a modo nullo unquam tempore celebretur: Sed tamen, ne per hoc malefactoribus male agendi data concessaque videatur licentia, ordinatum est: Quod si quando Comitatus aliquis a latronibus, furibus, homicidis, incendiariis, falsariis et aliis huiuscemodi flagitiosis, sentiret se molestari, et tales malefactores ibi multiplicari cognosceret: Regia Maiestas ad petitionem illius Comitatus annuere et eidem liberam concedere facultatem debebit, quod illos cum Comite exquirere et exterminare possit et valeat.

Art. II. Item quia in celebrationibus proclamatarum congregationum, plurimae enormitates, et inaudita scandala, pericula etiam inopinata ex improviso fieri solent. Ad tollendum igitur huiuscemodi periculosum, et extra hoc regnum inauditum iudicium, vel potius corruptelam, pari universorum Regnicolarum

voluntate, consilio et deliberatione, statutum est et diffinitum: Quod a modo, nullo unquam tempore, huiusce modi proclamatae congregationes celebrentur, sed penitus cessent et perpetuo abolitae sint et habeantur. Item conclusum est, quod etiam breves evocationes consimiliter cessent et aboleantur.

Art. III. Item quod singulis annis, nisi intercesserit legitima et gravis aliqua Regiae Maiestatis aut Regni necessitas, sive Regia Maiestas agat in Regno suo, sive non, celebrentur duae Octavae: videlicet, Sanctorum Georgii et Michaelis, ita videlicet, ut illarum celebratio, seu primus dies aut terminus, incipiat statim, vigesima die, post festa praefata. In quibus duo ad minus ex iudicibus ordinariis interesse debeant. Caeteri vero, si propter urgentes aliquas necessitates interesse nequeunt, vicegerentes eorum nihilominus interesse teneantur. Eorum autem loco, qui interesse non poterunt, Regia Maiestas alios, ex dominis Praelatis et Baronibus, substituere debeat: sine praesentia tamen praefatorum duorum Iudicium ordinariorum, Octavae ipsae non debeant, neque possint celebrari. Durent autem quousque necessarium videbitur. Item definitum est: Quod in Transsylvania, et Sclavonia similiter singulis annis duae aliae Octavae, videlicet, Epiphaniarum Domini et Sancti Jacobi celebrentur, et similiter vigesima die huiuscemodi festivitatum inchoentur et durent quousque necessarium videbitur.

Art. IV. Item quia finalis causarum decisio, potissimum vero in facto possessionario, per varios hinc inde terminos, variasque dilationes in longum serpere consuevit, adeo, ut interdum vix una hominis aetate finaliter causa aliqua terminari potest, propter quod partes laboribus et expensis vehementer gravantur, et nonnunquam ad extremam inopiam devenire coguntur. Quamobrem conclusum est, ut a modo universae causae, etiam in facto possessionum et iurium possessionariorum, coram quovis iudice deinceps movendae, absque omni prorogatione et dilatione, semotaque omni exceptione in quattuor Octavis finaliter terminentur.

Art. V. Item ordinatum est quod causantes, sive litigantes, in omni causa concordandi liberam habeant facultatem: iudex vero eos inhibere, neque pro pace, seu concordia, quicquam ab eis extorquere possit.

Art. IX. Item quia in quolibet comitatu Nobiles, qui caeteris et conditione, et facultatibus reperiuntur inferiores, pro Iudicibus

Nobilium eligi consueverunt, quo fit, ut plurimae levitates, timore, favore, et praemio per illos committuntur. Eam ob rem statutum est, prout etiam temporibus quondam Serenissimi domini Sigismundi Imperatoris, et aliorum Regum observatum fuisse plane constat, quod deinceps non tales, sed boni et digni, beneque possessionati Nobiles in quolibet Comitatu, ex residentibus eligantur. Quicunque vero sic electi, assumere onus illud recusaverint, in quinquaginta Marcis[1] immediate et irremissibiliter, per Comitem exigendis, convincantur eo facto. Qui quidem Iudices Nobilium, arma et sigilla cognoscibilia habere debeant et teneantur.

Art. XVIII. Item quia in Duellorum dimicatione, plurimae hinc inde fraudes committi possunt, raro enim illi, inter quos illud sit iudicium, per se decertant, sed pugiles[2] conducunt, qui nonnunquam dono, favore et promissis corrumpuntur, sicque partem suam, quantumvis iustam, quandoquidem non ipsimet decertare consueverunt, succumbere patiuntur. Quare statutum est: Quod a modo illud iudicii genus, extra hoc Regnum, in mundo inauditum, perpetuo aboleatur et in factis potentiariis, iuriumque possessionariorum, fieri nunquam debeat. Duellum siquidem tunc solummodo fieri deberet et ad hoc ordinatum extitit, quando omnis probatio deficeret. In factis vero potentiariis et possessionariis, partes probationes semper habent et etiam alioquin iudicium Duelli, ad Curiam Regiam militarem, et non ad sedem iudiciariam pertinet. Accedit, quod in iudiciis, personalis praesentia Regiae Maiestatis semper interesse, literas etiam sigillare debet; is vero ut plurimum spiritualis[3] esse consuevit. Intererunt praeterea, Archiepiscopi, Episcopi, et plures alii Spirituales, et idcirco non convenit, ut in sede iudiciaria Duellum decernatur. Proinde his et plurimis aliis bonis respectibus, rationalibusque ex causis, hoc iudicii genus, perpetuo aboleatur, et nunquam decernatur, nisi in causis, in quibus omnis probatio deficeret, ut: si solus a solo in itinere, nullo spectante, spoliaretur; quicquam alter alteri, sine alicuius testimonio commodaret; aut aliquid ad secretas aures diceret, et aliter neque spolium, neque creditum, neque etiam verba prolata probari possent, in quibus casibus huiuscemodi Duellum decerni quidem potest, non tamen in sede

[1] Egy márka négy forint.
[2] Bajvivó.
[3] Egyházi ember.

iudiciaria, sed in Curia militari Regiae Maiestatis: Ad illam siquidem (ut praefertur) et non ad sedem iudiciariam, eiuscemodi genus iudicii pertinere plane dignoscitur.

Art. XXXIX. Item quia de violentis, indebitisque colonorum sive rusticorum abductionibus, varii clamores, variaeque querelae, variae etiam lites et controversiae oriuntur. Proinde statutum est: Quod universi coloni ab uno anno, usque in praesentem diem festi Epiphaniarum Domini,[4] per quoscunque indebite et contra consuetudinem Regni abducti, ad requisitionem Comitis, eorum dominis restituantur. Si qui vero non reddiderint, in homagio coloni convincantur eo facto: Cuius medietatem Comes pro se, reliquam vero medietatem pro illo, cuius fuit colonus, exigere teneatur. Et hoc Comites in quolibet Comitatu, et in bonis quorumlibet exquirant et exequantur. Inprimis autem incipere debeant in Bonis Regiae Maiestatis, et illustrissimae Dominae Reginae: Deinde vero in aliorum bonis. Deinceps autem nemo aliorum Iobagiones violenter et contra consuetudinem Regni, sub poena sex marcarum, abducere praesumat: nemo etiam, sub eadem poena, Iobagiones suos, iuxta consuetudinem Regni abire volentes, aliqua excogitata calumnia retinere audeat: Ita quod pauperes liberam et manendi et discedendi habeant facultatem. Si quispiam autem causabitur, suos violenter et indebite abductos — Comes illius Comitatus cum electis Regiis, et aliis bonis hominibus discernat: et si querelam iustam agnoverit, abductos reddi faciat, et poenam praemissam a violento extorqueat. Si qui autem imposita calumnia, vel aliqua excogitata novitate suos retinuerint, puta, si tunc solummodo taxam ad eos imposuerint, quando illos abire velle cognoverint, vel longo tempore ante imposuerunt, et nondum exegerunt, et hoc maxime, ut illos hoc praetextu semper obnoxios allegare, et exinde retinere possent, in poena praemissa, hoc est, sex marcis per Comitem immediate et irremissibiliter exigendis eo facto convincantur. Taxam etiam extraordinariam si qui exigere volent, infra sexaginta dies exigant, alioquin postmodum taxa ipsa calumniosa intelligatur.

Art. XLIV. Item conclusum est, quod si qui Regnicolarum cuiuscunque status et conditionis existant, super decimis, cum

[4] Januarius 6-ika.

quibuscunque personis, et a quocunque tempore, in curia Romana hactenus litigassent, vel etiam in praesentiarum litigarent, causas ipsas a modo cessare ibi faciant, et usque ad primum diem mensis Maii, festum videlicet beatorum Philippi et Iacobi Apostolorum proxime venturum, ad hoc Regnum, in sede iudiciaria Regiae Maiestatis, discutiendas revocare teneantur. Ad quem quidem terminum, si qui revocare, et coram Regia Maiestate comparere neglexerint, ea ad partis conparentis instantiam, non obstante illorum contumatia vel absentia, quod iustum fuerit decernere, et causam ipsam finaliter terminare et tam de summa et damno capitali, quam etiam de expensis, sententiam ferre, atque eam debitae executioni, vigore praesentis Decreti, demandare debebit.

Art. XLVII. Conclusum est, quod nemo Regios infideles, ad Castra, munitiones, Civitates, vel alia loca sua acceptare, et ibi conservare, atque defendere audeat. Si quispiam tamen infidelium, ex confidentia, ad aliquem dominorum vel amicorum suorum confugeret, eum ille suscipere, et infra duodecim dies, sed non ulterius, apud se, et in domo sua, impune conservare possit. Et si ille, vel pro gratia obtinenda, vel ad ostendendam obedientiam, aut etiam innocentiam suam declarandam, venire ad Regiam Maiestatem voluerit, is eum secum una, si volet, ad suam Maiestatem, ubicunque fuerit, ducere, vel etiam cum literis et hominibus suis mittere, sub salvo conductu Regiae Maiestatis, qui omnibus talibus, vigore praesentis Decreti, exnunc datus et concessus intelligitur, libere valeat, libere etiam pro illo supplicare, laborare, et intercedere pro gratia possint. Verum tamen si gratia ipsa, a Maiestate sua impetrari et obtineri non poterit, rursus ad Castra, munitiones, civitates, oppida vel alia loca et bona sua, illum suscipere et admittere nullo modo audeat. Quod si qui forte aliter facere attentarent, huiusmodi Castrum, munitio, civitas, oppidum, possessio sive locus, ad quem scilicet talis infidelis acceptaretur, eo facto ad regium fiscum devolvatur, et exnunc devolutus intelligatur: De quo Regia Maiestas, vigore praesentis sanctionis liberam pro suo Arbitratu, disponendi habeat facultatem.

Art. LX. Item ordinatum est, quod Regia Maiestas, cum consilio et voluntate Praelatorum et Baronum suorum, debeat in quolibet Comitatu, aliquem Baronem vel alium notabilem et

bene possessionatum hominem, qui scilicet sufficiens et idoneus videbitur, in Comitem Parochialem praeficere, et illi[5] teneatur ex illo Comitatu, et non aliunde notabilem virum aliquem, pro Vicecomite vel Vicecomitibus eligere, qui omnes, iuxta subscriptam iuramenti formam, iuramentum, Comes coram Regia Maiestate, Vicecomites vero in ipso Comitatu, praestare teneantur.

Art. LXIV. Item quia ex Comitatibus saepenumero universitas Nobilium, interdum pro rebus totius Comitatus, interdum vero iussu Regiae Maiestatis, nuncios et electos Nobiles, ad Maiestatem Regiam mittere solet, nonnulli autem sunt, tam spirituales quam etiam saeculares domini, et item Nobiles, Abbates, Praepositi, Capitula et Conventus, qui instar aliorum, de bonis ipsorum expensas huiusmodi nuntiis et electis dare recusant, et se ab huiusmodi expensarum contributione penitus subtrahunt. Qua in re universitati Nobilium, et potissimum qui inferioris conditionis existunt, non mediocris iniuria inferri dignoscitur. Quare praesenti Decreto sancitum est: Quod a modo omnes et singuli, cuiuscunque status et conditionis possessionati homines existant; et in quocunque Comitatu constituantur, expensas per communitatem disponendas, de bonis et possessionibus suis, ad ratam sive sortem eorundem, in medium communitatis, semper persolvere, et persolvi facere debeant et teneantur. Demptis tamen illis Dominis, Praelatis, Baronibus, caeterisque possessionatis, qui tempore congregationis, ad Regiam Maiestatem nominatim et personaliter per literas vocabuntur; verumtamen alias, cum scilicet factum comitatus agitur, quilibet contribuere teneatur. Renitentes autem, Comes illius Comitatus etiam cum gravaminibus in talibus fieri solitis, hoc est onere trium marcarum levis ponderis, compellere debeat et teneatur.

Art. LXV. Item quia ad sedem iudicariam Nobilium quorumlibet Comitatuum, causantes, et nonnulli alii, qui sedem ipsam ingrediuntur, cum familiaribus et iobagionibus armatis, et quidem maiori quo possunt numero intrare, et caeteros armis, vel multitudine terrere solent. Quare tum ex eo, quod deinceps quilibet in eiuscemodi sedem iudiciariam, quiete, libere et sine omni metu, atque periculi suspicione intrare, et ibi honeste,

[5] Ezek szerint a király jelöli ki az alispánt is. De lehet, hogy az *illi* helyett *ille* olvasandó.

pacifice, et absque omni prorsus impedimento perseverare possit, tum vero, ne leges et iura inter arma silere videantur, conclusum est: Quod tam Nobiles, quam etiam eorum familiares et iobagiones, sedem iudiciariam ingressuri, arma omnia, cuiuscunque generis existant, in hospitiis deponere, et inermes in ipsam sedem ingredi debeant, ut ibi non armis, sed iure contendendum noscant. Transgessores vero si ignobiles fuerint, Comes eorundem arma auferat et insuper eosdem in ciponem ponat,[6] ibique duobus diebus, et totidem noctibus absque esu et potu detineat. Si vero Nobilis extiterit, modo simili arma auferat, et insuper unam marcam gravis ponderis, ab eodem extorqueat.

Art. LXVIII. Item quia de iudicibus ordinariis frequenter mentio fieri solet, et dubitatur a plurimis, qui sint et intelligantur iudices illi. Idcirco declaratur hic per expressum: Quod iudices ordinarii sunt, imprimis Palatinus, deinde Iudex curiae et postmodum Secretarius Cancellarius si praesens fuerit, sin autem non, Locumtenens, hoc est, qui sigillum iudiciale Regiae Maiestatis pro tempore tenet. Appellantur autem iudices ordinarii, quia quamlibet causam discutere, et ipsi soli, eorumque vices gerentes, ad sedem iudiciariam non vocati intrare, et etiam alios, si quos pro testimonio, aut alia re volent, advocare possunt. Isti autem subscripti, videlicet Magister Thavernicorum, magnus Seneschalcus,[7] Banus Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae, et Waiwoda Transsylvanus non censentur iudices ordinarii, et idcirco ad sedem iudiciariam Regiae Maiestatis, non vocati intrare non debent, neque tenentur, sed tamen, ex quo sunt iudices et officiales iurati, si quando sponte intrare voluerint, sive Regia Maiestas praesens fiat, sive non, admitti et locum honorificum semper habere debebunt. Quorum etiam Protonotarii et in iudiciis vicesgerentes, similiter admitti debebunt. Neminem tamen ad ipsam sedem iudiciariam, sine permissione et annuentia praedictorum trium iudicum ordinariorum, vocare poterunt. Hoc per expressum declarato: Quod praefati Iudices ordinarii etiam in absentia Regiae Maiestatis, sine istis aliis, omnia iudicia libere facere possunt. Ut autem iudicia cum honestate, gravitate, et maturitate, sine scilicet aliquo rumore, tumultu, strepitu et turbatione

[6] Cippus = czölöp, pellengér.
[7] Főudvarmester.

celebrari possint, statutum est: Quod fores domus iudicariae semper pateant, et nemo, nisi vocatus, intrare audeat. Alioquin transgressor, poenam alias superinde decretam, hoc est, centum aureorum incurrat, pro quibus statim capiatur, et in turri manca,[8] usque ad restitutionem teneatur.

Art. LXIX. Item solent Procuratores, lucri gratia, plurimarum personarum causas suscipere, et satis negleigenter ad earum defensionem attendere, nullumque casum facere, si quando eorum principales in birsagiis convincuntur: et hoc potissimum ex eo, quod antiqua consuetudine birsagia huiusmodi, tempore dumtaxat celebrationis iudiciorum generalium, extorqueri solebant. Cum vero eiuscemodi iudicia generalia, prout superius tactum est, abolita sint, et deinceps nunquam celebrentur: Idcirco ordinatum est, quod deinceps, nullus Procuratorum, plurium, quam quattuor decim personarum causas suscipere et supportare audeat. Ubi autem birsagiis convincentur, statim post finem litis et causae decisionem, de bonis et possessionibus sui principalis, tunc ad partem iudicis, quam etiam adversarii satisfiant.

[8] Csonka torony.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

A JAGELLÓK KORA.

Hazai források.

Bonfinii Antonii Rerum Ungaricarum decades quatuor cum dimidia. A nagy munka vége, a 4-ik decas 8-ik könyvétől végig, 1495-ig. Teljesen egykorú. II. Ulászló királynak kedvez, de azért Corvin János iránt sem igazságtalan. A külső bonyodalmak és a háborúk előadására nagyobb súlyt helyez mint a belső viszonyok rajzára. A tények megírásában hiteles; beszédei koholtak. A közlött oklevelek authentikusak.

Műve ezen részét először Sambucus (Zsámboki) adta ki 1568-ban. A legjobb kiadás a Bél Károlyé 1771.

Zsámboki (Sambucus János) Bonfini munkájához egy rövid »Appendix«-et csatolt, mely Ulászló haláláig terjed. Ezt csak a mellékelt szerződési oklevelek (az 1491. és 1515-iki családi szerződések) teszik értékessé. Épen ilyen a II. Lajosról szóló rövid elbeszélése is.

Ludovici Tuberonis Commentarii. Írója Ludovice Cervo 1455 körül született Ragusában; családja Cattaroból származott oda. Párisban tanult, hazatérve megházasodott, de nem sokára a benczés szerzetbe lépett. A Sz. György kolostor apátja volt, midőn őt a senatus a regusai egyházi vicariusának nevezte ki, az érsek mellé. 1527 juniusban halt meg. A történeten kívül mathematikával is foglalkozott. Sokoldalú műveltsége ép úgy visszatükröződik művében, mint politikai belátása és éles, néha nagyon is szigorú

itélete. Az I. könyv 6. részétől végig e kort tárgyalja. A történeti felfogást, az itélet helyességét és a stilus szépségét illetőleg Tubero első helyen áll összes humanista iróink között. Munkája becsét az is növeli, hogy igen bőven foglalkozik az olaszországi és a török történetekkel is. A mű 1522-ig terjed; Bali bég betörésével végződik. A magyar viszonyokat igen behatóan ismerteti, nagyon kikel a főpapok kapzsisága és fényűzése ellen. A mohácsi vész előtti társadalomnak ő adja legigazabb rajzát. Teljesen egykorú. Először kiadta Cravelius Adalarius, frankfurti rector 1603-ban, másodszor megjelent Schwandtner gyűjteményében II. 118—381.

Stephani Taurini Olomucensis Stavromachia, a Dózsalázadás elbeszélése hexameterekben, Brandenburgi György őrgrófnak ajánlva. A szerző, a morva születésü Stieröchsl, az erdélyi püspök helyettese, Gyulafejérvárott írta művét, mely Bakács római megbizásától Székely (Dózsa) pokolba szállásáig adja elő az eseményeket. Sokkal inkább krónikás, mint költő; csak a szereplők szájába adott beszédekben, a bevezetésben és a befejezésben engedi szárnyalni képzeletét, különben meglehetős hiven követi az események folyamát. Először Bécsben jelent meg, 1519., másodszor Engel adta ki, Monumenta Ungrica 111—184. l.

Georgii Sirmiensis (Szerémi György) Epistola de perdicione regni Hungarorum. A szerző, előbb II. Lajos, aztán Szapolyay János udvari káplánja, teljesen egykorú (szül. 1480 körül), de munkáját úgy látszik csak János király halála után írta és pedig Bécsben, hol még öreg korában látogatta az egyetemet. Az Ulászló és Lajos alatt történtekről aránylag csak röviden emlékezik meg. Főszempont előtte a török előrenyomulás megmagyarázása. Egészen műveletlen; nyelve a legbarbarabb latinság, melybe számos magyar szót és szólást vegyít. Nem is annyira krónikás, mint

a köznép felfogásának, regélésének megörökítője. Paraszt származásu, de azért dühöng Dózsa György ellen; a nagy családból származók előtt meghunyászkodik, de Bakács Tamásnak nem birja megbocsátani paraszt eredetét. Legértékesebb részei: a budai udvar nyomoruságáról és a mohácsi vészt megelőző tanácskozásokról szóló fejezetek.

Kiadta Venzel Gusztáv, a Monum. Hung. Scriptores I. kötetében, 1856. Szádeczky Lajos e kiadás számos hibáját mutatta ki a Bécsben levő XVI. századi kézirat alapján.

Stephani Broderithii (Broderics István szerémi püspök és királyi kanczellár): De conflictu Hungarorum cum Turcis ad Mohácz verissima historia. A mohácsi hadjárat és a katastropha leírása szemtanutól, ki már állásánál fogva is teljesen ismerte a szereplőket és részt vett a tanácskozásokban. Bővítése azon jelentésnek, melyet írója már 1526. szept. 10-én küldött a pápához és melyben »egy szerencsétlen ország nyomorult kanczellárjának« mondja magát. Az előadásba beszövi Magyarország leírását. Komoly, tárgyilagos, hiteles író.

Megjelent először Krakóban, 1527. Azután kiadta Zsámboki Bonfini művének függeléke gyanánt.

Külföldi források.

Olivier de la Marche Mémoires. Ez a burgundi lovag, előbb Vakmerő Károly, aztán Miksa szolgálatában állott és 1471-től fogva írta emlékiratait. (Szül. 1426., mh. 1502.) Röviden elbeszéli Miksa király 1490-iki hadjáratát Magyarországon és Székes-Fejérvár ostromát és bevételét. Mém. II. k., 15. fej. Buchon kiadásában (Choix de Chroniques et mémoires sur l'histoire de France) 595—596.

De Bretagne fegyverhirnök jelentése Candalei Anna utazásáról Magyarországba, 1502. A fegyverhirnök e jelen-

tést a franczia királynő részére írta. A párisi nemzeti könyvtárban maradt fenn, szép, czimerekkel ékes kéziratban, melyből kiadtam a Történ. Tár XXIII. k. 97—113. lap. A munka legfontosabb része Budának és Pestnek, különösen pedig a kir. várnak és kincseinek leírása. A könyvtárról igen fontos adatokat közöl. Teljesen egykorú, amennyiben szerzője még Budán írta 1502. decz. 16-án.

Herberstein Sigmund báró, Raittung und Antzeigen meines Lebens etc. Herberstein, urait, Miksa és V. Károly császárokat és Ferdinand királyt különösen mint követ szolgálta. Bejárta egész Európát, oroszországi útjának leírása egyik legfontosabb kútfő ez ország akkori állapotára nézve, Magyarországon 1520., 1523., 1525. és 1531., 1532., 1533., 1534., 1537., 1538., 1540., 1541. járt, a mely évben Szulejman császár táborában is megfordult. Nagyon megbizható író, ki azonban többnyire csak útjának külső körülményeit jegyzi fel. Csak 1541-iki útjáról szóló jelentése terjeszkedik ki bővebben. Kiadta Kovachich M. G. Sammlung kleiner noch ungedruckter Stücke 111—275.

XIII.

II. ULÁSZLÓ VÁLASZTÁSI FELTÉTELEI.

Oly nagy volt a fegyelem, mely alá Mátyás rendjeit különösen 1486-iki törvénye által vetette, az az áldozat, melyet a közügy érdekében és saját hatalma növelésére tőlük követelt, hogy csupán hosszas uralma, vagy hasonló elvek után induló erélyes utód biztosíthatta volna rendszerének fennmaradását, vérré válását. Természetes, hogy halálával, törvényes fiutóda nem lévén, megdőlt csaknem minden alkotása. Utódjául is azt választották, ki leggyöngébb volt, Ulászlót. És ha a nemzeti hagyomány már magában is megkövetelte, hogy külföldi uralkodónak erősen megkössék a kezét, mint ezt Albert példájából láttuk, ez a megkötés sokszorta jobban sikerült oly fejedelemmel szemben, kinek fogalma sem volt királyi méltóságról, hatalomról és annak gyakorlásáról.

Igy Ulászlónak királylyá fogadása alkotmányos tekintetben korszakot jelölt történetünkben. Megkezdődik vele az, hogy a király már megkoronázása előtt ünnepélyes biztosító levelet ad ki, mintegy választási capitulatiót. Igy a magyar korona betöltésénél az a szokás jut uralomra, mely addig csak a szent római birodalomban dívott, hol egyrészt a kir. méltóság és czím kiválósága csábított mindenkit a terhes feltételek elfogadására, másrészt pedig a fejedelmek már oly hatalmasak voltak, hogy a legerélyesebb császár sem bírta többé a kir. jog alapjait megváltoztatni.

Világos, hogy nálunk mások voltak a viszonyok. A külső viszonyok és a belső béke érdeke egyaránt megkövetelték, hogy a király hatalmas legyen, és az oligarchia hatalma még nem gyökerezett törvényben, sőt, mint Mátyás példája bizonyította, még épen nem állott szilárdan. De azon főpapok és urak előtt, kik Ulászlót megválasztották, nem az ország érdeke döntött, hanem a saját hasznuk és kiváltságuk öregbítése.

Az előzetes szerződésnek, melyet Ulászlónak a birodalomba léptekor kötöttek, Farkashidán, 1490 julius 31-én, a feltételei természet szerint három részre oszlanak. Először is biztosítani kell az országot a külföldi befolyással szemben. Másodszor, mivel az uralkodó egyuttal Csehországnak is királya, gondoskodni kellett azon tartományok közjogi állása felől, melyeket Mátyás épen a cseh koronától elszakított. Végre harmadszor, az uralomra jutott párt azonnal megradta az alkalmat Mátyás művének megtagadására s lerontására és a saját erősen megnövesztett kiváltságainak az új uralkodó által való biztosítására.

I. Ide vonatkozik az ország és összes rendjei szabadságának és kiváltságainak megerősítése. Különösen éles a tiltakozás minden újítás ellen és Mátyás emlékének megalázása, mint a ki ilyen újításokat a szabadságok kárára behozott. A király köteles arra, hogy ezeket az újításokat, és különösen az egy forintos adót eltörölje. (2. cz.) A koronát az országban, Visegrádon fogja őriztetni (4.) Maga is ideje nagyobb részét Magyarországon tölti és míg itt van, tisztán magyar udvartartással és tanácscsal veszi magát körül (8—9). Magyar ügyekben csak magyar tanácsát hallgatja meg (10). Egyházi s világi hivatalokra csak született magyarokat nevez ki. (11—12). Jószágokat sem adományoz külföldieknek csak idegeneknek (13). Az országos törvényszéket megerősíti és perek menetébe nem avat-

kozik. (14.) Itt is erős a tiltakozás Mátyás ellen. Senkit sem bánt, puszta besúgás alapján személyében, birtokában, vagy jogában. (15.) A pénzt nem változtatja; ha pedig szükséges lesz a változás, azt csak a főpapok és bárók tanácsával rendeli el. Végre, előre is kötelezi magát arra, hogy mindent elfogad, mit a rendek koronázása előtt, az ország szabadsága és java érdekében törvénybe iktatnak.

Kivéve a Mátyás elleni kifakadásokat a feltételek megfeleltek az ország érdekének és az Albert idejében követett hagyománynak. Jellemző, hogy a nádorságról már nincs szó. Ez a tisztség ugyanis azon félszázad alatt, különösen az 1485-iki czikkelyek által, annyira megizmosodott, hogy hatáskörének vagy rendi jellemének kiemelésére többé nem volt szükség.

II. Mátyás hódításait illetőleg a szerződés az 1478 szept. 30-án kötött egyezség alapján áll, mely egyezséget a két király 1479 jul. 21-én Olmützben tartott összejövetelök alkalmával, ünnepélyesen megerősítette. E szerint Morva, Szilézia, Lusatia és a hat város mindaddig a magyar királyé marad, míg 400.000 arany váltságot nem fizetnek értök. Az 5. cz. szerint a király, mindaddig, míg a kiváltás meg nem történik, e tartományokat a magyar koronától el nem idegeníti. Ha kifizetik az összeget, azt Visegrádon a korona őrzői veszik át, és a király nem rendelkezhetik felőle a főpapok és bárók tanácsa nélkül. Hasonló igéretet tesz a király Mátyás másik hódítását, Ausztriát illetőleg. Megvédi azt a római császár ellen (6. cz.) és ha váltságot fizetnek érte, azt is a főpapok és urak tanácsa szerint az ország hasznára fordítja (7. cz.) Tudjuk, hogy Ausztria még az évben elveszett, és a cseh tartományok is minden váltság nélkül szakadtak el.

III. Az egész szerződésen végig vonul az a felfogás, hogy azt csakis a főpapok és főurak kötik a királylyal

és így természetes, hogy az övék annak egész haszna. Magyarországot a királylyal szemben ők képviselik. Csakis róluk van szó mint a koronának és a megszállott tartományokért várható kincseknek őrzőiről. (4. 5. 7.) Az a megállapítás, hogy a Mátyás és a királyné által lefoglalt birtokokat vissza kell adni, kétségtelenül az ő érdekökben történik. A királyi tanácsban mindig kizárólag csak e két főrendről van szó. Ez annyira megy, hogy a köznemes, *nobilis* csak egyetlenegyszer fordul elő, a városok mellett, midőn a kiváltságok általános megerősítéséről van szó. Midőn a leendő törvényhozásról van szó. (18. cz.) szintén csak praelatusok és bárók szerepelnek, a nemesi rend teljes megvetéssel oda van dobva a birodalom többi lakosai közé.

Igy ezen választási feltételek igazi programmjául tekinthetők a Jagellók szerencsétlen uralkodásának. A király tehetetlenségén kívül csirában meg van már bennök az egyházi és világi aristokratia mindenhatósága. És mivel Mátyás műve még sem volt teljesen megdönthető, meg van benne már az ellentét a királyi tanács és a köznemesség közt, melyből azon kor nagy alkotmányos küzdelmei származtak.

Az oklevél eredetije meg van az országos levéltárban.

Confirmatio Iurium, consuetudinum et libertatum regni, ac conditiones suscepti regiminis Uladislai regis.

1. Quod, cum his diebus superioribus, serenissimus princeps quondam dominus Matthias rex Hungariae et Bohemiae, bonae memoriae, ab hac luce absque haeredis legitimi solatio [1] decessisset; domini praelati et barones, caeterique primores et universi incolae regni eiusdem, ad quos scilicet jus eligendi novum regem, ex vetustissima regni ipsius libertate et consuetudine devolutum

[1] Corvin János nem volt törvényes örökös.

exstiterat,[2] animadvertentes se principe orbatos esse, nec posse commode, et sine regni gravi detrimento diutius capite carere, post plures tractatus — oculos mentis ipsorum in nos conjecerunt et caeteris omnibus principibus christianis[3] — nos praetulerunt, sibique cum infrascriptis conditionibus, pactis et articulis, in regem, dominumque et principem elegerunt. — Quorum quidem articulorum primus est:

2. Quod regnum Hungariae, cum caeteris regnis, provinciisque sibi subjectis, dominosque praelatos et barones, omnes ecclesias, ecclesiasticasque personas ac nobiles et civitates, nec non caeteros incolas et inhabitatores ~~ipsius~~ regni, conservabimus in antiquis iuribus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus et consuetudinibus approbatis, in quibus scilicet per divos quondam reges conservati, quibusque gavisi et usi fuerunt, ita, quod nullas prorsus novitates (quemadmodum praefatus quondam dominus Matthias rex fecerat) in eorundem detrimentum et oppressionem ac contra hujuscemodi antiquas libertates, ipsorum, introducamus. Introductas vero per ipsum quondam ser. dom. Matthiam regem aboleamus, contributionem autem unius floreni, nulla ratione exigamus, sed antiquis, justis, ordinariis et consuetis proventibus regalibus contenti esse debeamus.

3. Item, quod bona et alia quaecunque iura aliorum, per praefatum dominum Matthiam regem et reginalem Maiestatem,[4] ac etiam per alios quoscunque male et praeter viam iuris occupata, visis et examinatis iuribus talium: remittamus et faciamus etiam per alios remitti, his quorum exstiterunt.

4. Item, quod coronam regni, de manibus dominorum praelatorum et baronum nulla ex causa, vel quaesito colore, nulla etiam industria vel arte auferamus, sed permittamus et patiamur, quod iuxta veterem consuetudinem ac libertatem ipsorum, certi de eorum medio per ipsos unanimiter ad hoc eligendi et deputandi, illam teneant et conservent. Quodque castrum Wyssegradiense, pro conservatione ipsius coronae ab antiquo deputatum, ad manus

[2] A nemzet királyválasztó jogának elismerése mellett, e jog erősítése végett, annak kijelentése, hogy az ős időktől fogva megillette a rendeket.

[3] Vetélytársai, Corvin Jánoson kivül Miksa római király és Albert lengyel herczeg.

[4] Beatrix.

ipsorum conservatorum ejusdem coronae, dari et assignari faciiamus.[5]

5. Item promittimus, quod Moraviam, nec non Silesiam et Lusatiam utrasque, a corona et regno Hungariae non alienabimus, sed infra tempus redemptionis, juxta inscriptiones et obligationes, alias in diaeta Olomucensi factas,[6] ad ipsam coronam Hungariae semper tenebimus. — Si vero successu temporum praefata dominia a corona et regno Hungariae per illos, quibus juxta inscriptiones et obligationes superinde factas competit, redimerentur: ex tunc totam illam summam pecuniae ad manus conservatorum coronae ad Wyssegrad, penes coronam, pro regni necessitate conservandam assignemus, tandemque ad defensionem et utilitatem regni, iuxta voluntatem et consilium dominorum praelatorum et baronum exponamus et convertamus, et de ipsa pecunia, praeter voluntatem et consilium et liberum, expressumque consensum eorundem dominorum praelatorum et baronum, nulla ratione disponamus quidpiam, vel agamus.

6. Item, quod ex quo praefatus quondam Dominus (Matthias) rex, Austriam et nonnulla castra et civitates in Styria, Carinthia et Carniolia, thesauro regni Hungariae acquisivit — ob hoc promittimus et nos obligamus; quod Austriam ipsam et caetera loca Caesareae Majestati, aut Seren. domino Romanorum regi;[7] vel eorum haeredibus, absque speciali et expresso consensu et libera voluntate dominorum praelatorum et baronum, nunquam restituamus, sed teneamus ad coronam Hungariae, defendamusque, nec aliqua mundi via ab Hungaria alienemus.

7. Item, quod cum dictis maiestatibus, absque consilio, consensu, et libera expressaque voluntate eorundem dominorum et baronum superinde non concordemus. —

8. Item, quod pro maiori parte in Hungaria maneamus, ut commodius faciliusque regni necessitatibus consulere et providere

[5] Először 1464-ben a II. t.-cz.-ben rendelkeznek a korona őrzéséről, midőn nagy áldozatokkal visszaszerezték a nemzeti kincset. Annak kikerülésére, hogy a korona ismét idegen kézre jusson, a király gondoskodni fog alkalmas egyénekről, kik azt a megszokott helyen, tehát Visegrádon őrzik. De a koronaőrök választása újítás.

[6] Olmützi egyezség Mátyás és Ulászló között 1479. jul. 21.

[7] Fridrik császár és Miksa király.

possimus. Cum autem, causa requirente, exire voluerimus, regnum illud bono ordine atque dispositione relinquamus.

9. Item, quod dum in Hungaria manebimus, consiliarios, cancellarios, thesaurarium, cubicularios, dapiferum, pincernam, comites camerarum et generaliter omnes officiales, maiores et minores, Hungaros teneamus at habeamus.

10. Item, quando de rebus et negotiis regni Hungariae, aut partium sibi subjectarum agetur, non cum aliis, praeterquam cum hungaris consiliariis tractemus et consultemus, et alios forenses, aliasque nationes ad talem consultationem, taleque consilium non admittemus.

11. Item, quod beneficia ecclesiastica, praesertim vero archiepiscopatus, episcopatus, abbatias, praeposituras, caeterasque praelaturas, nonnisi Hungaris, vel qui sunt coronae ab antiquo subjecti, absque expresso consensu et libera ac spontanea voluntate dominorum praelatorum et baronum, regnique consiliariorum conferre valeamus; conferamus autem personis probitate ac virtutibus bene meritis.

12. Item, quod Waywodatum Transylvanensem et comitatum Siculorum ac Themesiensem, Posoniensem, praeterea banatum Sclavoniae, Dalmatiae et Croatiae, nec non Zewriniensem, Nandor Albensem et de Iajcza, aliaque loca et castra finitima, nec non civitates regales, non aliis quam hungaris pro officiolatu dare et conferre valeamus, bene meritis.

13. Item, possessiones et iura possessionaria, non forensibus, sed bene meritis, incolis tamen regni et coronae Hungariae subjectis, iuxta eorum merita et obsequia, conferamus.

14. Item, quod in celebratione octavarum, judices regni Hungariae ordinarii personaliter intersint. — Ipsi autem et eorum vicesgerentes et coassessores, liberam, plenam et omnimodam habeant facultatem, omnibus causantibus, cujuscunque status et conditionis seu dignitatis existant, absque omni timore, meram et sinceram, iuxta regni antiquam et approbatam consuetudinem, justitiam administrandi. Et quod neminem judicum compellamus vel adstringamus in favorem alicuius, consuetudines et communem observantiam, ac juris ordinem immutare, seu perturbare, vel prout in novo decreto fuerit expressum.[8]

[8] A »novum decretum« az 1486-iki törvény, mely természetesen leginkább szemét szúrta a kiváltságos rendeknek.

15. Item, quod ad simplicem querelam vel sinistram suggestionem, neminem regnicolarum nostrorum, cuiuscunque status seu conditionis existat, in persona, possessionibus, seu quibuscunque rebus, aliquomodo, praeter viam juris et partibus non auditis, impediamus.

17. Item, quod moneta praesens ad tempus non mutetur, quando vero mutari deberet, hoc fiat cum consilio praelatorum et baronum, et non aliter.

18. Item, quod quidquid domini praelati et barones, cum caeteris incolis regni Hungariae, pari voto et communi deliberatione, pro libertate et tranquilla quiete, atque conservatione eiusdem regni, usque tempus coronationis conceperint, conscripserint et concluserint, more ab antiquo consueto, et semper observato, quod regni decretum appellatur; teneamur literis efficacibus acceptare et approbare, quemadmodum alii reges, praedecessores nostri, ex laudabili et approbata consuetudine regni semper fecerunt; quodque semper observemus et per omnes alios observari faciemus.

20. Nos itaque Uladislaus rex, considerantes singularem illam devotionem et affectionem praefatorum praelatorum et baronum, caeterorumque regnicolarum, quam erga nos in eiuscemodi electione habuerint; volentes eisdem aliqualem gratitudinem nostram ostendere, et alioquin animadvertentes praemissam ipsorum ordinationem ac deliberationem, iustam et honestam esse; praeinsertos articulos, et omnia in eis contenta, laudavimus, approbavimus et ratificavimus. Promittimusque in verbo nostro regio et fide nostra Christiana mediante, et sub honore nostro, quod eosdem articulos, in omnibus eorum clausulis et punctis, semper, inviolabiliter et absque omni immutatione observabimus, et tam per reginalem majestatem, quam omnes alios nobis subjectos, simili modo faciemus observari. Harum nostrarum, quibus sigillum nostrum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum in castris exercitus nostri, prope villam Farkashida, sabbato proximo ante festum ad vincula sancti Petri apostoli, anno domini 1490: regnorum nostrorum, Hungariae anno primo, Bohemiae vero decimo nono.

XIV.

AZ ALKOTMÁNYOS BIZTOSÍTÉKOK MEGSZERZÉSE II. ULÁSZLÓ KORÁBAN. 1498. ÉS 1504., 1505.

II. Ulászló kormánya alatt megújult az összeütközés a főurak és a köznemesség közt, mely Albrecht király ideje óta fő mozgatója volt a magyar alkotmányos életnek. A köznemesség vezéreinek, Zoby Mihálynak, majd Verbőczy Istvánnak az volt főigyekezetök, hogy rendjök bejusson a király tanácsába és a főbiróságba, és így részt vegyen az ország kormányában. Ennek keresztülvitelére nem állott rendelkezésökre más eszköz, mint az országgyűlés. Lehető szigorú intézkedésekkel kellett tehát kényszeríteni a kisebb nemességet arra, hogy évenkint összegyüljön a Rákos mezején és ott vesse latba a főurakkal és az azokkal tartó királylyal szemben számának súlyát. Másrészt épen a köznemesség érdeke követelte, hogy a diéta lehető rövid ideig tartson, legfölebb két hétig, mert különben könnyen támadhat a pártban bomlás és a költség is távozásra kényszeríti a szegényebb nemeseket. E czélt szolgálja az 1498. 1. t.-cz.

Más irányban az országgyűlés, és nevezetesen a köznemesség a 2. cz. által közvetlen befolyást nyer a biráskodásra, amennyiben 16 tagja belép az octavalis törvényszékbe. A kir. curia ily módon változik át valóban országos rendi törvényszékké.

Ez a küzdelem igen izgatottá tette a diéták tárgyalásait, úgy hogy azok gyakran eredmény nélkül végződtek, és a legfontosabb ügyek, így az adó megszavazása is, függőben maradtak. A magyar diéta ily körülmények közt ragadja magához a régi parlamentek legkiválóbb jogát; azt, hogy egyenes megszavazása nélkül adót behajtani nem lehet. Az országos megszavazás hiánya nem jogosítja fel az egyeseket, hogy kedvkeresésből megadják az adót, sőt az ilyeneket az 1504. 1. t.-cz. a legkeményebb büntetésekkel sújtja. Épen a kimért büntetés nagysága mutatja, mennyire tartottak e téren a törvény megszegésétől. Másrészt a lucrum camerae, az egyetlen akkori rendes adó, mint a mely a királynak egyszer s mindenkorra meg van szavazva, kivétetett a rendek ilyetén intézkedése alól. A magyar országgyűlés adómegszavazó joga ilyenformán olyanná fejlődött, minő az angolé volt I. Jakab és I. Károly korában.

E törvényt mindig az alkotmány egyik legfőbb biztosítékának tartották. Igen sűrűn hivatkoztak reá, így különösen az 1825-iki országgyűlésen. A magyar büntető törvénykönyv szerkesztésekor, 1843-ban, egy igen tekintélyes kisebbség, élén Deák Ferenczczel, külön véleményben azt követelte, hogy a decretum szabványait vegyék be az új törvénybe is.

Közjogi tekintetben legfőbb biztosítéknak látszott az: ha mindig magyar vérből lesz a király. A köznemesség alkotmányos küzdelme természet szerint feleleventette a Hunyadyak korának traditióit. Mátyás, kinek művét halála után vállvetve szétrombolták, most erejének és igazságosságának teljes fényében ragyogott. A király gyöngesége és az egyre növekedő török veszedelem a hazafias párthoz csatolta azon főpapokat és főurakat is, kikben az önzés és pártoskodás nem homályosította el teljesen a haza-

szeretetet. A Jagellók örökösödési szerződései a Habsburgokkal, melyek a rendeknél mindenkor nagy ellenállásra találtak, beláthatatlan időre lehetetlenné tehették, hogy ismét nemzeti király jusson a trónra. Ulászlónak akkor még nem volt fia — maga beteges — Miksa uralkodása tehát szinte kikerülhetetlennek látszott. A rendek sorában pedig már feltünik, mint lehető trónkövetelő, az ifjú Szapolyay János.

Csak a nemzet erélyes elhatározása akadályozhatta meg a trónnak idegen — német — kézre jutását. Ez az elhatározás nyilvánul az 1505-iki hires rákosi végzésben. Ezt a nemzet előkelői, a nádoron és az érsekeken kezdve elfogadták és megpecsételték. Szerkesztésében valószinüleg része volt Verbőczy István itélőmesternek, ki az aláírók közt is szerepel. Régóta szokásban volt már, hogy a magyar urak és nemesek confoederatiót alkossanak bizonyos politikai czél kivivására, de ily hatalmas szövetkezés, a nagy czélnak megfelelő, addig nem fordult elő. A résztvevők e legerősebb erkölcsi kötelékekkel kötötték le magokat és utódaikat a szerződés megtartására. Becsület, emberség elvesztése, nemtelen sorsra sülyedés fenyegette azt, ki a végzéstől eláll, vagy társait cserben hagyja. De épen a büntetések ezen súlyos volta bizonyítja, hogy magok sem igen biztak e határozatok végrehajtásában.

Törvényerőre e végzés soha sem emelkedett; a király nem szentesítette. Sok aláírója, még a nádor is, csakhamar elállott tőle. Mégis nagy volt a történeti jelentősége. Ferdinánddal szemben jogi alapot nyújtott a Szapolyay-pártnak.

Nem hagyhatjuk említés nélkül, hogy az a történeti elmélkedés, mely szerint magyar uralkodók alatt mindig hatalmas volt ez ország, idegen vérből valók alatt pedig lehanyatlott, épen nem állja ki a próbát. Nagy Lajost a

hazai királyok közé sorolja a végzés, de sem róla, sem Mátyásról, nem szól annyit, mint II. Endréről, ki igazában, mint tudjuk, leggyöngébb királyainkhoz tartozott. Sz. Istvánt és Lászlót nem is említi. Az arany bulla megalkotójának ez a kiemelése, valamint Kálmán kihagyása, kit a Tripartitumban is hiában keresünk a nagy törvényhozók között, valószinüvé teszik, hogy Verbőczy munkája áll ebben is előttünk. Szinte bizonyossággá válik e feltevés, ha hozzávetjük, hogy ugyanez az országgyűlés Verbőczy részére országos ajándékot szavazott meg, minden kapu után két denárt.

Kiadták: Pray Annales IV., Katona XVIII. kötet. Eredetije, az aláírók pecsétjeivel, megvan a bécsi cs. udv. levéltárban. Kiadásunk ezen alapul.

1498-iki Decretum.

Art. 1. Quod amodo, infra quatuor annorum spatia, post immediate consequenter affutura, singulis annis ad festum S. Georgii Martyris universis Regnicolis tam scilicet Praelatis, quam Baronibus ceterisque Nobilibus et possessionatis hominibus, per Regiam Maiestatem in campo Rakos, una congregatio generalis indicetur et celebretur.

Celebratio autem huiusmodi congregationis in quindecim diebus expleatur.

Elapsis autem ipsis quatuor annis, deinceps futuris semper successivis temporibus, singulo tertio anno ipsa Congregatio Generalis, modo praemisso celebretur.

Si qui autem dominorum Praelatorum et Baronum vel aliorum Regnicolarum, ad primum diem ipsius Congregationis venire et illic infra ipsos 15 dies perseverare nollet; talis, si fuerit Praelatus vel Baro, in ducentis Marcis gravis ponderis, 800 florenos auri facientibus; si autem potiores Nobiles vel mediocres vel inferiores fuerint, in centum Marcis, 400 florenos auri facientibus per Regiam Maiestatem irremissibiliter exigendis, condemnentur.

Artic. 2. Quod singulis annis duae octavae magnae et integrae, videlicet Sanctorum Georgii martyris et Michaelis Archangeli

et similiter duae breves, videlicet Epiphaniarum Domini et festi B. Jacobi apostoli, in hoc Regno celebrentur.

In his autem iudiciis omnibus, ultra iudices ordinarios etiam ex dominis Praelatis 2, et ex dominis Baronibus totidem et ex Regnicolis 16 Nobiles potiores et praestantiores huius regni, Iurisperiti, illi videlicet qui sapientia praesunt, ex omnibus quatuor partibus regni, per Regiam Maiestatem et Regnum eligantur qui semper in iudiciis decernendis interesse debebunt.

1504-iki Decretum.

Articulus 1. Quoniam saepenumero fieri solet, quod Regnicolae de Diaetis et Conventionibus eorum Generalibus confuso fine discedant, qui postquam ad propriam remeabunt, et a sese separantur, alter alterius intentionem et propositum non perpendentes, plerique dominorum et comitatuum, proprio motu aut aliorum suggestu, interdum etiam privato pro lucro, contributionem aliquam seu subsidium Regiae Maiestati eorum de medio offerunt.

Quo considerato caeteri comitatus in se divisi, huiusmodi oblationi alii consentiunt alii vero contradicunt, et sic seditione, tumultuque ac dissensione iuter eos suborta, unus in alium diffamatorie tanquam libertatis Regni turbatorem invehitur.

Quo fit, ut pax et concordia amorisque dilectio inter eos nusquam habeatur, Regia Maiestas etiam tam multoties in eorum medium mittere solet, ut saepe lucrum seu fructum quam exinde speraret, solis in expensis nuncii vel dicatoris consumant.

Ad exstinguendum igitur et evellendum huiusmodi periculum, conclusum inprimis est: Quod si temporum in processo adeo gravis necessitas et periculum Regno huic immineret, ut secus fieri non posset, nisi Diaeta Generalis per Regiam Maiestatem ad campum Rákos, locum scilicet consuetum, indiceretur: Extunc, si quid subsidii seu contributionis ad evitandum et propellendum huiusmodi Regni periculum Regiae Maiestati illuc offerretur aut praestaretur, communi dominorum Praelatorum, Baronum ac coeterorum regni Nobilium consensu offeratur et praestetur, nemoque se a solutione huiusmodi subsidii vel contributionis retrahere et praecavere possit.

Si quipiam vero Comitatus motu proprio et non de con-

sensu et voluntate totius Regni, extra scilicet Conventiones Regnicolarum Generales, contributionem aliquam, seu quodcunque subsidium (praeter solitum lucrum camerae) contra videlicet antiquam regni libertatem, regiae Maiestati quovis modo et quovis colore exquisito offerrent aut praestarent: extunc Universitas nobilium eiusmodi comitatus universaliter, in poena fidefragii seu perjurii, amissioneque honoris et humanitatis convicta et condemnata, et a consortio ceterorum nobilium regni relegata et segregata habeatur eo facto.

1505-iki rákosi határozat.

Nos Thomas, tituli S. Martini in montibus Sacrosancte Romane Ecclesie presbyter Cardinalis, Strigoniensis et Gregorius de Frangapanibus Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi (következik a többi aláíró) Comitatuum, predicti Regni Hungarie Nobiles, Proceresque et Primores eiusdem Regni universi, in presenti Dieta et Convencione nostra generali in campo Rakos, de mandato prefati Domini nostri Wladislai Regis pro festo beati Michaelis Archangeli proxime preterito celebrata constituti, et existentes. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis: Quod cum nihil in terris sit aut fiat Deo acceptius vel nature humane accommodacius, quam communi patrie, universorumque hominum coetui, quam optime, quamque studiosissime consulere, omnesque conatus, curas, solerciam, omne denique studium et industriam in usum et salutem ipsius patrie et gentis sue refere *(sic)*, quoque ipsa salva sit et incolumis, presencia pariter et impendencia exactius vigilanciusque intueri, et universa discrimina, in qua illa ex incuria et desidia conservatorum eiusdem facile incidere posset, ita propulsare, ut in tuto et tranquillo collocata et stabilita ex omni parte esse videatur. Sane igitur nos in animo nostro semper revolventes, gravem illam et prope exiciosam huius Inclyti Regni Hungarie desolacionem atque indigenciam, volentes more optimorum Regnicolarum et patrie nostre amatorum atque conservatorum eiuscemodi desolacioni atque extreme mine eiusdem maturius consulere, plures hinc inde Dietas, magnas etiam et inexplicabiles labores, fatigas et expensas in ea ipsa re hucusque fecimus. Et licet aliqua sint per hec tempora multis et variis curis et labori-

bus reformata et rectificata, tamen unum hoc precipuum comperimus, per quod hoc ipsum Regnum nostrum vehementer dilaceratum debilitatumque et ad hanc turpem desolacionem et in omnibus suis membris deformitatem exstitit redactum. Quod videlicet hoc ipsum Regnum sepenumero ab alienigenis et forensibus Dominis et Regibus exstitit gubernatum; quorum temporibus si preterita commemorare liceret aut opus esset, facile appareret, Regnum hoc nunquam maius detrimentum, nunquam maius periculum et desolacionem subiisse, quam tunc, quum sub forensi dominio et non sui linguagii fuit tentum et gubernatum. Hi etenim forenses privatis rebus eorum intenti, priusquam mores et consuetudines huius Scythice gentis (que sicuti Regnum hoc cum maxima sanguinis sui effusione et fratrum suorum ingenti cede acquisivit, ita ferro et armis modo quoque tutare solet) didicissent, semper ocio pocius et quieti, quam armis incubuerunt. Quo factum est, ut Rama, Servia, Gallicia, Lodomeria, Bulgaria, Dalmaciaque et alia quam plurima fortalicia per eorum incuriam ab hoc Regno sunt alienata, adeo, ut dilaceratis extremitatibus verendum nobis sit, ne hostiles impetus jam etiam ad interiora se convertant. Que minime acta fuisse arbitramur, si hec gens Hungarica, natalis soli dulcedine allecta, non de exteris Nacionibus, sed de gente sua quempiam Regem idoneum pro se elegisset. Nam ut Serenissimorum Andree Secundi, Patris utputa Regis Bele quarti ac Lodovici et Mathie aliorumque divorum Hungarie Regum acta preclaraque gesta (quibus gentem hanc Scythicam non solum claram magnificamque nomine et gloria reddiderunt, sed et famam ipsius totum orbem terrarum longe lateque diffusam ad ethera usque extulerunt) brevitatis racione pretereamus, nullus eorum, qui de stirpe Hungarie nacionis ad regale fastigium sublimatus fuisse dinoscitur, dispendium, sed pocius augmentum et utilitatem Regni attulit, e contra vero, qui extera nacione extiterunt, non solum huic Regno periculo fuere, verum etiam ut hostes interdum sevissimi intra viscera Regni crudeliter grassati, probro maximo gentem hanc affecerunt, Huic igitur et tanto malo, nostroque omnium supremo dispendio volentes iam tandem occurrere; ne si modernum graciosissimum dominum nostrum dominum Wladislaum Regem Hungarie et Bohemie etc. qui nos in omni gracia et libertate non modo graciose rexit et conservavit, sed etiam plures libertates nostras reformavit, ab hac luce

absque heredibus masculinis decedere contingat, nos et hoc Regnum in maiori discrimine permaneant, et ne quisquam forensium Principum Regnum istud violenter usurpet, neque in servitutem perpetuam redigat. Maxime etiam et precipue ea racione inducti, quo per totum orbem nulla dinoscitur nacio seu gens, que non de gente et sanguine atque nacione sua Regem et Dominum sibi eligeret. Ne igitur hoc Regnum, quod antemurale clypeusque Christianitatis existit, et magna sua et suorum cede semper Christianitatem defendit, minus et quodammodo infelicius aliis esse videatur, sancimus et unanimiter omnes a minore ad maximum et a maximo ad minorem statuimus et ordinamus: Quod a modo deinceps quociescunque et quandocunque hoc Regnum Principe et Rege orbabitur, nullique heredes masculi de Iure atque consuetudine eiusdem Regni succedere debentes superstites remanserint, extunc de cetero in perpetuum nullum penitus exterarum nacionum cuiuscunque lingagii in Regem nostrum eligemus; sed tantummodo Hungarum ad hoc officium Regiminis aptum et idoneum, parili voto et unanimi consensu et voluntate in campo duntaxat Rakos et non alibi, pro Domino et Rege nostro assumemus, eligereque et assumere ac acceptare debeamus. Quoniam autem exstant nonnulli Principes et Reges vicini qui ad hoc regnum pro se vindicandum quotidie anhelant, qui post obitum prefati Serenissimi nostri Regis, siquidem absque heredibus masculis, quod Deus avertat, decederet, vel etiam eo in humanis agente hoc Regnum vel partes et membra sua armis impetere aut agredi, ipsumque et nos omnes vi forsitan et armis subiugare sibi conarentur; ne igitur in tali casu hoc ipsum Regnum, partesque eiusdem et maxime' fratres et amici nostri in confinibus existentes, per eosdem, hoc Regnum preter nostram unanimem electionem et contra huiusmodi Statutum nostrum seu etiam alias qualitercunque occupare et ipsis appropriare volentes, opprimantur: promisimus et iuravimus, promittimusque et iuramus in nostris ac heredum successorum nostrorum nominibus et personis, omnes stipulata manu, nos 'Prelati ad nostre conciencie puritatem, nos vero Barones, Proceres et Nobiles praefati ad fidem nostram Christianam atque honorem et humanitatem nostram, quod in tali casu nullus alterum derelinquet, sed alter alteri secundum limitacionem superinde factam cum gentibus suis, iuxta contenta generalis Decreti nostri conservare debeant, et dum

opus erit, maiori eciam potentia qua poterit, semper et quidem in tempore fideliter succurrere, imo si necessarium fuerit, totum hoc Regnum, et consequenter nos omnes per singula capita insurgere, talique hosti occurrere, et pro ipsa patria nostra usque ad mortem decertare teneamur. Nec interim ullo pacto cessare debeamus, donec et quousque nos a tali hoste in libertatem vendicabimus et Regnum hoc ab illius impeticione seu infestacione Dei auxilio liberabimus et in tranquillitatem priorem reponemus. Si qui vero nostrum, contrarium premissorum facere presumerent, tales perpetui infideles Regni habeantur, quibus neque Maiestas Regia de novo constituta, et nec totum ipsum Regnum graciam facere possit, sed iugo perpetue servitutis et rusticitatis subjecti, reatus ipsorum poenam luant sine fine; harum nostrarum (quas nos Prelati et Barones appensione sigillorum nostrorum sub veris armis nostris, nos vero Proceres et Nobiles prefati sigillis prelibatorum Dominorum Emerici de Peren, Comitis et Palatini, ac Comitis Petri, Iudicis Curie Regie et Wajvode Transylvaniensis authenticis communiri fecimus) vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in campo Rakos predicto, quintodecimo die Congregationis nostre generalis antedicte. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinto.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Rákos leirása (Kovachich: Sammlung. 109. l.)

Sunst abern Ist gar Schene Ordnung In allen dem geschehenn das man noch trayd Noch gerstenn die da auff dem feldt nahent bey dem tabor umb und umb gebesdt kaynnen schaden haben than Noch In gensen noch hienerun die fray allenthalb umb Sein gangen Nitt geladiget haben. Wein und pratt und Kasthannen flaysch und Rind flaysch Hinern und Gens allerlay Obst und haber genueg vorhanden Ist gebesdt und Ein jeder hatt das Seinig Mugen verkauffen wie er hatt wellenn.

Der Rakosch Ist gebesdt tzwischen den zwayen Hattwann In frayem feldt Mit schranken umb zogen, Und hat gehabt tzway tor auszerhalb der Schranken. Sein gebest zu Ros Und zw Fues Aus Einer Iglichen Warmegdie die haben gehiett das kain Aufruer Nitt Soldt geschehen da hatt man auch Zygainner peschtelt etc.

XV.

A HABSBURGHÁZ ÖRÖKÖSÖDÉSI SZERZŐDÉSEI. 1463., 1491., 1506.

A német fejedelmek közt, a XIV. század óta, nagy szokásban volt a kölcsönös családi szerződések (Erbverbrüderung) kötése, melyek az egyik fél családja kihalása esetén a másik fél családjának biztosították az örökhagyó országainak birtokát. Ilyen szerződésre lépett Zsigmond király 1402 augusztus 16-án IV. Albrecht, Vilmos és Erneszt ausztriai herczegekkel. Ezt a szerződést Pozsonyban 1402 szept. 21-én elfogadták némely rendek is, egyúttal Albrechtet jelölvén meg trónörökösnek. (Fejér C. D. VIII. 452. l. X. IV. 140. l.)

Zsigmond halála után a rendek elismerték leányának, Erzsébetnek örökösödési jogát és melléje férjét, Albrecht herczeget választották királynak. Szerencsés egyesítése volt ez az örökös jog elismerésének a választás elvével. Szintúgy elismerte, előbb a nemzetnek egy része, aztán az egész, az árván született V. Lászlót királyául. De V. László halálával a Habsburgok uralma megszakadt, és a nemzet, Mátyás trónra emelésével, teljes szabadon gyakorolta királyválasztási jogát.

Mátyás ellenében a főurak jelentékeny része 1459 elején III. Fridrik császárt választotta meg királynak, kinek kezén volt még a korona. A párt csakhamar felbomlott ugyan, de Fridrik; jellemének egész makacsságával, ragaszkodott vélt jogához. A török veszedelem, még inkább

tán az a szándék, hogy III. Fridrik után, kinek fia akkor még csak négy éves volt, római császár lehessen: megalkuvásra bírták a hatalmas magyar királyt. A pápa közbenjárásával Sopronban, 1463 júl. 19-én létrejött békében Mátyás Fridriket atyjául, ez őt fiául fogadja, Fridrik míg él, viseli a magyar kir. czímet és ha Mátyás törvényes fiutódok nélkül hal meg, Magyarország Fridrikre, vagy utódaira száll. Ezek közt azonban az ország azt választja majd királynak, ki neki tetszik. A későbbi történetek, különösen Corvin János trónkövetelése szempontjából említésre méltó, hogy a szerződés első tervezetében csak általában »figyermek«-ről van szó (Katona XIV. 505) és csak a végleges szerződésnél járult ehhez a »törvényes« jelző.

Az 1463-iki szerződést igen jól kiadta Kollár, az Ursinus Velius editiójához való függelékben (204—208. l.). Egybe vetettem a bécsi cs. udv. levéltárban levő eredeti pecsétes oklevelet is.

Az 1477-ben újra kitört háború természetesen véget vetett a szerződés érvényének. Mátyás halála után a nemzet nem ismerte el királyának sem Fridriket, sem Miksát. Miksa azonban fegyverrel érvényesítette jogát és a királynak megválasztott Ulászló 1491. nov. 7-én Pozsonyban kénytelen volt, törvényes fiutódok nélkül való meghalálozása esetén, elismerni Miksának és fiutódainak örökös jogát. Viszont a leendő király köteles idejének nagyobb részét az országban tölteni, a birodalom védelméről gondoskodni és bejövetele előtt a birodalomnak és lakosainak jogait és szabadságait megerősíteni.

E szerződést mindjárt akkor kiadták nyomtatásban is. Eredetije a bécsi udv. levéltárban. Ezen alapul Kollár kiadása (i. h. 238—260. l.).

A főurak és városok nagy része külön oklevelekben hozzájárult a szerződéshez. A bécsi cs. udv. levéltárban

őrzött ez oklevelek közt nevezetes a horvát-tót rendeké, élükön Egerváry László bánnal, melyben kimondják, hogy »a horvát és szlavon királyságok és mi mindnyájan a magyar birodalomnak és koronának vagyunk régtől fogva alávetve. Ezért Magyarország főpapjai, bárói, ispánjai, előkelői és nemesei példájára elfogadjuk az említett békét.« (Kiadta a többi oklevéllel együtt: Fr. Firnhaber, Beiträge zur Geschichte Ungerns 1490—1526). A budai országgyűlés, a köznemesség nagy zúgolódása és ellenmondása ellenére is, 1492 márcz. 7-én elfogadta e szerződést.

Ennek megtartása mindenkorra útját állja a Szapolyayak nagyratörő terveinek. 1504 óta Szapolyay János, kihez a köznemesség csatlakozott, meg akarja bontatni az egyességet. E törekvésnek eredménye a híres 1505-iki rákosi végzés (ld. előbb).

Miksa újabban is hadi erővel készült érvényesíteni családjának jogát. Szövetségesre talált magában Ulászlóban és nejében, Candalei Annában, kik dynastikus szempontból nagy súlyt helyeztek a Habsburgokkal való megegyezésre és sógorságra. Az alkudozások eredményre vezettek. Miksa kötelezte magát, hogy a magyar kir. pár leányát unokája, Ferdinánd, veszi nőül, még azon esetben is, ha az akkor jó reményben levő királyné fiút szül.

Az erre vonatkozó 1506 márcz. 20-án kelt oklevelet, melyet Ulászló és Anna is megerősítettek, a bécsi udv. levéltárban másoltam le.

Befejezésre ezen tárgyalások az 1515-iki kettős házassági szerződésben jutottak, melyben Miksa arra kötelezi magát, hogy unokája elveszi Anna magyar királyleányt. Lajos magyar királyfi pedig vegye nőül az ő leányunokáját. Azon esetben, ha unokái közül egyik sem kötné meg a házasságot, ő maga, az akkor 56 éves nagyapa, veszi nőül az akkor 11 éves gyermekleányt.

Soproni szerződés 1463.

Tabulae pacis et concordiae, inter Imp. Fridericum III. Mathiam Corvinum et ipsum adeo Hungariae Regnum constitutae, quemadmodum videlicet ab Oratoribus Regis, et Regni Ordinum scripto consignatae, et eidem Imp. Friderico fuerunt traditae. Dat. Sopronii d. 19. Julii, An. 1463.

Nos Stephanus dei et Apostolice Sedis gracia Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopus Locique eiusdem Colocensis Comes perpetuus,[1] Johannes eadem gracia Episcopus Waradiensis,[2] Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsilvanus ac Machouiensis et Regni Sclavonie Banus, Comes Ladislaus de Palocz Iudex Curie Regie et Emericus de Zapolya Summus Tezaurarius Regius et Capitaneus partium superiorum Regni Hungarie. Recognoscimus et Notum facimus tenore presencium vniuersis. Cum alias occasione differenciarum et controversiarum inter Serenissimum Principem et dominum dominum Fridericum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regem ac Austrie Stirie Karinthie et Carniole etc. ducem, dominum nostrum graciosissimum ex vna, et Inclitum Regnum Hungarie Prelatosque Barones Nobiles Proceres Incolas et Inhabitatores eiusdem Regni partibus ex altera subortarum et vertencium ad nonnullos Articulos et Capitula pacis et concordie deuentum fuerit, — — — Item quia prefatus dominus noster Imperator, bonis et honestis respectibus hucusque titulo et nomine Regio Regni Hungarie usus est, deliberatum est et conclusum, quod eadem sua Maiestas Imperialis huiusmodi titulo regio a prelatis Baronibus Nobilibus Proceribus et aliis Regnicolis Regni Hungarie, inantea libere et quiete in eorum litteris et vbilibet honorata et decorata quoad uixerit remaneat et Rex dicti Regni Hungarie ac aliorum Regnorum eidem Regno coherencium nominari et vocari et eo titulo vti et frui possit et valeat, impedimento, contradiccione et turbacione Regis pro tempore, dominorumque et Inhabitatorum ipsius Regni prorsus amotis. Item ut Respublica et felix sancte Romane Ecclesie christianeque religionis, status augeri et promoveri, eo salubrius et vtilius possit, prefatus dominus noster Gloriosissimus

[1] Várday István kir. kanczellár.
[2] Vitéz János.

Imperator, Serenissimum dominum nostrum Mathiam Regem, dominum nostrum graciossissimum, pro filio suo adoptiuo habebit, et paterne amplectetur, et impresenciarum in filium recipit et adoptat eique et Regno Amiciciam fauores et promociones paternas inantea faciet, eundemque dominum nostrum Regem Mathiam filium suum nominabit, Et in recognicionem tante clemencie que multis respectibus a sua sublimitate Cesarea eidem domino nostro Regi Mathie ad honorem et commoda cedet, vt digna vicissitudine gratitudinis debite se erga suam Imperialem Maiestatem exhibeat, conclusum est, Quod idem dominus noster Rex Mathias, adoptiuus filius sue Serenitatis, prefatum dominum Imperatorem exaduerso quoad uixerit, pro patre honorare reputare, nominare, scribere et tenere debeat. Annuendo Quod Idem dominus noster Rex Mathias prefatum dominum nostrum Imperatorem patrem et Regem nominet, honoret, reputet, et eidem patri et Regi Hungarie scribat. Insuper dominum nostrum Regem Mathiam ac Prelatos Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores dicti Regni Hungarie, atque Nos, ipsumque Regnum supradictos, vigore mandati nobis traditi, obligamus et astringimus per presentes ad seruandam inconcusse, perpetuo, cum eodem domino nostro Romanorum Imperatore et Heredibus Terrisque et dominiis suis pacem Inuiolabilem, Ligis et inscripcionibus incontrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, Immo sublatis eisdem et consilia auxilia et subsidia sue Imperiali Celsitudini necnon Serenissimo Principi domino Maximiliano sue Imperialis Maiestatis filio, cunctis in adversis contra quoscunque tociens quociens fuerit opportunum, Sanctissimo domino nostro papa, Sede Apostolica et sancta Romana Ecclesia dumtaxat exceptis, efficaciter pro posse danda facienda et prosequenda ad sue Maiestatis Imperatorie et prefati filii sui requisicionem prefatorum, Regni Hungarie et Regis pro tempore expensis, dum tamen in expedicione generali contra Turcos in hoc non fuerimus prepediti ac irracionabili mora et contradiccione quibusuis in hiis omnino cessantibus, libertatibus dicti Regni in aliis semper saluis. Ob quod Imperatoria Maiestas grata vicissitudine, fauoribus et promocionibus dictum dominum nostrum Regem Mathiam et Regni Hungarie bonum statum signanter contra Turcum et infideles Christi hostes apud Sanctissimum dominum nostrum Summum pontificem, Sedem Apostolicam, Principes Sacri Romani Imperii et alias vbi opportunum

fuerit sincere promovere et si premissis tamen, signanter ad causam Castrorum vtsupra ordinatis,[3] semper saluis, aliqua parcium siue domini aut eorum subditi vtrimque inter se alter ad alterum querelas aut peticiones quascunque habere pretenderint, illas prout de Iure et non aliter prosequi debebunt, quorum occasione Iusticia ad conquerencium requisicionem expedite erit administranda. Item ad finem quod sincera affectio prefati domini nostri Imperatoris, quam ad dictum dominum nostrum Mathiam Regem filium sue Imperialis Maiestatis et pretactum Regnum Hungarie gerit, amplius ab omnibus cognosci valeat, sua Imperialis Celsitudo, Nobis supradictis Stephano Archiepiscopo Johanni Episcopo, Nicolao Wayuode,[4] Comiti Ladislao de Palocz et Emerico[5] Tesaurario, Sacram Coronam ipsius Regni Hungarie, sue Maiestati per condam Serenissimam dominam Elizabeth Reginam vnacum Serenissimo olim bone memorie Rege Ladislao ad fideles manus assignatam et hucusque fideliter tentam et custoditam, ne ad alienas manus illam deuenire contingeret, Oppidumque Soproniense nomine dicti domini nostri Mathie Regis et ipsius Regni Hungarie graciose assignauit, et omnem obligacionem super eodem remisit. Item ad maiorem solidacionem paterni amoris et in retribucionem clementissime affeccionis ipsius domini nostri Imperatoris, ad dominum nostrum Mathiam Regem et ipsum Regnum Hungarie, Quodque Imperialis Maiestas eo prompcior ad ipsius Regni commodo et boni status incrementa accuracius promouenda alliciatur, Deliberatum et conclusum est, Quod vacante Regno Hungarie, filiis seu nepotibus legitimis, ex prefati domini nostri Regis Mathie lumbis procreatis non extantibus, sua Imperialis Maiestas aut filius sue Cesaree sublimitatis quem ad hoc deputandum duxerit et post sue Serenitatis decessum filius eiusdem sue Maiestatis quem reliquerit, aut si plures fuerint relicti, alter ex istis quem Regnum ipsum preelegerit, in Regem ipsi Regno Hungarie preficiatur cum plena eiusdem Regni administracione. Item Si, vt prefertur, prefatum regnum Hungarie vacauerit, provideri debet per Prelatos Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores eiusdem Regni quod Imperialis Maiestas

[3] A császárnak a szerződés szerint átengedett várak : Fraknó és Kabold.
[4] Ujlaky.
[5] Szapolyay.

aut filius eius, vt premittitur, consilio et potenti auxilio eiusdem Regni Hungarie vt moris est coronetur et in administracione plena Regni in pace recognoscatur, et efficaciter pro Rege teneatur, Item concordatum et conclusum est Quod omnes Iniurie differencie dissensiones impeticiones quecunque et acciones inter partes ipsas etiam occasione felicis reminiscencie Regis Ladislai ac alias quomodolibet suborte et partibus ipsis ex quacunque causa competentes, quoad se et heredes ac successores eorum penitus remisse et extincte esse debent, omnisque indignacio et displicencie quas prefati Serenissimi principes dominus Fridericus Imperator et dominus Mathias Rex contra quoscunque Prelatos Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores dicti Regni ac alios Ecclesiasticos et seculares racione adhesionis ipsis dominis vtrimque hincinde factis concepte, infuturum minime vlciscantur, neque via facti neque. Iuris Sed similiter remisse et extincte esse debent. Pollicentes promittentes et obligantes Nos sub honore nostro et fide christiana acturos facturos et cooperaturos realiter et cum effectu, quod Idem dominus noster Rex Mathias ac Prelati Barones Proceres et Nobiles eiusdem Regni Hungarie atque nos, omnia et singula premissa, per ipsos et nos agenda et facienda ante Coronacionem dicti domini nostri Regis Mathie quantocius et post huiusmodi Coronacionem infra duos menses eandem Coronacionem inmediate sequentes, Sigillis et litteris pociorum dicti Regni Hungarie atque nostris autenticis firmabimus roborabimus atque renouabimus, prosequemurque implebimus et faciemus et rata et firma habebimus, firmabunt roborabunt atque renovabunt prosequunturque implebunt et facient ac rata et firma habebunt, Confirmacionesque opportunas super premissis nunc a prefato Sanctissimi domini nostre pape in hac causa Conmissarii et nichilominus expost eciam a sanctitate sua et sede Apostolica ex certa sciencia petemus ac petent, et eisdem stabimus atque parebimus stabuntque et parebunt, Dolo et fraude in hiis omnibus cessantibus quibuscunque. In cuius rei testimonium Nos Stephanus Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopus, Locique eiusdem Colocensis Comes perpetuus, Johannes Episcopus Waradiensis Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsilvanus ac Machouensis et Regni Sclavonie Banus, Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Regie et Emericus de Zapolya Summus Tezaurarius Regius et Capitaneus partium superiorum Regni Hungarie pre-

fati, Sigilla nostra presentibus fecimus appendi. Datum Sopronij feria tercia proxima ante festum Beate Marie Magdalene (19. Julii) Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo tercio.

1491-iki pozsonyi szerződés.

Nos Thomas Episcopus Ecclesie Jauriensis [1] etc. Regius Cancellarius in Hungaria, Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Regie, et Wayuoda Transsilvanus, Johannes Schellenberg, Regni Bohemie Cancellarius, Ladislaus Orzag de Gwth, Agazonum, Alter Ladislaus de Rozgon Cubiculariorum Regiorum Magistri, Benessius Waithmüllner, Burggrauius in Karlstein et Magister Monetarum in montibus Kuthnis, Wilhelmus Pamkircher de Zalonok, et Johannes de Rwpow Magister Curie Regni Bohemie, pro Serenissimo Principe et domino domino Wladislao Hungarie, Bohemie, Dalmacie Croacie ect. Rege, Marchione Morauie, ac Silesie et Lucemburgensi Duce ect. domino nostro gratiosissimo, et prefato Regno Hungarie, Nuncij et Oratores specialiter deputati, Recognoscimus et Notum facimus tenore presencium universis, quod ad tollendas et prorsus extinguendas hostilitates, guerras, Differencias, et dissensiones, Inter Serenissimos et invictissimos Principes et dominos, dominos Fridericum Imperatorem, et Maximilianum Regem Romanorum semper Augustos etc. ac Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Reges, eorumque terras, Principatus, dominia, subditos et incolas ex una, Et Serenissimum condam dominum Mathiam Hungarie et Bohemie Regem etc. consequenterque Serenissimum Principem et dominum, dominum Wladislaum Hungarie et Bohemie Regem etc. ac Inclytum Regnum Hungarie, Regna, principatus, et dominia, illi pertinencia, eorundemque subditos et Incolas, partibus ex altera, dudum exortas, Et occasione Juris, quod idem dominus Maximilianus Rex, ad ipsum Regnum Hungarie, vigore cuiusdam Inscripcionis habere dinoscitur, post ipsius domini Mathie Regis mortem, usque in haec tempora nostra, continuatas, suffulti plenaria et omnimoda Auctoritate, facultate, et potestate prefati Serenissimi et graciosissimi domini nostri Wladislai Regis, prout in litteris Mandati nostri, nobis desuper dati clare contineri dinoscitur, — — — in

[1] Bakács Tamás.

vnum convenientes, et inter prefatos principes, necnon Regna, et dominia, atque subditos eorum, pacis materiam diu longeque tractantes, tandem post diuturnos et inexhaustos labores, diuina aspirante clemencia, et communi et vnanimi consensu ac concordia, cum prefatis Oratoribus, pro quiete et tranquillitate dictorum principatuum et dominorum, tum et vniuerse Christiane Religionis consolacione, huiusmodi bella, guerras, dissensiones et differencias, presencium tenore sopiuimus et prorsus extinximus, sub modo et forma articulorum infrascriptorum, ad quos deuenimus. Eosque in virtute prefati Mandati nostri conclusimus, in hunc qui sequitur modum.

Primo conuenimus, Quod Serenissimus dominus Wladislaus Rex, deinceps, pro vero et indubitato Hungarie Rege maneat, Regnumque ipsum, etiam in heredes suos masculos legittimos, ex lumbis suis procreatos, sub condicionibus infrascriptis, transmittatur et deuolvatur, Quodque inter prefatos Romanorum Imperatorem et utrosque Reges, eorum Regna, principatus, Terras, dominia, subditos, Incolas et inhabitatores eorundem, Hinc in antea, firma atque perpetua sit et maneat pax, unio, et concordia, ac quicquid hactenus, ab initio belli huius, a tempore prefati condam Regis Mathie, usque in hanc horam, Preda, captiuitate, homicidio, exustione, aut quacunque alia vi bellica, inter hec dominia, subditos, habitatores, Stipendiarios, et ministros, commissum est, jd vniuersaliter abolitum sit, et perpetuo extinctum, Et Principes ipsi, Amicicia, beneuolencia, et fauore se mutuo complectantur, Precipue vero Cesarea et Regia Romanorum Maiestates, Ipsum dominum Regem Wladislaum, uti suarum Maiestatum Consanguineum, Regnique sui Hungarie Statum, apud Sanctissimum dominum nostrum summum Pontificem, Sedem Apostolicam, Principes Sacri Romani Imperii, et alias ubi opus fuerit, presertim in facto defensionis prefati Regni, ab incursione et vastacione nepharie gentis Thurcorum sincere promoueant, et faueant eisdem, Vicissim quoque ipse dominus Wladislaus Rex et Regnum, prenominatis Romanorum Imperatori et Regi, omni studio, Consilio et fauore adesse debeant, statum et dignitatem eorum, pro posse suo adiuuando et ampliando.[1]

Item conclusum est, Quod omnia ablata in hoc Bello, preter

[1] V. ö. a soproni szerződést.

bona mobilia, que ut fit illico distrahuntur, ad quorumque restitutionem, nemo presentis tenore cogatur, Principibus et ipsorum subditos moderacionibus et condicionibus sequentibus restituantur. — — — Item ipse dominus Wladislaus Rex et vniuersum Regnum, veteres illas inscripciones super Successione factas, Ratificare, confirmare, et renouare teneantur, Ita videlicet, quod si ipsum dominum Wladislaum Regem heredem masculum non contingat suscipere, aut susceptum vita fungi, nullo herede masculo per lineam rectam descendente post eum relicto, Regnum ipsum cum universis alijs Regnis Provincijs et dominiis ad coronam Regni Hungarie Spectantibus, in Ipsam Regiam Romanorum Maiestatem, aut eius Heredes, per lineam rectam ex lumbis suis descendentes, devolutum intelligatur ipso facto.

Item, quo Regia Romanorum Maiestas, de huiusmodi Successione magis assecuretur, Conclusum est, Quod dominus Wladislaus Rex, huius rei ac aliorum negociorum Regni gracia, cicius ut fieri potest, dietam indicat, de cuius tempore dominos Consiliarios Cesaree aut Regie Maiestatum, Vienne existentes auizabit tempestiue. Ad quam conuocet Prelatos, Barones, Ciuitates, et alios status Regni pociores, in maiori ut pro temporis huius breuitate fieri potest numero, ubi et Romanorum Regis Oratores adesse debebunt. Qui prelati, Barones, Ciuitates et alij status Regni, illic comparentes, hunc presentem tractatum solenniter acceptabunt, ac omnes et singuli, sese pro Heredibus et successoribus suis, litteris patentibus inscribent, in hanc sentenciam: si dominum Wladislaum Regem, liberis masculis, ex lumbis suis legittime procreatis, non relictis, aut eisdem relictis, et sine Heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, Quod in tali casu, ipsum Maximilianum Romanorum Regem, aut eo non existente, aliquem ex filijs suis, aut his non existentibus, eorum descendentibus, quem eligendum duxerint, pro suo legittimo et indubitato Rege acceptabunt, ad possessionem Regni, absque omni difficultate venire permittent, in possessionem Regni inducent, et illi vti Regi et domino suo, debita obsequia prestabunt, hancque Sentenciam, publice et Sollenniter in eadem congregacione, Romanorum Regi, in prefatorum Regis Romanorum Oratorum presencia, iurabunt.

Item, Quoniam multi fortassis quorum interest aut interesse debebit, in hoc congregacione non comparebunt, et ipsius

negocij magnitudo expostulat, vt hec presens concordia, omnium auribus immittatur, Conclusum est, vt hoc et aliarum Regni necessitatum gracia, dominus Rex Wladislaus, alteram dietam Generalem, ad festa Penthecostes, proxime ventura, vel circa in aliquo insigni loco seu Civitate Regni indicat, vbi similiter Oratores Romanorum Regis adesse debebunt, In qua conuocatis omnibus Incolis tocius Regni, et dominiorum illi pertinencium, hunc tractatum et vnionem, vniuersaliter publicari, et ab vniuerso populo, Romanorum Regem, aut suos heredes, casu quo ipse dominus Wladislaus Rex, sine legittima prole masculina superstite, mortem obiret, in futurum Hungarie Regem acceptari faciat, Et si qui illic comparentes in priori congregacione visi non fuerint, Illic prenominatum Juramentum publice, modo quo supra dictum est, prestare, et litteras confitentes itidem, quod generales ille littere inprima congregacione recognouerunt, roborare debebunt.

Item Conclusum est, Quod huiusmodi litterarum Roboracio et Juramentum, deinceps de persona in personam descendat, tam diu quousque talis casus de succedendo Romanorum Rege, aut sua prole verificetur, Ita, ut quocienscunque aliquem Regni Prelatum, ad Prelaturam suam de nouo assumi contingat, Quod Is in assumcione sua, presentem Tractatum de Successione Romanorum Regis, aut suorum heredum Juret velle obseruare, et eum prosequi, vti de Juramento in prima congregacione superius dictum est, Insuper et litteras patentes, quibus et Iuramentum huiusmodi se prestitisse, et tractatum presentem seruare velle, sese obligare tenebitur. Alioquin nisi hec fecerit, ad huiusmodi Prelaturam admitti non debet. Pari modo Palatinus Regni, Wayuoda Transsilvanus, Banus Croacie, Comes Themesiensis, Bani de Jaycza, Zewriniensis, et Nandor Albensis, Castellani castri Budensis, Comes Posoniensis, et alii officiales maiores, et Castellani pociorum Castrorum Regni, presertim eorum, que in finibus Regni sunt constituta, quocienscunque tales de nouo ad sua officia assummi contingat, Jurare Romanorum Regi, et litteras dare modo quo supra de prelatis dictum est, tenebuntur, neque alias huiusmodi eorum officijs preficiantur.

Item Conservatores Sacre Corone Regni, presentes et futuri, in ingressu officij sui iurabunt Romanorum Regi, eam Coronam, si accidat dominum Wladislaum Regem, sine legittima prole

decedere, nulla post eum masculina relicta, modo quo supra dictum est, ad nullius manus dare, sed pro Coronacione ipsius Romanorum Regis, aut sanguinis, ex se per lineam rectam descendentis, fideliter conservare, similiter et cum ipso castro Wyssegrad, soli Romanorum Regi, heredibus suis, in tali prefato casu obedire velle, et de his litteras suas patentes roborabunt.

Item si dominus Wladislaus Rex, excederet ex humanis, herede masculo, annis minore relicto, Conuentum est, Quod hij qui heredem talem Juxta Regni ordinaciones ex consuetudines, sub tutela sua tenebunt, pari modo et de nouo iurabunt, cum tutelam huiusmodi suscipient, presentem tractatum quantum ad successionem manutere, et secundum illius tenorem viuere, heres insuper ipse, cum ad legittimam etatem peruenerit, tenebitur omnia hic in presenti Tractatu conclusa, litteris et Sigillis pro se et heredibus suis, eo modo, quo dominus Wladislaus Rex fecit, antequam Regni gubernacula assummet, Roborare et Confirmare, Et is modus seruandus erit de herede in heredem, et Tutoribus eorundem, continuando quousque successio ipsa, in sanguinem Romanorum Regis, si superextat, devolvatur. — — —

Item conconclusum est, Quod Romanorum Rex, aut heredes sui Regnum suscepturi, pro eiusdem Regni et Incolarum suorum consolacione et commodiori contra hostes defensione, in ipso Regno saltem pro maiori parte temporis habitare dignentur.

Item Conuentum est, si Regni Hungarie hereditas, modo predicto in Sanguinem Cesareum devolvetur, Quod Is, qui juxta capitula prefata, a Regnicolis Rex acceptabitur vel eligetur, pro Regni defensione et consolacione, quam primum venire et accelerare debeat, qui similiter non armis ut hostis, regnum intret, sed in limitibus Regni, iuxta morem exspectet quousque per Prelatos, Barones et alios Regnicolas honorifice susceptus, sine dilacione introducatur. Qui et tunc Jura et consuetudines Regni antiquas et approbatas Servare, et Regnicolas omnes, in suis Juribus, libertatibus, et approbatis consuetudinibus, conservare et confirmare promittet, quemadmodum et alii Reges predecessores sui, promittere et confirmare consuevereunt.

Item, Romanorum Rex, titulo Regni Hungarie, uti poterit, Et ita a domino Rege Wladislao et Regnicolis appellabitur, quemadmodum Cesarea Maiestas eodem hactenus usa fuit, et deinceps utetur, vicissim quoque Cesar et Romanorum Rex, et ipsorum

subditi, dominum Wladislaum Regem Hungarie cum Titulo solito Regni Hungarie, appellare et intitulare tenebuntur.

Insuper pro solidiori, perpetue huius vnionis fundamento, Conventum est, Quod idem dominus Wladislaus Rex, circa Regnicolas Regni Bohemie laborare et omnem sibi possibilem dare debebit operam et studium impendere, quo eosdem inclinet, et in hanc Sentenciam trahat, vt eo sine liberis masculis decedente, hunc dominum Maximilianum Regem aut heredes suos legitimos ex lumbis suis descendentes, Regem sibi preficiant, idque quantocius fieri potest, incipere, et omnes fauores et studia sibi possibilia abhibere debebit, vt ipse Rex Romanorum, et nemo alius in hoc Bohemie Regno sibi in tali casu succedat. — — In quarum rerum Robur fidem et testimonium has presentes litteras seribi et sigillis nostris solitis communiri efcimus, Et pro maiori securitate omnium supradictorum manus nostras proprias his infra subiunximus. Datum et actum Posonii die lune post festum sancti Leonardi (d. 7. Novembris) Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo. Ego Thomas Episcopus Jauriensis Recognosco supra scripta, manu propria. Ego Georgius de Bathor Nomine patrui mei domini Stephani de Bathor Waywode etc. scribere ignorantis Recognosco propria manu. Johannes de Scelnbergk Cancellarius Regni Bohemiae manu propria. Ego Thomas Episcopus qui supra pro dom: vtroque Ladislao de Gwth et de Rozgon, qui scribere ignorant propria manu me subscripsi. Benusz von der Weitmül mein hant. Wilhelmus Pam Kircher Recognosco manu propria. Johannys de rupow prothonotaryus regni bohemie manu propria.

Miksa oklevele a Jagellókkal kötött családi szövetségről.

Nagy pergament róm. kir. pecsét fekete-sárga zsinórral. A bécsi áll. levéltárban.

In nomine S. et Individue trinitatis. Maximilianus divina favente clementia | Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex, Archidux Austrie. Dux Burgundie et Brabantie etc. Comes palatinus etc. Recognoscimus et tenore praesentium profitemus, prout nobis Nec non vice et | nomine Seren. Principis domini Philippi regis Castelle Legionis et Gra-

nate, Archiducis Austrie etc. Principis Arragonum et utriusque Sicilie, filii ac fratris nostri charissimi, Cuius in hac parte plenam suscipimus vicem et potestatem. Quod cum Nos tanquam Romanorum rex regali quodam affectu cupiamus ad idque ipsius Imperii gubernacula susceperimus ut continuo Christ. Reipublicae et S.Rom. Imperii nec non regni Hungarie cui non mediocriter addicti sumus, honores commoda dignitatem, conservationem et augmentum premeditari proponere et promovere nitamur. Et ob id tam longo tempore cogitaverimus et operam dederimus cum Seren. Principe Dom. Vladislao Hungarie et Bohemie rege Marchione Moravie etc. Principe Electore fratre et consangineo nostro charissimo, tanquam communibus Christ. nominis atque federis hostibus immanissimis Turchis proximo et Collimitaneo quique inter hos et sacrum Romanum Imperium et prefatos infideles antemurale et propugnaculum quoddam existit. Et per quem universe rei publice Christ. S. Imperio et Regno Hungarie multa beneficia prestari possunt, sinceram amiciciam benevolentiam atque fraternam unionem contrahere atque servare. Propter quod etiam superioribus temporibus moti sumus ad ineundas tractandas et concludendas cum Ser. sua quasdam fraternas confederationes, tractata et colligationes. Ne huiusmodi fraterna amicicia ac benevolencia quavis ratione occasione vel suggestione, que fortasse ab emulis nostris et hiis qui propria commoda querunt et reip. Christi S. Imperii et Regni Hungarie honorem, necessitatem et prosperitatem minus considerant vel animadvertant, disseminari ac promulgari posssent, interrumpatur seu diminuatur, sed utrinque pro sustentatione, confortatione et utilitate Christianitatis, sacri Imp. et Regni Hungarie magis uniatur et perfectioni ac incorruptibili vinculo et fraterno amore consolidetur atque firmetur, Iccirco hiis et alis rationalibibus causis animum nostrum deccrevimus per matrimonium legittimum inter Nepotem nostrum, prefati filii ac fratris nostri charissimi Philippi Regis Castelle ac supradicti fratris et consanguinei nostri Char. mi regis Vladislai et serenissime principis et Domine sororis nostre char. me Anna ex Principibus de Candale, Regine Hungarie et Boemie liberos contrahendum matrimonium confederare et colligare. Ob quam rem matura deliberatione prehabita nomine et vice nostro ac char. mi filii et fratris nostri prenominati Regis Castelle, ut supradictum ac cum fratre et sorore nostris char. mis Rege ac Regina Hungarie et Boemie

etc. Matrimonium inter nepotem nostrum Archiducem Ferdinandum Austrie, Principem Castestelle (sic) et fratris ac sororis nostrorum regis et regine Hungarie atque Boemie filiam iam natam scil. Annam amicabiliter et fraterne concordavimus et apunctuavimus [1] et conclusimus et in verbo nostro regio exequendum et firmiter observandum promittimus concordamus et presenciam per tenorem animo deliberato et ex certa nostra Scientia apunctuamus concludimus atque promittimus. Ita quod prefati liberi sui Archidux Ferdinandus et Domina Anna nunc et in posterum vero et irrefragibili vinculo sponsaliorum et futuri Matrimonio invicem astricti et colligati suis et esse debeant, atque permaneant. Et nos utrinque predictos nostros liberos nemini ulterius locare, sed quousque ad annos nubiles divino auxilio pervenerint, invicem prestolari facere, et interim Regie et splendide sicut parentes naturali inclinatione et amore decet, educare debeamus. Et cum annus sive tempus sue convenientis etatis attigerint Sacramento Matrimonii et coniugii copulari Matrimoniumque huiusmodi sive sponsalia concludi et consummari faciemus, et interim super dote, dotalitio atque Donatis et reliquis que invicem praestari et exhiberi debebuntur quemadmodum inter regiae stirpis proles utrinque observatum et consuetum est, fraterne et amicabiliter conveniemus. Et neque ob hoc neque aliam quampiam Causam huiusmodi Matrimonium praetermitti seu interrumpi permittamus. Quin imo etiam ulterius apunctuavimus plene conclusimus ac verbo nro regio firmiter promisimus in hunc modum, Cum prefata soror nostra char'ma Regine Hungarie et Boemie nunc gravida per dei gratiam future prolis partum prestoletur, si contingeret filiam ex eo procreari, altero vero filiam iam natam ante quam annos nubiles attingeret et huiusmodi Matrimonium consummeretur. (quod Deus avertat) ex humanis decedere, quod tunc predicta filia quam progenuerit nepoti nro Ferdinando legittime desponsata et promissa esse debeat et permaneant in huiusmodi Matrimonio, utrinque omnia superius in Matrimonio cum filia iam nata Domina Anna predicta expressa et contenta observentur et compleantur, dolo et fraude ac sinistra quavis machinatione semotis. In quorum omnium fidem et firmum testimonium Nos supranominatus Maxim. Rom. rex pro nobis et prefato filio

[1] A franczia appointer-helybenhagyni.

et fratre nro charmo Filippo rege Castelle presentes litteras fieri fecimus ac supradictos fratri et sorori nostris Char'mis regi et regine Hungarie et Boemie dari regalisque sigilli nostri appensione atque consueti manus nostrae signi subscriptione iussimus corroborari moremque consimiles literas a Ser'tibus suis ad manus nostras consignatos recepimus. Datum in Nova Civitate Nostra Bécs-Ujhely Die Vicesima Mensi Martii Anno 1506. Regnor. nostror. Romano 21. Hungarie vero 26.

Maximilianus.

Ad mandatum dni regis propriam
Serntein.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

XVI.

II. ULÁSZLÓ VII. DECRETUMA A JOBBÁGYSÁGRÓL. 1514.

A Dózsa-féle jobbágylázadás kegyetlen elfojtása után következett a még kegyetlenebb, mert nem csupán méltó haragon, hanem félelmen és rideg önzésen is alapuló törvényes megtorlás. A még 1514 novemberben, a vérontások és pusztítások friss hatása alatt, összeülő diéta egyszerre codificálta a magyar nemzet legnagyobb részének szolgai lealacsonyítását. És míg más fontos határozatok megváltoztak, még mielőtt életbe léptek volna, ez a vérrel írott törvény több mint 300 éven át alapja maradt a magyar társadalom constitutiojának. Az maradt, ámbár már 1547-ben kimondta az országgyűlés (XXVI. cz.): »régi és újabb különböző gyakori esetekből nyilván kitünt, minő súlyos az Úristen boszuló haragja, a nép vétke miatt, és úgy látszik, semmi sem ártott annyira az egykor virágzó Magyarországnak, mint a parasztok elnyomása, kiknek kiáltása folyton felszállt Istenhez«. Ezt a törvényt, mely legalább a jobbágyság költözködésének szabadságát adta vissza, csak II. József emelte érvényre — akkor is törvénytelenül.

Természet szerint három főrészre oszlanak az 1514-iki törvény idevágó intézkedései.

1. Szigorú büntetést szabnak a lefolyt mozgalom részeseire, különösen azokra, kik személyökben vagy vagyonukban sértették a nemeseket. Kimondják, hogy voltakép

ki kellene irtani az egész parasztságot, de őszintén hozzáteszik, hogy a nélkül keveset érne a nemesség. (14. cz.)

2. A jobbágy szolgálatait, pénzben, terményben és munkában a lehető legmagasabbra szabják. Az 1351-ben behozott kilenczed adó mellé most törvényesen lép a robot; az évi egy arany minden háztartástól; havonkint egy csibe; évenkint 2 lúd és tíz telkenként minden karácsonyra egy hízott sertés.

3. A politikai jogoknak és a személyes szabadságnak teljes elkobzása; kevés hiján a régi rabszolgaság visszaállítása, a szabad költözés eltörlése által. Addig legalább a demokratikus eredetű egyház nyújtott módot a pór fiának, hogy magasabb állásra emelkedjék; most a 24. cz. kimondja, hogy pór nemzetség soha se lehessen püspök vagy érsek.

Történetünk átgondolásánál mindig szemünk előtt kell tartani, hogy nemzetünknek sem a török, sem a német pusztítás, sem a belső háború nem ártott annyira, mint a legszámosabb nép osztálynak ez a rendszeres elnyomása és kizsarolása, mely csak a nemzet legjobb fiainak erőfeszítése által ért véget, a XIX. század első felének végén.

Uladislai II. Regis Decretum VII. Anni 1514.

Nos Uladislaus Dei gratia, Ungariae, Boemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, nec non Silesiae, et Lucemburgensis Dux, ac Moraviae, et Lusatiae Marchio. Memoriae commendamus tenore praesentium, significantes, quibus expedit universis.

§ 1. Quod, cum Nos in animo nostro saepe revolvissemus, considerassemusque pericula omnia, quae hucusque huic Ungariae Regno nostro, ab infidelibus hostibus illata sunt; ruinas quoque, et desolationes castrorum finitimorum, atque etiam tumultum illum nefandissimum, quem plebs rustica, superiori aestate, intra ipsius Regni nostri viscera, contra Optimates, et omnem Nobili-

tatem, cum summa, et plane inaudita crudelitate concitaverat; multorum insignium virorum caede, ac multi sanguinis effusione memorabilem: Omnes praeterea perturbationes alias, in quibus status ejusdem, Regni nostri, non sine magno incommodo, hucusque fluctuavit, ex ea potissimum causa manasse; quod ordo (sine quo, nulla unquam Respublica bene gubernata esse legitur) ab omnibus, et rebus, et officiis sublatus esset; et per arreptam hoc pacto licentiam, omnia cum maxima totius Regni oppressione, praepostere, et quasi confuso quodam turbine agerentur.

§ 2. Propterea miserati tam graves calamitates, tamque acerbas clades praedicti Regni nostri Ungariae, Generalem Diaetam, et conventum, universis Dominis Praelatis, et Baronibus, caeterisque Regnicolis nostris, pro festo Beati Lucae Evangelistae [1] proxime praeterito, indiximus, atque celebravimus.

§ 3. Ad quem congregatis omnibus, cum hujusmodi conventus causas ipsis explicassemus; et cum his nonnulla, quae Nobis salutem ejusdem Regni nostri concernere videbantur, proposuissemus; hortati eos fuimus, ut ipsi quoque super his omnibus consultarent, et quicquid Deo in primis Optimo gratum, praedictique Regni nostri publico bono proficuum, ac salutare foret, concluderent.

§ 4. Praefati itaque Domini Praelati, ac Barones, ac caeteri Regnicolae nostri, accepta mente nostra, cum diu, multumque super his rebus consultassent; tandem, collatis sententiis, et re conclusa, quosdam Nobis Articulos, communi voto, et consensu parili (demptis Articulis, facta criminalia, et honestatem Clericalem concernentibus, ad quos ipsi Domini Praelati consentire non potuerunt) formatos, atque compositos, nostrae obtulerunt Majestati.

§ 5. Supplicantes debita cum instantia; ut eos, Nos quoque acceptare, approbare, et literis nostris inseri faciendo, confirmare etiam dignaremur.

§ 6. Asserentes, eos tales fore, per quos (rite tamen observatos) et ordo rebus omnibus reduci; status totius Regni in suo splendore servari; pericula quoque omnia ingruentia propelli; ac adempta per haec tempora quies, et securitas, omnibus restitui posset. Qui quidem Articuli, hoc modo sequuntur, et sunt tales:

[1] Október 18-án.

Modus satisfactionis damnorum; per Cruciatos illatorum.

Articulus 4. Quantum autem ad damnorum, per malefactores, tam Rusticos, quam etiam Nobiles partem rusticorum tenentes, Dominis, et Nobilibus illatorum, refusionem, et recuperationem attinet; quia publice, et magna cum multitudine, illa patrata, et irrogata existunt.

§ 1. Ideo in singulis Comitatibus, penes Vice-Comites, et quatuor Judices Nobilium, duodecim Nobiles, bonae famae, et honestae vitae, atque conditionis, per universitatem Nobilium, firmissimo sub juramento eligantur; qui ad facies cunctarum domorum, seu Curiarum nobilium accedant, ibique universa damna, tam in aedificiis, et structuris, quam etiam utensilibus, supellectilibus domorum; atque abductionibus equorum, boum, aliorumque pecorum, et pecudum (in quantum visu considerare, et etiam testimonio condigno intelligere poterunt), secundum Deum, et ejus justitiam, bene ponderare, aestimareque, et limitare; et dehinc universitati Nobilium, sub eodem juramento referre debeant.

§ 2. Et tandem rustici, seu coloni illarum Civitatum, oppidorum, possessionum, ac villarum, quae damna praenotata intulisse, et irrogasse dignoscuntur; in termino per universitatem Nobilium ad id praefigendo; Domino, vel nobili laeso et damnum passo, refundere, restituereque teneantur.

§ 3. Illis tamen Dominis, quorum castra hoc disturbii tempore, propter malam conservationem, per rusticos sunt intercepta (quia non violenter, sed per deditionem sunt occupata) restitutio damnorum, in hac parte fieri non intelligatur: Sed hujusmodi damna tolerare cogantur.

Rustici, rependere damno refragantes; cogantur per Comites, ac Gentes Regias.

Articulus 7. Ubi autem rustici satisfactionem de damnis praenotatis, in termino ipsis praefigendo, Nobilibus impendere nollent:

§ 1. Extunc, Comes, vel Vice-Comes, ac universitas Nobilium, eos ad satisfactionem, per omnia remedia opportuna (etiam per direptionem, et ablationem omnium bonorum ipsorum) compellat.

§ 2. Si vero Comes, vel Vice-Comes, cum universitate Nobilium insufficiens esset (quia aut Dominus Colonorum resisteret, aut rustici in oppido, vel civitate munita rebellarent) extunc, Regia Majestas, ad requisitionem, et supplicationem Comitum, vel Vice-Comitum, et Judicum, ac universitatis Nobilium talis Comitatus; cum gentibus suis, ac aliorum circumjacentium Comitatuum, et Dominorum, hujusmodi Civitates, et oppida, villas et rusticos, ad praemissam satisfactionem compellere faciat.

§ 3. Et propter rebellionem illorum, etiam Regiae Majestati tantum solvant (si habebunt) quantum Nobili laeso, et damnificato solvere tenebuntur; Primo tamen Nobili laeso fiat satisfactio.

Rustici, ad homagia interemptorum Nobilium solvenda, cogantur.

Articulus 8. Super homagiis quoque Nobilium interemptorum idem est sentiendum atque faciendum.

§ 1. Ut scilicet oppida, Civitates, vel villae, quae tempore occisionis interfuerunt, et consenserunt; homagia omnium Nobilium hoc tempore disturbii necatorum, persolvere teneantur.

§ 2. Si vero rustici de alio Comitatu, damna hujusmodi, vel homicidia intulisse reperientur; extunc Comes, Vice-Comites, ac universitas Nobilium alterius Comitatus, per literas horum, Comitis, Vice-Comitis, ac Judicis Nobilium requisitus; teneatur ex parte illorum rusticorum, laesis satisfactionem impendere modo praedeclarato.

In homagiis Nobilium exsolvendis, et damnis compensandis, facientes et conscientes mulctentur.

Articulus 9. Quoniam autem nonnulli super ejuscemodi damnorum rectificatione contendentes, etiam innocentes, et innoxios ad damnorum solutionem compellere moliebantur, asserentes, et allegantes; duos, aut tres, quinque, vel sex personas non potuisse de una villa, seu oppido mala patrare, si reliqua multitudo aut communitas illis non consensisset; ideo, facientes, et consentientes, pari poena debeant puniri.

§ 1. Hoc licet verum sit, in consensu deliberato, et malitioso; quia tamen rusticus unus, alterius potestati non subest, ut alterum aut compellere ad male agendum, aut retrahere pravis ab operibus possit; et alias aequitatis ratio dictat; ut rei, et culpabiles puniantur, innocentes autem salvi maneant.

§ 2. Propterea deliberatum, et statutum est: Quod solummodo culpabiles, et rei, non autem innocentes, condemnentur: Sic videlicet: ut si de una villa, aut oppido quatuor, vel quinque, aut plures comperti fuerint esse in culpa, et malorum patratores; solum illi, aut capitali sententia, aut damnorum solutione puniantur: Caeteri vero, salvi maneant, et illaesi.

De poena Capitaneorum, Centurionum, caeterorumque Cruciatorum, et angaria illis imposita.

Articulus 14. Quanquam omnes rustici, qui adversus Dominos eorum naturales insurrexerunt, tanquam proditores, capitali poena essent plectendi: Ne tamen tanti sanguinis effusio adhuc sequatur, et omnis rusticitas (sine qua Nobilitas parum valet) deleatur.

§ 1. Statutum est; quod universi Capitanei, Centuriones, ac Decuriones, concitatoresque aliorum rusticorum, ac manifesti homicidae Nobilium: Praeterea violatores virginum, et mulierum, omni gratia semota, occidantur; et ubilibet extirpentur.

§ 2. Caeteri autem rustici, refusis, et persolutis damnis ac homagiis praenotatis, in eorum personis salvi maneant.

§ 3. Attamen ut hujusmodi proditionis eorum memoria, atque temporalis poena, etiam ad posteros eorum diffundatur, et transeat; et quam enorme facinus sit, in Dominos insurgere, omne saeculum agnoscat; amodo deinceps, universi rustici in hoc Regno ubilibet residentes (demptis Civitatibus liberis, et muratis quae Majestati Regiae fideles fuerunt; et illis quoque exceptis, qui penes Dominos eorum, et Sacram Coronam Regni hujus, in vera fidelitate perstiterunt; cum aliisque sceleratis rusticis, in hac seditione non participaverunt) per hanc infidelitatis ipsorum notam, amissa libertate eorum, quo de loco in locum recedendi habebant facultatem; Dominis ipsorum terrestribus, mera, et perpetua rusticitate sint subjecti.

§ 4. Neque de caetero, contra voluntatem, et consensum Dominorum suorum, de loco in locum recedendi, et sese moraturos conferendi, habeant facultatem.

De actionibus, a rusticis fiendis.

Articulus 15. Praeterea singuli rustici uxorati (sive sessionati, seu domos habentes, sive autem inquilini[2] sint) per singulos

[2] Zsellér.

annos Dominis eorum terrestribus, singulos centum denarios, unum florenum aureum facientes, Quinquaginta scilicet ad Georgii, et residuos Quinquaginta denarios ad Michaelis Archangeli Beatorum festa; ubilibet solvere teneantur.

§ 1. Et, si alicubi locorum, plures quam Centum denarios hactenus solvere consuevissent: talis census, per hanc constitutionem diminutus esse non intelligatur.

Servitium Colonorum, Ordinarium.

Articulus 16. Item; qualibet hebdomada, singulo uno die, Dominis ipsorum servire teneantur.

Munera Colonorum.

Articulus 17. Item; singulis mensibus, singulum unum pullum, Dominis eorum dare sint obligati.

Coloni, nonam, et decimam solvere, ex omnibus terrae nascentiis tenentur.

Articulus 18. Item; de omnibus terrae nascentiis, sive metantur, sive falcentur; praeterea de vinis, Dominis ipsorum nonas, seu nonam partem, ultra decimas Prelatis eorum debitas; solvere teneantur:

§. Ita; ut ex decem capetiis[3] segetum, seu decem cubulis vinorum, rustico octo manebunt.

§ 2. Quantum tamen ad decimas attinet; solummodo de illis segetibus, quibus hactenus consueverunt, decimas dare, solvereque debebunt.

Anserum proventus, a colonis.

Articulus 19. Item; singulis annis duos anseres, unum videlicet tenerum ad Pentecostes; et alterum antiquum ad Beati Martini Episcopi, et Confessoris festa, Dominis ipsorum solvant.

Porcorum proventus, a rusticis.

Articulus 29. Item; de qualibet villa, usque decem sessiones Jobagionales continente, vel etiam minus; ad festum Natalis Domini, unum porcum saginatum[4] Ubi vero ultra decem fuerint; de singulis decem sessionibus, singulum unum porcum, similiter saginatum dare teneantur.

[3] Kepe.
[4] Hizott.

§ 1. Caeteris quoque proventibus Dominorum, et Nobilium, ultra haec hactenus dare, et percipi consuetis, salvis permanentibus.

Nemo, de rustica progenie natus; in Episcopum eligatnr.

Articulus 24. Nemo de rustica progenie natus, in Episcopum, vel Archi-Episcopum (ob perpetuam praemissae rusticanae proditionis memoriam) per Regiam Majestatem promoveatur.

§ 1. Et, quispiam promoveretur; nemo illi decimas dare teneatur.

Migratio colonorum, quomodo interdicta?

Articulus 25. Hoc expresse nihilominus declarato: Quod Articulus de Jobagionum ulteriori non recessu, vel commigratione praescriptus, et praedeclaratus (quia plurimae, maximaeque incommoditates, et quotidiana fere jurgia, praetextu abductionis, et retentionis Jobagionum hactenus suboriebantur) aeque ad omnia loca, ac universos jobagionalis, ac plebejae conditionis homines, ubilibet intra limites Regni hujus, et partium sibi subjectarum residentes, referatur, et intelligatur:

§ 1. Ita; ut de caetero Jobagionum dimisssio, vel abductio, per omnia cesset; perpetuoque aboleatur, et extincta maneat semper.

§ 2. Verum de Civitatibus, liberis Regiae Majestatis, et Dominorum; in alias Civitatis similiter liberas eorundem, commigratio Jobagionum praenotata, inter sese, per hanc constitutionem interdicta non intelligatur.

De malefactorum, per Comitatus Conscriptione, ac punitione eorundem.

Articulus 33. Item; quia nemini dubium est, quod praeterita afflictio rusticana, peccatis nostris exigentibus, permittente Deo illata est:

§ 1. Peccata autem ex eo creverunt; quod semper impunita manserunt; inde latrocinia, furta, homicidia, adulteria, falsarum monetarum cusiones, incendia, aliaque malorum genera multiplicata fuerunt.

§ 2. Propterea statutum est: Quod in omnibus, et singulis Comitatibus hujus Regni, praenotati Vice-Comites, Judices Nobilium, ac duodecim electi jurati, qui ad revisionem, et recupera-

tionem damnorum fuerint deputati; firmissimo sub juramento, universos ejusce modi malefactores, tam scilicet Nobiles, quam etiam ignobiles exquirere; de illorumque nominibus experiri; et in regestum conscribere, et eosdem tandem juxta eorum demerita punire debeant.

§ 3. Praeterea, de Nobilibus quoque illis, qui rusticis in ipsorum praemissa tumultuaria insurrectione adhaeserunt; et partem illorum tenuerunt; cum eisque participaverunt; veritatem pariter inquirant. Et eos omnes, qui culpabiles inventi fuerint, in regestum similiter inscribant; atque sub eorum sigillis Regiae Majestati mittant.

§ 4. Ut tandem juxta seriem hujusmodi regesti, illi tanquam proscripti, omnibus eorum bonis, et juribus possessionariis destituantur: Et ad occupationem ejuscemodi bonorum, vigore donationis Regiae, exinde jam factae, vel fiendae, processus amplior non sit necessarius, neque requiratur, sed quilibet juste talia bona impetrans, eisdem de facto potiatur: Ne malefactores impuniti maneant, et ne innocentes condemnentur.

§ 5. Multi enim Nobilium in manus rusticorum incidentes, ne per eos occiderentur, illis adhaeserunt, et sese subdiderunt: Postquam tamen potuerunt; mox illos reliquerunt, et ab eis aufugerunt. Et tales condemnari non debent.

Bona Nobilium rusticis adhaerentium quibus conferantur?

Articulus 35. Et quod Regia Majestas, bona talium sceleratorum Nobilium, Dominis, et Magnatibus (qui etiam alioquin satis habent) non conferat: Et si jam contulisset: hujusmodi collatio nullius sit firmitatis: Sed illis donet, quorum fratres, aut patres, per rusticos occisi sunt.

§ 1. Item illis; qui Majestati Suae, et Regno, in campis, et exercitibus, vel castris, armata manu fideliter servierunt:

§ 2. Praeterea illis; qui ex rusticis quidem parentibus nati sunt; sed penes ipsorum Dominos, et Nobiles fideliter, et probe servierunt; eisque in ipsorum periculis adstiterunt:

§ 3. Ut etiam reliqui rustici, fideliores hoc exemplo reddantur, et Dominis eorum de caetero ferventius obsequantur.

§ 4. Et si quis bene impetrata bona, illis quorum fuerunt, favore remittet, vel gratis; tanquam particeps sceleris, eadem poena condemnetur.

Gratia Regia, in hoc insurrectionis rusticanae casu; nemini suffragetur.

Articulus 36. Et quod gratia Regia, tam rusticis malefactoribus, quantum ad personas eorum; quam etiam Nobilibus, eisdem rusticis adhaerentibus, et partem eorum modo antelato tenentibus, quantum ad bonorum ipsorum recuperationem, jam forsitan facta, vel fienda; suffragari non possit: Sed omnino juxta eorum demerita puniatur: Ut de caetero, etiam alii per hoc; exemplati, a vera fidelitate non discedant.

§ 1. De reliquis quoque malefactoribus, in ipsis judiciis, seu exequutionibus Comitatuum proscribendis; idem est intelligendum; ut omnes semota gratia puniantur; caeterique in posterum terreantur, et ad similia perpetranda facinora sese non apponant.

Rustici Capitanei, Centuriones, Decuriones, et similes, in hoc casu Capitis damnati.

Articulus 38. Et ante omnia, praenominati Capitanei, Centuriones, Decuriones, concitatoresque, et seductores rusticorum. Nec non manifesti homicidae Nobilium, stupratoresque puellarum, et violatores mulierum; tempore quo super damnis illatis exequutio fiet; per antefatos Vice-comites, Judices nobilium, ac duodecim electos, in singulis Comitatibus resciantur, et consignentur: Atque per eos, in quorum bonis modo latitant; vel si in remotis illi agerent, per Officialem; Et si officialis quoque abesset; per Judicem, et Juratos Cives: Et, si idem Judex, et jurati Cives essent tales malefactores; per universitatem colonorum, ad intimationem, et requisitionem Vice-Comitum et Judicum nobilium, ac duodecim electorum; ad locum Sedis Judiciariae Comitatuum, ad primam scilicet sedem importentur; ibique capitis condemnentur.

Presbyteri scelerati inquirantur, et carceribus per Praelatos tradantur.

Art. 48. Domini vero Praelati, per eorum Visitatores, hujusce sceleris participes presbyteros, exquiri statim; et perpetuis carceribus mancipari faciant.

§ 1. Imo si per quospiam Nobiles, vel eorum famulos comprehendi poterunt; libere detineantur, et ad manus Praelati sui, vel factoris ejusdem tradantur, poenam praenotatam inituri.

XVII.

WERBŐCZY ISTVÁN. »TRIPARTITUM OPUS IURIS CONSUETUDINARII INCLITI REGNI HUNGARIAE« ÁLTALÁNOS RÉSZEI.

A törvénykezés a XV. században át majdnem szüntelen tartó zavarok, különösen az annyira fontos örökségi és birtokperek által oly jelentőséget és kiterjedést nyert, minőnek nem felelt meg a törvényhozás összefoglaló munkája, még kevésbbé a jogi életet szabályozó elméleti alapvetés. Nem csupán a magánjog terén küzdöttek egymással a különböző hagyományok, melyek mind törvényekre és szokásokra hivatkozhattak, hanem a közjog nagy kérdései sem voltak megközelítőleg sem megoldva. Mátyás autokratiája és II. Ulászló árnyékkirálysága egyaránt beleillett a magyar alkotmány keretébe. A főnemesség és a köznemesség közti harcz eldöntetlen szállott nemzedékről nemzedékre. Mátyás az 1486-iki törvényben megkisérelte ugyan jogi és alkotmányos elveinek életbe léptetését, de e decretum korántsem hat ki a nemzeti élet egész mezejére, és különben is, mint láttuk, csakhamar erőtelenné vált. A zürzavar egyre nagyobbodott. Az 1498-iki országgyűlés Horváth Ádám itélőmestert megbízta a jogszabályok összeállításával, majd 1500-ben a kir. törvényszék 16 köznemes ülnökeire ruházta e megbízást, de ez a munka épen nem haladt.

Ezért Ulászló egy férfiúra, Verbőczy Istvánra, akkor országbírói itélőmesterre bízta a nagy munka megszer-

kesztését. Verbőczy körülbelől tíz év alatt befejezte művét és azt az 1514-iki országgyűlésnek be is mutatta. Mind a rendek, mind a király a legnagyobb dicséretekkel halmozták el a »Hármaskönyv«-et, és Ulászló meg is igérte, hogy azt az összes megyéknek elküldi. Ez azonban nem történt meg. A munkát 1517-ben Bécsben kinyomatták, de formalisan törvényes erőt nem nyert soha.

Hogy mindamellett több mint háromszáz éven át e könyv lett legfőbb, szinte egyetlen szabályozója a magyar jogi életnek; hogy utána a magyar nemességet félig gúnyosan »populus Verbőczianus«-nak nevezték: azt tartalmának és még inkább az egészet átható szellemnek köszönheté.

Verbőczy tanult, képzett, jogász volt; a római és egyházi jogban egyaránt otthonos. De bár kimutathatólag használt a római jogon alapuló jogkönyvet, igaz magyar módra nem sokat bibelődött elméleti kérdésekkel, hanem a legnehezebb alapkérdéseket is oly egyszerűen és érthetően tárgyalta, a mint ezt kor- és kartársainak átlagos műveltsége megkövetelte. Más formában bizonyára még ennyire sem hatott volna a magyar elmére a római jog szelleme.

A mi tartalmát illeti, tekintetbe kell venni azt a korszakot, melyben létrejött, azt a politikai irányt, melynek Verbőczy volt leghatalmasabb szószólója. A királyság sokat vesztett régi hatalmi köréből; a köznemesség az országgyűléseken diadalmasan megküzd az egyházi és világi oligarchiával. Közjogi ideál gyanánt nem a nagy Árpád-királyok kora, nem is N. Lajos vagy Mátyás uralkodása tünt elé, hanem a szittya magyarság községe, mely maga választotta kapitányait és maga itélt, és még inkább a II. Endre arany bullájában megnyilatkozó nemesi szabadság. A szent korona eszméje, mely előbb a királyban volt megtestesítve, most az egész nemesség souverainitását fejezte ki.

Bár a király, Ulászló hozzájárulásának szavai szerint, még »uralkodik és kormányoz« (regnare et gubernare), tényleg a végrehajtó hatalmat is csak a nemesség által gyakorolja, a törvényhozásban pedig egészen elvesztette önállását. Valójában nemesi respublica ez, egy élethossziglan választott koronás fő alatt.

És a mennyire emelkedett a nemesség közjogi állása a királylyal szemben, ép úgy magaslott ki az ország többi rendjei fölött. A zavarok, a háborúk, továbbá a városi lakosság idegen volta, megakasztották nálunk a városi elem fejlődését. A parasztságot épen az az országgyűlés, mely a Hármaskönyvet elfogadta, taszította örökös szolgai állapotba. Így a minden vagyoni és társadalmi különbségek mellett is egyenlően szabad nemesség maradt meg az alkotmányos élet egyetlen döntő tényezőjének. Ez a nemesség saját ideáljait látta megtestesítve a könyvben; annak köszönheté a »Tripartitum« hosszú érvényességét és szinte páratlan népszerűségét.

Mert Verbőczy munkája, bár idegen forrásokból is merített, minden ízében nemzeti. A magyar nemzet nagyságának, hatalmának, dicsőségének eleven érzése nyilatkozik meg minden lapján. A nemzetnek és törvényhozásának egysége szinte legfőbb szempont benne. Nem csuda, ha az ország megoszlása idején a Tripartitum volt szinte az egyetlen szellemi kapocs a magyar, az erdélyi, a horvát részek és a török hódoltság közt.

Erkölcsi értéke sem kicsinyelhető. Midőn tényleg az ököljog uralkodik, a jog, a törvény uralmát, hatalmát hirdeti. És a jog eszméjének, úgy az elvontnak, mint a hazai törvényben és szokásban kifejezettnek, annál nagyobb lett a jelentősége, minél inkább alászállott ugyanazon időben az erkölcsi élet százados hagyományos szabályozójának, az egyháznak, tekintélye és hatalma. A jogtalanság alatt

leginkább a szegényebb köznemes szenvedett: az vált tehát a különben is érzéseinek és érdekeinek annyira megfelelő jogkönyv legbuzgóbb apostolává. Viszont épen a Verbőczy tanulmányán alapuló jogi képzettség emelte a köznemességet társadalmilag és vagyonilag magasabb fokra és tette képessé arra, hogy sokkal hatalmasabb vetélytársaival sikeresen megküzdjön.

Az egész munka közlése túlhaladná e gyűjtemény keretét. Mint a korra és munkára nézve jellemző részeket nyújtjuk az író bevezetését és a király előzetes jóváhagyását. A prologusból közöljük a természeti, népjog és különjog közti különbség meghatározását; a statutum és a municipalis jog, továbbá a szokásjog meghatározását, végre azon kérdés eldöntését, mennyiben lehet érvényes a külön jog (Statutum) a kánoni és isteni jog ellen. Az első résznek közjogi és alkotmányos tartalmú szakaszain kívül nem tartottam kihagyandónak az örökösödést szabályozó XL. §-t sem. A 133. §., mely a javak becslésére vonatkozik és a különböző ingóknak és ingatlanoknak becslési árát szabja meg, a közgazdasági történet szempontjából egyik legfontosabb emlékünk.

A II. részből a törvény meghatározására és a törvényhozó hatalom definitiojára vonatkozó szakaszokon kívül, közöltem a privilegium meghatározását és viszonyát a törvényhez.

A harmadik részből közölvék: az országos és tartományi vagy helyi jog viszonyára, továbbá a sz. kir. városokra és a jobbágyokra vonatkozó szakaszok.

A Hármaskönyvet 1517 óta sokszor kiadták. 1628 óta a törvények gyűjteményének (corpus juris) élén is szokták közölni. Magyarra is lefordították többször; 1894-ben a M. T. Akadémia kiadásában is. Ellenben igazi tudományos kiadása, kútfőinek kimutatásával, mai napig hiányzik.

Praefatio.

Serenissimo principi et domino Wladislao dei gratia regi Hungariae et Bohemiae et domino Suo clementissimo. Magister Stephanus de Werbewcz servitiorum suorum humillimam recommendationem.

Quamquam domestica et gentilia Regni hujus inclyti Hungariae iura certam in seriem formulamque et ordinem redigere, ac literarum monumentis illustrare arduum et perdifficile ac humano propemodum ingenio majus esse videatur; quippe cum apud nostrates eo in genere nihil hactenus extiterit; aut origine diuturnum aut sanctione stabile, aut perenni usu ac observantia roboratum, sed ex cuiusque fere principis ac regio nutu et arbitrio novae constitutiones novaque edicta, per singulas nedum aetates: sed paucissimorum quoque annorum spatia emanaverint: Quae cum inter sese plerumque dissidiant, et adversis quasi frontibus obluctentur, in unum velut corpus convenire et coalescere, haud facile possunt — vestrae tamen maiestatis secundissimo ductu, vestrisque felicibus auspiciis, rem his Regionibus ad hunc usque diem inauditam et per tot saeculorum lapsus magno dedecore sed maiori iactura neglectam aggrediar, statuta scilicet et decreta, ac leges et consuetudines regni hactenus divulsa, mutila, confusa et male cohaerentia in unum connectere ac conglutinare, in scriptisque redacta V. Maiestati ad communem usum provulganda, summa cum obsequendi propensitate offerre. Nec ulla est res, quam V. M. mihi maiori cum laude demandare, vel ego alacriori animo suscipere quivissem. Quid enim Regio Splendore dignius, suorum subditorum quieti ac tranquillitati accomodatius praestare potuisset, quam post bella et armorum strepitus, quibus hostilis metus procul depellitur, pacis curam gerere, quae nisi iuris moderatione contineatur, stabilis, firmaque esse non valeat. Perspicuum est autem, plus multo obesse intestinas discordias, quam externa bella, ac plures potentioresque respublicas esse veneno domestico, quam hostilibus armis subversas. Operae precium autem duxi pro M. V. voto, universis regni consuetudines ac leges et decreta dilucide, aperto et unicuique facile exposito stilo perscribere et in capita, titulos et articulos redigere, ut deinceps prima legum nostri regni, rudimenta, non ab antiquis illis fabulis quibus hactenus omne

fere tempus aliis atque aliis edendis iuribus inaniter trivimus, sed ab ipso literarum aditu ac sacrario, ab ipsoque Civilis disciplinae fonte depromatur, in animisque cuiusque altius insideant, tenaciusque radicentur. —

Quam ob rem M. V. communi omnium vestrorum subditorum nomine, ingentes atque immortales gratias et ago et habeo, quod eo legum ac constitutionum robore hujus inclyti vestri regni munimenta stabilire volueritis, quae nulla unquam sit, neque fortunae malignitas neque homnium iniuria concussura. Quis enim ignorat ad salutem vitamque hominum et quietam et beatam inventas esse leges? sine quibus nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universorum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. —

Idcirco nihil hoc quidem tempestate fieri potuit ineffabili praeconio dignius, aut ad perennem gloriam consequendam efficacius. Sed nec vestris florentissimis Regnis indissolubili concordiae nexu stabiliendis aptius, quam quod V. M. ductu et autoritate leges ac huius Regni sanctiones, densissimis tenebris et caligine prius obrutae, scriptionis nitore illustratae, tanta cum vestra dignitate promulgentur. Quam quidem provinciam, ubi primum mihi demandare V. M. dignata est, licet, ut ingenue fatear, omne studium, omnem industriam ac solertiam eo contulerim, ut pro virili V. M. quam plenissime obtemperarem; scio tamen, non defuturos, qui invidiae facibus excitati huic tanto, tamque omnibus profuturo labori detrahere non desistant. — Satis autem superque premii pro hac navata opera me arbitrabor consecutum, si et patriae, cuius insita optimi cuiusque animo ingens est charitas, hac in parte videbor consuluisse, ac M. V. cui me perpetuo dedidi et devovi, pro viribus obtemperasse, quam etiam atque etiam oro et obsecro, ut has meas vigilias sacratissimo nomini dedicatas, iterum atque iterum perlegere, discutere ac recensere non gravetur. Et cum ea sit operum humanorum conditio, ut nihil fiat adeo politum, adeove absolutum, ut non in melius reformari possit, pro exactissimo vestro iudicii acumine, que vel resecanda, vel immutanda vel addenda duxeritis, ea ita castigatissimi vestra censurae lima corrigatis et emendetis ut aemulis malevolis nullus detrahendi locus relinquatur. Nemo autem id sibi persuadeat, me tantum mihi autoritatis vendicasse, ut novas aliquae leges afferre, ac superaddere fuerim ausus, sed ea dum-

taxat, quae a maioribus meis accepi, quaeque observari, in pertractandis iudiciis causisque discutiendis vidi, audivi, didici, in unum quasi volumen contuli ac digessi, consilio tamen cum caeteris meis collegis et patrii iuris ac consuetudinum non ignaris prius communicato.

Valeat V. M. rex excellentissime diu multumque felix.

Approbatio.

Wladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque rex ac Silesiae et Lucemburgensis dux; nec non Moraviae et Lusatiae Marchio ad perpetuam rei memoriam: Cum supremus omnium rerum opifex ab ipso primordio naturalis creaturae conditae ac procreatae, eam in genere humano varietatem, atque id discrimen esse voluerit, ut pars hominum subesse, pars praeesse: alii imperare, alii parere deberent. Alios quidem Reges et Principes qui caeteris aequo iure imperarent. Alios subditos, qui illorum iussa et imperia capescerent, esse statuit, atque in hanc duplicem ordinem totum genus humanum sapientissime est partitus. Reges porro ipsos duabus potissimum artibus instructis atque ornatis esse voluit, legibus et armis, ut armis quidem hostes propulsati procul a finibus arcerentur, leges autem regnicolas, civesque domi in officio continerent, et summos cum infimis ac mediocribus: opulentos ac potentiores cum egenioribus infirmioribusque aequo iure vivere cogerent. —

Verum quia ex hujusmodi constitutionum a nobis editarum et illarum regni iurium diversa interpretatione magna plerumque oriebantur incommoda, aliis alio prout cuique libitum erat, sensum et interpretationem earum trahentibus. Et quibusdam in iudicando, vel iudicio postulando Regni consuetudinem, aliis constitutionum formulam sequentibus, atque allegantibus, ita ut non inter eos solum, quorum causa ageretur, sed inter ipsos iudices ac iurium Regni consultissimos et peritissimos, magna interdum super huiusmodi legum, consuetudinum et constitutionum interpretatione, contentio oriretur, ut quandoque hi qui plus viribus, potentia, quam legibus et iustitia fiderent, tribunal iudicum magno asseclarum agmine aggressi, quod ratione et legibus nequirent, clamore et multitudine obtinere contenderent,

qui iure inferiores essent, superiores tamen esse et vincere non iure, sed tumultu ac multitudine niterentur. Neque vero iudicum et magistrorum Prothonotariorum, iura Regni allegantium, authoritas apud illis valebat. —

Nos, quibus nihil prius, antiquiusque est, quam subditos nostros in omni pace et tranquillitate conservare, excitati etiam precibus continuisque querelis predictorum fidelium nostrorum, fideli nostro, egregio Magistro Stephano de Werbewcz, Judicis curiae nostrae Prothonotario, curam omnium ipsius Regni nostri iurium legum et consuetudinem, constitutionumqe receptarum atque approbatarum, earum videlicet quae in ipso nostro et praesertim in aula nostra regia iudicandis et decidendis causis, ac sententiis ferendis sequi, ac observari consuevissent, in unum colligendi atque in titulos et capita distinguendi, ut ea postea nobis oblata, ac per caeteros magistros Prothonotarios et sedis nostrae iudiciariae iuratis coassessores revisa, discussa ac diligenter trutinata, in unum volumen redigerentur. Ut jam gens etiam nostra Hungarica (sicut aliae omnes fere nationes et provinciae bene et sapienter institutae) in iudiciis decernendis, et iustitiae administratione non sola consuetudine, quae plerumque mutari et labilis esse solet, sed iure scripto et fidissimis literarum monumentis illustrato niteretur.

Prologus.

Tit. III. *Quomodo differunt jus naturale, jus gentium et jus civile?* Sciendum itaque quod jus naturale differat ab aliis juribus tribus modis. *Primo* origine, nam incepit ab exordio naturalis creaturae. *Secundo* dignitate, quia jus naturale apud omnes gentes aequaliter servatur, a solo Deo institutum firmum et impermutabile manens; alia vero jura quae populus aut civitas sibi constituit, saepe mutantur, vel contraria consuetudine, vel alia meliori lege, in contrarium postea lata et introducta. *Tertio*, amplitudine, quia jure naturali omnia communia sunt, sed jure gentium, vel civili, hoc meum, illud tuum est.

Ceterum omnes populi, qui legibus, aut moribus utuntur, et reguntur, partim suo proprio, partim vero communi omnium hominum jure utuntur. Hi enim qui suo tantummodo jure gaudent et aliquod jus sibi proprium instituunt, jus civile nominatur.

Quod verò apud omnes gentes communiter observatur, jus gentium apellatur.

Tit. VIII. *De Statuto et municipali iure.* — Est autem statutum quod vulgo decretum appellamus: jus quoddam regni commune, viam legis habens. Et dicitur statutum, quasi stabiliter et firmiter ordinatum vel quasi statum publicum definiens. Saepe vero apellatione quoque juris civilis veniunt statuta.

Ubi advertendum, quod jus civile duplex reperitur. Quoddam commune, et est illud, quod in libris juris civilis habetur, et istud non potest condere nisi imperator, vel alius supremus princeps. Quoddam vero privatum, quod etiam jus municipale vel statutarium dicitur. Et illud unaquaeque regio vel provincia, vel aliquando civitas sibi constituere potest.

Jus autem municipale: est jus positivum alicujus loci. Ita dictum, quod in isto dumtaxat municipio (id est oppido) et loco servatur.

Tit. IX. *Utrum valeat Statutum contra jus Canonicum, vel Naturae, vel Divinum?* Sed quaerendum videtur an valeat statutum contra jus canonicum, vel naturale, vel divinum? Dic quoad jus canonicum: si statutum est contra libertatem ecclesiarum diuturnam, vel privilegia eis concessa, non valet. Idem dicendum, si circa ea fiunt statuta, quae salutem animae respiciunt. Circa causas vero profanas, Statuta civilia derogant canonibus et eos tollunt.

Quantum autem, ad jus naturale vel divinum: licet statuta non possunt illud ex toto tollere, possunt tamen distinguere, ut exempli gratia lex divina dicit indistincte: non occides, tamen lex humana et statutum concedit homicidium in multis casibus. Idem dicendum de decimis, quae debentur de jure divino, et tamen Papa multos privilegiat super decimis non solvendis.

Concludamus ergo, quod per statutum ac legem vel rescriptum: non potest jus naturale vel divinum in suí universo tolli; nec enim Summus Pontifex vel alius quispiam potest statuere, ut non observaretur vetus vel novum Testamentum, vel quod liberi non educarentur a parentibus; sed in aliquibus casibus particularibus potest fieri ex justa causa, contra jus divinum vel naturale: ut praedo possit occidi, vel fur nocturnus.

Tit. X. *Quid est Consuetudo, et quae sunt necessaria ad Consuetudinem firmandam?* Sciendum, quod consuetudo sit jus

quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt, scriptura an ratione consistat; quandoquidem et legem ratio commendat. Porro, si ratione lex constat; lex erit omne, jam quod ratione constituerit; duntaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quasi communis suetudo et usus hominum. —

Quilibet autem populus potest Consuetudinem inducere localem. Sed ut valeat consuetudo, ac roboretur, quaedam sunt necessaria.

Primo ut sit rationabilis. Est autem rationabilis, cum tendit et accedit ad finem juris. Finis autem juris canonici et divini est felicitas animae. Finis vero juris civilis est bonum publicum. Ideo, si consuetudo tendit ad felicitatem animae, est rationabilis secundum jus Canonicum et divinum, si autem repugnat fini aeterno, est irrationabilis. De jure vero civili, consuetudo est rationabilis, si tendit ad bonum publicum. Et quia in hoc non sunt speciales regulae: dic, quod consuetudo, quae non est contra jus naturale, gentium, vel positivum, praesumitur rationabilis. —

Secundo requisitur, ut sit praescripta, id est habeat tempus debitum, et per cursum illius temporis, ad praescriptionem requisiti, firmetur. Sed hoc est tantum de jure canonico, et neque eo jure id requiritur nisi quando est contra jus positivum. De jure autem civili ad inducendam consuetudinem sufficit decennium, hoc est lapsus temporis decennalis, etiam in casu, qui est contra jus civile. Si autem est consuetudo contra jus canonicum, tunc requiritur spatium 40 annorum. Si tamen praeter jus introduceretur consuetudo, etiam de jure canonico decennium sufficere videtur. Hoc autem tempus 10 annorum incipit currere a tempore primi actus celebrati a populo.

Id vero quod dixi de jure civili, indistincte sufficere spatium decem annorum, hoc limita: nisi consuetudo induceretur in his, quae sunt reservata principi in signum supremae potestatis. Tunc enim non posset induci consuetudo, nisi esset tantum tempus, cuius initii memoria in contrarium non existeret.

Tertio, requiritur frequentia actuum ut est communis doctorum sententia. Dic tamen quod actus frequens de se non est necessarius ad consuetudinem inducendam, sed quia per usum colligitur consensus populi, qui plerumque non potest ex uno

solo actu colligi, igitur frequentia actuum est ut causa, consuetudo vero ut causatum. Requiruntur autem tot actus et ita notorii, ut verisimiliter transiverit in notitiam populi, non tamen actus, sed tacitus consensus populi inducit consuetudinem. Unde ubicunque ex conjecturis habetur tacitus consensus populi, tunc non curatur de magna frequentia actuum. Imo aliquando ex uno actu si habuerit causam suocessivam et continuationem per tempus, intra quod consuetudo inducitur, ut si quis supra viam publicam pontem habuerit, vel quid tale, potest induci consuetudo.

Prima Pars.

Titulus Primus. — In Prima siquidem eius parte de his quae at personarum rationem spectant, nobilitatis scilicet nostrae primordio, libertate, bonorum iuriumque possessionariorum acquisitione, gubernatione, divisione, venditione, alienatione, concambiali, permutatione, praescriptione, pignoratione, metali reambulatione, iurium Quartalitiorum ac Dotalitiorum solutione, bonorumque mobilium et immobilium aestimatione. In Secunda vero ipsius parte, de rerum ac causarum praetextu praemissorum bonorum et iurium possessionariorum aliorumque negociorum movendorum et suscitandorum processibus et executionibus, ac sententiarum, exinde ferendarum seriebus. In Tertio tandem et ultimo opusculi membro de causarum et actionum iudiciariarum in curiam regiam, per viam appellationis, ex omnibus regni comitatibus, atque de Croatia, Slavonia et Transilvania, sedibusque spiritualibus deducendarum ac transmittendarum ordinibus et modis. Item de liberarum civitatum legibus ac causis criminalibus, et earum decisionibus, cum correquisitis semper et necessariis circa praemissa materiis et rebus, sua serie tractabitur.

Titul. II. Sciendum in primis est, quod personarum, de quarum iuribus et consuetudinibus nunc agitur, aliae sunt spirituales, sive Ecclesiasticae, aliae vero seculares, et quamvis personae spirituales (quarum medio salutem humanam Dominus et Salvator noster administrari voluit) personis secularibus digniores habeantur, tamen omnes domini Praelati et Ecclesiarum Rectores ac Barones et caeteri Magnates, atque nobiles et Proceres regni huius Hungariae, ratione nobilitatis et bonorum temporalium, una eademque libertatis, exemptionis et immunitatis prae-

rogativa gaudent: nec habet dominorum aliquis magis, nec nobilis quispiam minus de libertate, hinc etiam una eademque lege et consuetudine, ac uno et eodem iuridico processu, in iudiciis utuntur, homagiorum duntaxat quantitas variatur. Nam domini et Praelati et Barones centum; nobiles vero quinquaginta, marcas pro homagiis suis consequuntur, ut infra clarius dicetur. Et hoc quoque non ratione libertatis, sed praetextu dignitatis et officii. Praelati ut puta occasione dignitatis sacerdotii, Barones vero respectu officii quo funguntur, et a principe sublimantur, unde et Regi propinquiores in stando vel sedendo, et primi in consilio voces emittendo, utque priores in rempublicam augmentando et defensionem patriae peragendo, caeteris nobilibus existunt, virtuteque dignitatis et officii merito praeferuntur.

Titul. III. — Postquam vero inspirante spiritus sancti gratia, ad cognitionem veritatis, Catholicaeque fidei professionem opera ipsius sancti Regis nostri, Hungari venere, et eundem sponte in Regem elegere pariter et coronavere, omnis nobilitationis et ex consequenti possessionariae collationis, qua nobiles decorantur, et ab ignobilibus segregantur, facultas, plenariaque potestas, in iurisdictionem sacrae coronae Regni huius, et per consequens in Principem ac Regem nostrum a communitate et communitatis auctoritate, simul cum imperio et regimine translata est, a quo iam omnis nobilitatis origo per quandam translationem reciprocam, reflexibilemque connexionem ita mutuo semper dependet, ut seiungi segregarique nequeat, et alter sine altero fieri non possit. Neque enim Princeps nisi per Nobiles eligitur, neque Nobilis nisi per Principem creatur, atque dignitate nobilitari decoratur.

Tit. IV. Et ista donativa libertas, per nostrates nobilitas apellatur, unde talium nobilium filii, merito haeredes et liberi nuncupantur, et huiusmodi nobiles per quandam participationem et connexionem immediate praedeclaratam, membra sacrae coronae esse censentur, nulliusque praeter Principis legitime coronati subsunt potestati.

Tit. IX. *De quatuor privilegiatis et praecipuis Nobilium libertatibus.*

Quamvis autem horum nobilium multae sint libertates per privilegia et constitutiones Principum explicatae, quatuor tamen censentur esse praecipuae, quas hic inserendas curavi.

Prima igitur est, quod ipsi nisi citati vel vocati ordineque

iudiciario condemnati fuerint, in eorum personis, ad quorumvis instantiam, vel clamores aut preces, nusquam et per neminem detineri possint. Violatur tamen haec libertas in factis, causisquae criminalibus puta homicidio deliberato, villarum combustione, furtoque et rapina, seu latrocinio atque etiam violento adulterio, in quibus honorem titulumque et libertatem nobilitatis quilibet amittit. Et sic poterit etiam per rusticam manum in loco delicti et criminis commissi, libere semper talis detineri, et juxta suos excessus condemnari, punirique merito valebit. Verumtamen si de loco delicti aufugerit, et manus adversantium evaserit, postea non aliter nisi citatione vel vocatione mediante, processuque iuridico damnari et agravari debebit.

Secunda libertas, quod nobiles totius regni, nullius praeterquam principis legitime coronati subsint potestati, et ipse quoque Princeps noster ad simplicem querelam et sinistram suggestionem alicuius neminem praeter viam iuris et altera parte non audita in persona, vel rebus suis, ordinaria autoritate impedire potest.

Tertia est, quod iustis eorum iuribus et omnibus proventibus intra terminos territoriorum suorum adiacentibus, liberam semper, prout volunt, fruendi habent potestatem, ab omnique conditionaria servitute ac datiarum, collectarum, tributorum, vectigalium tricesimarumque solutione, per omnia immunes ac exempti habentur, militare duntaxat pro regni defensione tenentur.

Quarta (ut reliquae praeteream) et ultima est, quod si quispiam Regum et principum nostrorum, libertatibus Nobilium in generali decreto excellentissimi Principi quondam domino II. Andrae Regis, cognomento Hierosolymitani (ad quod observandum quilibet Regum Hungariae, priusquam suum caput sacro dyademate coronaretur, sacramentum praestare solet) declaratis et expressis, contravenire attentaret, tunc sine nota alicuius infidelitatis, liberam illi resistendi et contradicendi habent in perpetuum facultatem. Per nobiles autem hoc in loco generaliter universos Dominos Praelatos, Barones, caeterosque Magnates et alios regni huius proceres intellige, qui (sicuti praenarratum est) una eiusdemque libertatis praerogativa semper muniuntur.

Tit. X. Quia dictum est superius, quod omnis liberitatis et possessionariae collationis plenaria potestas in Principem no-

strum translata sit, ideo advertendum, quod Princeps ipse noster, universorum dominorum Baronum et Magnatum ac aliorum regni Nobilium, possessionatorumque hominum, in casu quo quis eorum sine haeredibus et posteris decesserit, verus et legitimus successor sit. Omnia enim bona et iura eorum possessionaria ab ipsa sacra Regni Hungariae corona, virtute translationis praenotatae, originaliter dependent et ad eandem semper respiciunt, devolvunturque, eorum possessore legitimo deficiente.

Tit. XI. Sciendum autem, quod licet Papa, seu summus Pontifex utramque iurisdictionem, temporalem scilicet et spiritualem habeat; in collationibus tamen beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium in hoc regno, summus ipse Pontifex nullam iurisdictionem exequitur, praeter confirmationis auctoritatem.

Tit. XL. De divisionibus bonorum paternorum et avitorum inter fratres fiendis. Unde notandum, quod universa bona et quaelibet iura possessionaria Dominorum Baronum ac Magnatum et Nobilium paterna et Avita, quocunque nomine censentur, inter filios eorundem Dominorum et Nobilium, fratres scilicet carnales, aequaliter dividantur, et quot sunt fratres, in tot sequestrantur partes. Domus autem paterna filio juniori deputatur ad residendum et habitandum, ita tamen ut caeteris quoque filiis, seu fratribus de communi proventu huiusmodi bonorum et iurium possessionariorum, aliae domus illi paternae similes, in loco communi ubi videlicet illorum quilibet voluerit exstruantur et aedificentur habitandae, ad quas de terris arabilibus, silvis, pratisque et foenilibus consimiliter communibus tot et tantum, quot scilicet et quantum ad ipsam domum paternam spectare dinoscitur excidatur et sequestretur, atque annectantur perpetuo possidenda pariter et habenda. Et hoc verum est, si tantum habuerint de communibus terris silvisque et pratis ut huiusmodi divisio eorum debite peragi et expediri possit. Nam alioquin omnes terrae, ac silvae, prataque et foenilia ad dictam domum paternam attinentia et pertinentia in tot debebunt dividi partes, quot de novo aedificabuntur domus nobilitares, et ad quamlibet illarum domorum aequalis portio assignabitur utenda. Inclusa tamen semper illa quantitate, atque portione terrarum ac silvarum, et pratorum, quae ad sessionem, vel locum sessionis Jobagionalis, in cuius scilicet facie domus nova construetur, spectabat atque pertinebat.

Tit. CXXXIII. Quid sit, et qualiter fiat bonorum mobilium et immobilium aestimatio. Quoniam autem ad nonnullorum negotiorum expeditionem pernecessaria est bonorum aestimatio, ideo series ac modus eius hic merito subnecti debet.

Unde notandum est, quod iuxta veterem et approbatam huius Regni nostri consuetudinem, aestimatio dicitur: Bonorum mobilium et immobilium, competentis valoris, limitata quaedam, ac statuta taxatio. Vel aliter aestimatio: est rei mobilis et immobilis, secundam sui aequivalentiam vel valorem, taxata quaedam limitatio. Et duplex est aestimatio scilicet *perennalis* et *communis*. Aestimatio perennalis, quae in iuribus duntaxat possessionariis et non rebus mobilibus fieri solet, decies tantum facit, quantum communis.

In aestimatione namque communi, una sessio jobagionalis populosa, pro una marca, seu ad unam Marcam quatuor florenis facientem: in perennali vero aestimatione ad decem Marcas, quadraginta florenis continentis computatur. Quae perennalis aestimatio, paucis in rebus ac causis committatur, sed universus fere coetus dominorum praelatorum, ac baronum, magnatum et nobilium aestimatione communi (ut plurimum) utitur. Nisi enim in fassionibus vel obligaminibus quorumpiam, aestimatio perennalis claro sermone declarata aut in constitutionibus regni publicis expressa fuerit, ejus usus raro admittitur. Cuius quidem aestimationis[1] series hoc modo sequitur:

Castrum lapideum, aestimatur ad marcas		Centum
Item monasterium sive claustrum sepulturam patronorum et aliorum specialium nobilium habens aestimatur ad	m.	100
Ecclesia cum duobus pinnaculis ad modum monasterii fundata; aestimatur ad	m.	50
Ecclesia cum duobus turribus seu duobus pinnaculis, non penes monasterium existens, vel non per modum monasterii fundata: ad	m.	25
Omnes aliae ecclesiae matronae,[2] cum una turri, sepulturam habentes, ad	m.	15
Sine turri autem constructae, tamen cum sepultura; ad	m.	10

[1] Régi jegyzet: communis.
[2] Anyaegyház.

Capella lignea, seu sacellum non lapideum, sepulturam tamen continens ... ... m. 5

Absque sepultura vero; ad ... ... m. 3

Ecclesiae autem et capellae extra matronam ecclesiam fundatae, non ponuntur in serie aestimationis.

Item sessio seu curia nobilitaris populosa; ad ... ... m. 3

Habitatore vero carens; ad ... ... m. $1^1/_2$

Aedificiis autem omnino destituta; ad ... ... m. 1

Item sessio jobagionalis populosa ad ... ... m. 1

Deserta vero, sed aedificia habens ad ... ... m. $^1/_2$

Aedificiis autem penitus carens, tamen in ordine aliarum sessionum sita, ad quartam partem unius Marcae vid. ... ... den. 100

Extra ordinem siquidem aliarum sessionum posita; pro campo reputatur, et in ordine aestimationis non computatur.

Item Pomarium nobilium adultis fructiferis arboribus consitum, in uno jugero terrae regalis mensurae adjacens ad ... ... m. 3

In insula tamen Challóköz quaelibet arbor adulta et functifera aestimatur ad 100 den. usque numerum 12 arborum; ultra vero duodenarium ipsum numerum, quotquot sunt arbores, simul tamen computatae, aestimantur ad ... ... m. 3

Pomarium vero jobagionale extra villam habitum ... m. 1

Retro autem, seu penes sessionem existens, non ponitur in aestimationis serie.

Item terra communis vel arabilis ad unum aratrum regalis mensurae sufficiens ... ... m. 3

Item silva communis, de qua decima porcorum vel tributum generaliter non exigitur, nec habet aliquem certum proventum, aestimatur sicut terra communis, ad unam aratrum videlicet regalis mensurae adjacens ad ... ... m. 3

De rubetis etiam et virgultis idem est sentiendum.

Item silva magna, quae alias *permissoria*[3] dicitur, pro communi opere et labore apta, intra quanti-

[3] Szabad erdő.

tatem 3 aratrorum regalis mensurae existens, quodlibet aratrum ad ... ... m. 10

Ultra vero 3 aratra adjacens non aestimatur, sed ad ipsa solummodo tria aratra reducitur. aestimanda.

Item silva maior, puta dolabrosa et glandifera, seu sub dolabro et venatione existens, ac pro quolibet opere et artificio valens, in spatio vel quantitate trium aratrorum regalis mensurae adjacens; quodlibet aratrum aestimatur ad ... ... m. 50

Si vero proventus eius annualis bene potest computari, si fuerit glandinosa, tunc pro decies tanto aestimatur, quantum facit proventus suus annualis. Ultra vero ipsa tria aratra non aestimatur.

Item si terra arabilis non extendit se ad unum vel medium aratrum regale, ita videlicet ut si fuerint 5—6. vel 10. etc. jugera, tunc (opinione nonnullorum) quodlibet jugerum aestimabitur ad denarios 40. Et de silva quoque permissoria et nemore idem dicunt esse tenendum.

Verumtamen haec limitatio pro communi aestimatione accepta, respectu praecedentis, iusta et recta esse non videtur, sed omnino abjicienda censetur. Nam si terram, vel silvam communem ad unum aratrum regale sufficientem, ad 3 Marcas aestimabis, et aratrum ipsum ad centum ac quinquaginta jugera regalis mensurae sequestrabis, tunc si bene computabis, non plures quam duodecim den. ad quodlibet jugerum terrae cedent, et 4. tantum jugera inaestimata manebunt, quae ad 50 den. se extendent. Quinquaginta autem den. ad 150 obolos seu quadrantes commode dividi non possunt, ideo quatuor illa jugera, consideratione maioris partis, ut inaestimata maneant, necesse est.

In supputatione siquidem silvae permissoriae, vel nemoris pro communi opere valentis, ad unum aratrum se extendentis, quod ad m. 10 aestimatur, quodlibet jugerum ad den. 26 cum obulo taxari vel aestimari debebit, et pro superfluo seu residuitate, den 25. habebit. Si vero aliter ad marcas summam ipse dividere volueris; tunc quodlibet jugerum ad den. 27 aestimabitur, et den. 7. superaddere debebis. De praenarrata quoque terra, idem (si volueris) cum supradditione facere valebis.

Item pratum, seu foenetum, ad unam falcem sufficiens, vel alias in uno jugero terrae regalis mensurae adjacens ad unum quartale, vid. denariis 100

Foeneta autem in campestribus, quae falcari quidem possunt, raro tamen vel nunquam defalcantur, in ordine aestimationis non ponuntur.

Item molendinum subtus vel desuper currens et tempore aestus non deficiens ad m. 10

deficiens autem ad ... ... m. 6

Molendinum desuper volvens et tempore siccitatis non deficiens ad ... ... m. 5

deficiens autem ad ... ... m. 3

Locus molendini deserti subtus currentis ad m. 3

desuper autem volventis ... ... m. $1^1/_2$

Item fons scaturiens, seu puteus effluens, et non deficiens, in quacunque possessione de quo populus portare solet; ad marcas $2^1/_2$. Si autem plures fuerint, non aestimantur, sed ad unam solum includuntur omnes, quoniam ad usum unius villae sufficit puteus unus.

Item piscina effluens et non deficiens ... ... m. 10

Non effluens autem et tempore siccitatis deficiens ad m. 5

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus et Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Slavoniae Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. etc. Memoriae commendamus quibus expedit universis: quod, cum hoc regnum Nostrum Hungarie ob ea Bella, quae post interitum dive memorie serenissimi Regis Ludovici domini predecessoris nostri, inter Nos et Ser^{mum} Principem dominum Ferdinandum divina favente Clementia Romanorum semper augustum, ac Germaniae, Hungariae, Dalmaciae, Croaciae etc. Regem, Infantem Hispaniarum, Archiducem Austriae, ducem Burgundie, Silesie, Brabantiae, Stirie, Carynthie, Carniole, Wyrtemberge etc. Principem Suevie, Marchionem Moravie, Comitem Habsburgi Tyrolis etc. Lantgravium Alsacie etc. fuerunt variis calamitatibus et erumnis afflictum ita laboraret, ut parva admodum, spes superesset eius conservandi, vel in aliquam pristinam formam redigendi, Belgrado primum, precipuo tunc Reip. Christiame propugnaculo adempto, paulopost ipso nos ex certa scientia, animo deliberato, maturo consilio principalium consiliariorum nostrorum habito de plenitudine nostrae Regiae potestatis, ad laudem et gloriam dei omnipotentis, ad honorem eius genitricis gloriosae Virginis Mariae, Patronae Hungariae, pro consolatione et quiete tot afflictorum et oppressorum pro salute et defensione ac liberatione istius incliti Regni et libertatum eiusdem conservatione, pro exaltatione universae reipublicae christianae cum praefato

Ser^mo Rege Joanne, medio dicti D. Archiepiscopi Lundensis.[1] oratoris et commissarii in hac parte tam Caesareae et Cath. Ma^tis[2] quam nostri vigore pleni mandati sibi ab utriusque nostrum traditi, pacem, amicitiam, fraternitatem et confoederationem tamdiu exoptatas, fecimus, firmavimus et stabilivimus in hunc qui sequitur modum. |

1. Inprimis, quum Caesarea et Cath. Reg. Ma^tas praefata sua sponte ex singulari benevolentia et charitate Ser^mum Regem Joannem in fratrem adoptivum accepit; ideo nos quoque eundem in fratrem adoptivum et confoederatum nostrum accipimus, ita ut inter nos et dictum Ser^mum Regem Joannem sit firma, stabilis et perpetua (domino deo favente) pax, confoederatio amicitia et vera ac syncera fraternitas, pro conservatione regnorum, dominiorumque et provinciarum communium, pro salute et liberatione istius afflicti regni nostri Hungariae et totius reipublicae christianae, contra quoslibet hostes et inimicos communes, tam externos, quam intestinos.

2. Item, quod Caesarea Ma^tas simul et nos, literis utriusque nostrum mediantibus et aliis modis, quibus poterimus firmioribus Sr^mum Regem Joannem et Regnum istud nostrum Hungariae assecuremus, curam et diligentiam quanto maiorem poterimus gerere et adhibere, de regni istius nostri Hungariae, partiumque ei subjectarum tutela et defensione; et inter alia Ma^tas sua Caesarea juxta suam oblationem, oratoribus ipsius Ser^mi Regis Joannis proxime Neapoli, ut fertur, factam, de recuperatione Belgradi cum auxilio dei singularem curam geret.

3. Item, quod eam ob causam Ser^mus Rex Joannes renunciavit ex nunc omnibus confoederationibus et amicitiis quas cum quibusvis regibus et principibus[3] et aliis, quorum nomina hic pro expressis habere voluit, contra Ma^tem Caesareani et nos. Et hoc idem faciemus Caesarea Ma^tas et nos erga Ser^mum Regem Joannem. Sed quia dictus Ser^mus Rex Johannes cupit satisfacere honori suo cum confoederatis amicis suis, quos

[1] Weze János lundi érsek, (Svédországban, akkor még Dániában) V. Károly császár diplomatája, ki Károly és Ferdinánd megbizásából több éven át folytatta János királylyal azon tárgyalásokat, melyek 1538 február 24-én a nagyváradi béke megkötésére vezettek.

[2] I. Ferencz franczia király, VIII. Henrik angol király, a bajor herczegek és a protestáns német fejedelmek.

hucusque habuit, et ut Regnum istud nostrum Hungariae et respublica christiana omnibus communibus viribus et auxiliis defendatur, licebit ipsi Regi Joanni admonere Confoederatos et amicos (suos) de hac pace et confoederatione cum Caesarea Ma^{te} et nobiscum inita, et hortari eos, ut et ipsi hanc confoederationem christianae reipublicae defendendae cum Caes. Ma^{te} et nobiscum amplectarentur, cum consensu praefatae Caes. Ma^{tis} et nostro.

4. Item quod a modo deinceps Caes. Ma^{tas} et nos in literis nostris et alios ubique dictum Ser^{mum} Regem Joannem fratrem nostrum et Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regem scribamus et nominemus, id quod ipse quoque faciet erga Ma^{tem} Caesaream, Nos et filios et heredes utriusque nostrum.

5. Item quia oratores Ser^{mi} Regis Joannis dicunt, Caes. Ma^{tas} medio Dni de Granvellio[4] primi Consiliarii sui ipsi Regi Joanne se ad hoc obtulisse, ut si Ser^{mus} Rex Joannes ex dei munere filium habuerit, una ex filiabus nostris ei desponderi debeat: ideo propter maiorem firmitatem et stabilitatem amoris et benevolentiae mutuae inter Caes. Ma^{tem} et Nos hanc oblationem suae Caes. Ma^{tis} dictus Ser^{mus} Rex Joannes benevole acceptavit et hoc ita fieri exoptavit. (Et quamvis de praemissis nihil nobis constet, tamen in iis nos ad Caes. Ma^{tem} remittimus.)

6. Item quod Caes. Ma^{tas} illam quam ipse Ser. Rex Joannes in uxorem et consortem acceperit, in filiam adoptivam et filios vel filias ex ea nascituros, similiter in filios et filias adoptivas propter maiorem et solidiorem inter praefatam Caes. Ma^{tem} et nos ac Ser^{mum} Regem Joannem mutuam connectionem, accipiat.

7. Item, quantum ad Regni Hungariae statum et eius administrationem attinet, ita inter nos ordinatum et conclusum est, ut quilibet nostrum eam partem Regni, et provinciarum ei subiectarum, quam nun de facto tenet, libere, ex omni regiae potestatis plenitudine teneat et possideat, sub limitibus per octo homines hungaricae nationis, qui situm et terminos et conditionem comitatuum sciunt, per utrumque nostrum eligendos, ponendis, Sclavonia cum Croatia et Dalmatia in manibus nostris, Transilvania vero subditione potestateque Ser^{mi} Regis Joannis permanente, et hoc vita ipsius Regis Joannis durante. |

[4] Granvelle Perrenot Miklós, előkelő franche-comte-i családból, V. Károly császár államtitkára.

8. Ex quo antem Ser^mus Rex Joannes nunc et uxore et liberis caret, posteaquam dei vocatione ex hac luce decesserit, etiam si filium tunc haberet, ob respectum tamen salutis istius regni et reipublicae christianae quam ex hac pace et confoederatione, auxiliante magno deo, certo speramus, et ut per hoc tot malis, quae istud regnum per hos annos superiores et amplius perpessum est, finis iam tandem imponatur, volens in hac parte Ser^mus Rex Joannes decus suum et familiae suae, posterumque suorum saluti publicae postponere, ad hoc condescendit, ut post mortem suam etiam si ut supradictum est, filium habuerit, universum Hungariae Regnum, cum omnibus regnis, provinciis ac partibus ei subiectis et cum omni plenitudine juris regii, administrationeque regni et provinciarum ipsarum in nos, vel nobis interim premortuis, in filium nostrum, quem Regnum istud communi consensu in Regem eligere tenebitur, et illo quoque defuncto, in eius legitimos heredes ac successores ex filiis et heredibus eorum legitimis descendentes, et illis quoque e medio sublatis et deficientibus, in Caesarem Ma^tem et ipsius filios et legitimos heredes devolvatur et condescendat, devolutumque et condescensum habeatur ipso facto.

9. Item ad roborandum huiusmodi successionem, ut de ea Nos, filiique nostri simul cum Caesarea Ma^te, nostrique legitimi heredes, certiores et securi reddantur, universi domini Praelati et Barones, magistratusque et officiales, quocunque nomine censeantur, imo etiam potiores nobiles, insuper magistri Civium ac judices, iuratique cives liberarum civitatum totius regni et provinciarum ei subiectarum debeant et teneantur tempore publicationis huius confoederationis et pacis homagium sive fidelitatis iuramentum in casu praemisso observandum, nobis filiisque et heredibus nostris ab Caesarea Ma^tis conditione de ducatu Scepusiensi inferius declarata, coram nobis vel Oratoribus nostris praestare, et literas etiam super hoc dare, domini quidem seculares pro se et suis heredibus, civitates vero pro se et eorum successoribus.

10. Item quotiescunque Praelatum aliquem decedere aut praelaturam vel magistratum, seu officialem quempiam mutari quovismodo contigerit, toties novus praelatus sive magistratus vel officialis, ante dignitatis vel magistratus aut officii apprehensionem simile Juramentum fidelitatis prestare et inde similes

etiam literas dare tenebitur. Et literae huiusmodi per Ser^mum Regem Johannem dabuntur vel mittentur ad manus nostras, vel oratoris nostri, sive oratoris Caesarei, si tunc in regno fuerit, et hoc infra duos menses a tempore praestiti Juramenti.

Civitates autem liberae teneantur dare similes literas, per ipsum Regem Johannem nobis mittendas, vel oratori nostro dandas, de quinquennio ad quinquennium, si ita Caesareae Ma^ti et nobis videbitur.

Filii vero Baronum et principalium nobilium arces habentium, quando mortuo patre in hereditatem paternam et dominum successerint, in aetate legitima existentes, praestabunt simile iuramentum et dabunt similes litteras, quae etiam intra spacium sex mensium per Ser^mum Regem Johannem mittentur ad manus nostras vel nostri oratori dabuntur.

11. Item si Ser. Rex Joannes Dei benignitate filium habuerit, ex tunc et eo casu totum patrimonium suum, (universa) videlicet castra, castella, civitates, oppida, villae, possessiones, praedia, et quaelibet jura possessionaria ubilicet intra ambitum istius nostri Hungariae, partiumque et provinciarum ei subiectarum habita et existentia, quocunque nomine vocitata, tam paterna et hereditaria, quam etiam per ipsum Johannem acquisita et legittime acquirenda; alia etiam omnia, quae loco pignoris a Ser. D. Hungariae regibus usque ad tempora disturbiorum post mortem et interitum Ser^mi Dni Ludovici regis sequuta pacifice possedit, usque ad tempus redemptionis in filium eius devolvi et condescendere debeant, devolutaque et derivata habeantur ipso facto. Ex quo quidem patrimonio Caes. Ma^tas novum ducatum sub titulo Scepusiensis, quo ipse Ser^mus Rex Johannes, antequam ad hoc Regnum assumptus est, usus fuit, cum jurisdictione Comitatus Scepusiensis, pro ipso filio suo erigere instituereque debeat.

Patrimonium vero totum, tam videlicet sub ipsius Regio Johannis, quam nostra potestate existens et habitum, communi huius regni et partium ei subiectarum contributione, prout in generali diaeta pacis publicandae nobis et eidem Regi Johanni a Regno Hungariae visum fuerit, de manibus illorum, apud quorum manus nunc existit, redimi debeat, eiusmodi autem redemptio intra spacium duorum annorum fieri debeat effective a tempore publicationis pacis.

12. Item, quod pars illa patrimonii, quae nunc est sub potestate et ditione nostra, sit in manibus Caes. Ma^{tis} nomine sequestri, tamquam apud manus communes, usque ad tempus successionis praenotatae.

13. Item quod nos vel filius noster aut heredes predicti regnum et possessionem regni nequeant pro se interim, nec dni Praelati et Barones, Nobilesque (et Civitates) ac alii suprascripti ad obedientiam eis exhibendam teneantur, donec Ducatus ipse Scepusiensis, una cum jurisdictione predicti Comitatus Scepusiensis et aliis bonis praenarratis in manus et potestatem ducis, filii scilicet ipsius Regis Joannis fuerit assignatus, et pro maiori securitate consequendi huiusmodi ducatus, tempore iuramenti quod nobis in eadem diaeta publicandae pacis praestabunt, teneantur ipsi Ser^{mo} Regi Johanni etiam super hoc iurare quod non aliter observabunt juramentum nobis, Ferdinando, vel filio nostro prestitum, nec aliter obedientiam nobis exhibebunt, nisi prius ducatu ipso ad manus filii ipsius domini Regis Joannis assignato. Cum primum tamen ducatus ipse cum ceteris bonis praenarratis filio suo restitutus fuerit, eo ipso Praelati, Barones, Nobiles et alii suprascripti teneantur ad omnia praemissa fideliter observanda. Et hoc eo modo intelligendo et interpretando, quod uno et eodem tempore consignatio ducatus in manibus filii ipsius dni Regis Johannis et consignatio regni in omnibus Arcibus et attinentiis in manus nostras aut heredum nostrorum praedictorum fieri debeat.

De posthumo quoque filio hoc idem, quod praemissum est intelligatur.

Quo tandem ducatu consignato et restituto, Caes. Ma^{tas} et Nos ac nostri heredes praefatum ducem, filium videlicet ipsius dni Regis Johannis eiusque heredes in dominio et possessione praescripti ducatus ac patrimonii, Civitatumque oppidorum et possessionum praedictarum contra quoslibet legittimos et illegittimos turbatores et impeditores successivis semper temporibus defendere atque conservare teneantur.

14. Item, quod si Ser^{mus} Rex Johannes prole virili destitutus fuerit, ob hoc ut Caes. Ma^{tas} maiorem habeat ad istud Regnum tutandum et defendendum affectionem et propensitatem, integra medietas totius patrimonii suae Caes. Ma^{ti} sub conditionibus tamen infrascriptis cedat, alia integra medietate ad dis-

positionem dicti dni Regis, sive in vita sive in mortis articulo, libera ei remanente.

15. Item quod remanente post mortem eiusdem Regis Johannis Regina consorte sua superstita absque liberis, eo tunc directa medietas patrimonii sui, ea videlicet, quae in sortem Caes. Ma^{tis} cedere debebit, censeatur eidem dnae Reginae ita obligata et inscripta esse, ut quousque ipsa ad secunda vota se non transtulerit, possideat eandem medietatem, cum omnium fructuum et utilitatum perceptione, teneaturque Ma^{tas} Caesarea in eo casu manibus suis illam medietatem assignare. Quae quidem Regina, ubi ad secundas nuptias se contulerit, deposito, solutoque ei dotalitio suo, centum sex millibus florenis hungaricalibus in auro, teneatur Caesareae Ma^{ti} vel filiis et heredibus eius Regina ipsa medietatem ipsam pacifice remittere atque resignare.

16. Item ubi super huiusmodi dote seu dotalitio sua ipsa vivente, satisfactio impensa non fuerit, ex tunc in testamento quoque suo liberam de eo habeat, prout voluerit, disponendi auctoritatem.

17. Item si Ser^{mus} Rex Johannes filias habuerit, Nos vel filius noster, successor videlicet noster et heredes nostri teneantur post mortem ipsius dni Regis Johannis, si interim eas matrimonio non locaverit, decenter et honeste, tamquam filias Regis Hungariae nuptui dare.

18. Item ubi ad sucessionem praemissam ventum fuerit, antequam Nos vel filius aut heredes (nostri) predicti regimen et possessionem Regni provinciarumque et partium ei subiectarum suscipiant, super observandis libertatibus, decretis, legibusque et consuetudinibus Regni, more divorum Hungariae Regum teneantur juramentum reale solemniter prestare.

Es quia nos alias tempore nostrae in Regem Hungariae electionis promisimus jura et libertates regni Hungariae observare et super hoc literas etiam regno et illis, qui tunc nobis adherebant, dedimus; ideo similes literas etiam illis, qui post obitum ipsius dni Regis Johannis, et secuta successione in nostram obedientiam sunt venturi, tempore publicationis huius pacis et juramenti ipsorum Regnicolarum dare teneamur: Et si utrique nostrum visum fuerit, aliqua alia in dieta publicandae pacis addere, hoc in arbitrio utriusque nostrum erit.

19. Item in eadem dieta tractari debebit de quinque castris,

videlicet Warkenstein, hoc est Frakno, Ferrea Civitate, Kismarthon dicta, Gunns, Keuzeg appellata, Kobolsdorff, Kobol nominata, et Rehnycz, hoc est Rohoncz.[5]

22. Item quod omnium subditorum utriusque nostrum, nemine prorsus excepto, etiam externo cuiuscunque dignitatis fuerit, omnia bona tam ecclesiastica quam secularia post obitum Ser^mi principis quondam D. Ludovici Regis ad haec usque tempora propter hostilitatem inter nos et ipsum D. Regem Johannem habitam, violenter occupata, donationibus seu venditionibus utriusque nostrum super eisdem bonis hactenus quibuscunque datis vel factis non obstantibus, publicata pace, de facto illis, quorum fuerunt, pacifice possidenda remittantur.

De castro autem Saaros cum Sp^li ac Mg^co Petro de Peren per Regnum concordari debebit, absque praeiudicio et aliquo onere nostro.[6]

23. Item omnia etiam bona et omnes proventus omnium ecclesiarum per haec eadem disturbiorum tempora qualitercunque et per quoscunque ab eisdem Ecclesiis hactenus violenter occupata et adempti fuerint, eisdem ecclesiis, quarum ab antiquo sunt et fuerunt, tempore publicatonis dictae pacis, de facto pacifice possidenda, percipiendique remittantur. Et quidem bona ecclesiastica de manibus secularium excipiantur.

24. Item, quod nullus nostrum in sua ditione permittat fieri diffidatores; si qui vero temerarie insurgerent, teneamur ambo, mutuis auxiliis illos confestim exterminare.

25. Item, quod subditi utriusque nostrum nequeant deficere seque conferre cum bonis suis in unam vel alteram partem; et nec per alterum nostrum acceptentur. Quin potius mutuis nostris auxiliis sive prelati sive Barones cum arcibus, sive Civitates vel alii quicunque existant, qui id facere attentarent, illi cui antea nostrum parebant rursus subjici cogantur.

26. Item, quod omnes captivi propter hostilitatem ultro citroque capti, ex nunc libere dimittantur.

[5] E várak még az 1491-diki Ulászló és Miksa között kötött békében kerültek zálogbirtokok gyanánt az osztrák ház birtokába s azóta Ausztriához számíttattak. Többszöri sürgetés után csak a 17. században II. Ferdinánd alatt csatoltattak ismét Magyarországhoz.

[6] Sáros várát Perényi Pétertől, ki ez időben János király pártján állott, 1537-ben foglalta el Fels Lénárt Ferdinánd hadvezére.

27. Item, quod omnia castella et fortalicia aliaeque munitiones inter haec disturbia per subditos utriusque nostrum quorumlibet et ubicunque erecta et constructae penitus distrahantur, et publicata pace demoliantur.

28. Item, quod donationes et privilegia utriusque nostrum sub jurisdictione cuiuslibet nostrum rite legitimeque confectae et emanata, ac in futurum quoque conficiendae et emananda rata semper maneant atque firma.

31. Item quod ad eos, qui huic paci et mutuae confoederationi nostrae ordinationique consentire et obedire nollent, domandos atque castigandos deputentur ab utroque nostrum statim facta pace mille equites, et totidem pedites pixidarii, vel quot videbuntur necessarij, et capitanei utriusque nostrum cum huiusmodi gentibus cogant illos et per omnia remedia compellant ea, quae per nos mutuo ordinata statutaque sunt, rebelles ipsos inviolabiliter observare.

32. Item, quod quandocunque exercitus aliquis generalis vel particularis navigio aut super terram in Hungariam de partibus Germaniae descenderit atque venerit, utrique nostrum et isti regno nostro Hungariae damnum violentiamque non inferant: sed absque omni dolo fraudeque et damno procedant.

33. Item ordinatum et conclusum est, quod Civitates montanarum,[7] cum ipsis montanis et mineris, item Castra, Antiquum Zolium, O-Waar, Munkatsch et Huzt cum cameris salium et alia bona universa, quaecunque Ser. principi D. Mariae Hungariae etc. Reginae, (sorori nostrae char^{mae}) temporibus SS. quondam DD. Wladislai et Ludovici regum inscripta sunt, iuxta formam inscriptionum vita eius durante illi maneant illaesa, et si quae fuissent oblata, tempore publicationis pacis restituantur; ita tamen ut de Castro Diosgyeor modernus possessor vel via juris, vel concordiae per ipsam D. Reginam contentetur, et tunc castrum illud restituere teneatur; et ea mortua bona praescripta ad nos et heredes nostros in Regno successores praedictos devolvantur.

34. Item, quod sal Transilvanum nonnisi in dominio, et sub ditione Ser^{mi} D. Johannis Regis vendatur et dipensetur. E converso autem sal Maromarosiense sub ditione solummodo nostra

[7] Ezek névszerint a következők: Körmöcz, Selmeczbánya, Beszterczebánya, Bélabánya, Libetbánya, Breznóbánya, Ujbánya és Korpona.

venditioni exponatur et in usus necessarios convertatur, sub poena perditionis salis.

35. Item, quod facta pace nemo nostrum nova vectigalia, hoc est Tricesimas aut Thelonia in ditione sua in praeiudicium ditionis alterius nostrum imponat.

36. Item si hostis communis contra nos ambos vel alterum nostrum interim quo pax ipsa publicabitur, expeditionem generalem vel particularem faceret, ex tunc iuxta temporis exigentiam, tamquam fratres et amici mutuo nos iuvabimus.

37. Item, quod nemini subditorum utriusque nostrum Castra, Castella, Civitates munitas vel alias munitiones sub poena perpetuae infidelitatis per nos ambos irremissibiliter exequanda furto, proditione aut alia quamvis arte liceat subintrare et occupare, et si quae erunt ablata, his quorum erant, restituantur, damnaque alia refundantur.

38. Item, quod nemini subditorum utriusque nostrum, cuiuscunque status et conditionis existat, sub poena in generali decreto istius regni Hungariae expressa, ullam monetam cudere vel cudi facere permittemus; de moneta autem sub utriusque nostrum cudenda, mutuo nos concordabimus.

39. Item, quod medietas Castri Thockay, ex quo alia medietas nunc est in manibus ipsius D. Regis Johannis et castrum Regecz[8] ei restituantur tempore publicationis pacis, iustis tamen debitis et inscriptionibus, quae ad dicta castra facta esse dinoscuntur, primitus persolutis. Itaque Ser^mus^ Rex Joannes non teneatur persolvere nisi pro media parte inscriptionis Castri Tockay; ipsum autem Castrum Tockay, quousque fuerit ipsi Regi Joanni integre eliberatum, maneat interim in eodem statu in quo nunc existit.

40. Item, quia Ser^mus^ Rex Joannes totam intentionem suam ad hoc tendere declaravit, quomodo Regnum Hungariae conservetur et liberetur et simul cum republica Christiana salvum permaneat, seque eam habere fidem et spem Caesarea Ma^te^ quemadmodum et nos quoque indubitatam habemus, quod ipsius Ma^tas^ nihil tale in hoc negotio decernet, nisi quod manifeste

[8] E várakat közvetlen a béke megkötése előtt 1537-ben foglalta el Fels Lénárt s Tokajt Ferdinánd azonnal 40,000 frtba Serédy Gáspárnak inscribálta. (Károlyi Árpád, Adalék a nagyváradi béke történetéhez. Századok. 1878. évf. 688. l.)

cognoverit esse ad salutem istius regni et reipublicae Christianae, nec tale aliquid uterque nostrum facere volet, per quod sequeretur ruina et excidium istius regni. Ideo ambo Nos publicationem ipsam pacis[9] publicam hostis declarationem et nominationem hostis communis Ser^mus Rex Joannes remisit ad declarationem suae Caesareae Ma^tis; cuius etiam declarationi propter praemissa stare pollicitus est; sicuti et nos illud idem promittimus, simul et suas et subditorum suorum vires pro posse ad defensionem et liberationem istius extendere ita, ut nos idem faciemus; quo communibus viribus regnum istud ab hostium infestatione salvetur et liberetur,[10] et si opus esse videbitur, rursus tunc praesentes litterrae renovabuntur cum expressione nominis ipsius hostis communis.

41. Item in casu quo Caesarea Ma^tas ac nos in semine masculino deficere contingeret, eo tunc successio regni praenarrata devolvatur in filios et heredes ipsius Ser^mi Regis Joannis, si qui, deo favente, superstites erunt; illis vero non existentibus libera Regis electio rursus apud gentes hungaricas iuxta eius pristinam legem atque libertatem maneat.

42. Item, quod si Ser^mus Rex Joannes propter amicitiam Caesareae Ma^tis et nostram de isto regno nostro per hostes (quod deus procul avertat) exturbaretur, tunc in eo casu Caesarea Ma^tas et nos teneamur sibi de statu honesto et decenti et tali quidem ut tam ipse honestam vitam agere, quam etiam dominis et servitoribus suis, qui illi secuti fuerint, commode providere queat.

43. Item, quod unus per totum regnum communi voto palatinus iuxta vetustam legem et libertatem Regni in dieta seu conventu generali publicandi pace eligatur. Alios autem honores seu magistratus, puta, Cancellarium, Judicem Curiae, magistrum Tavernicorum, Ceterosque iudices ordinarios et prothonotarios

[9] Itt ugy látszik a másoló egy szót kifelejtett; talán igy egészithetjük ki: Ideo ambo Nos publicationem ipsam pacis volumus, sed publicam etc.

[10] Egy jegyzetben e ponthoz mellékletben ez áll: Hoc amplius habetur in literis Caesareae Mattis:

Ideo ex praemissis causis publicationem et declarationem supradictas in praesentia in aliud tempus conveniens remisimus, per nos aut praefatum Archiepiscopum Lundensem, oratorem et mandatarium nostrum suo tempore, cum ita videbitur expedire faciendam.

Et si etc.

quilibet nostrum per se habeat quemadmodum inter nos conveniemus.

De aliis ad bonum et quietum regni statum pertinentibus in ipsa dieta generali tractari debebit.

Caesarae Ma^tis Articulus.

44.[11] Item quia tercio ab hinc anno in civitate nostra Neapoli cum oratoribus Ser^mi regis Joannis prolocutum est, ut si ipse Ser^mus rex Joannes dei munere filium habuerit, una ex filibus Ser^mi fratris nostri regis Ferdinandi ei desponderi debebit; quam oblationem propter maiorem firmitatem et stabilitatem amoris et benevolentiae mutuae inter nos, praefatum Ser^mum regem Ferdinandum et regem Joannem, idem Ser^mus rex Joannes benevole acceptavit, et hoc fieri exoptat. Praefatus autem Ser. rex Ferdinandus se in hoc casu ad nos remisit. Ideo nos ob causas suprascriptas stabiliendi amoris et benevolentiae inter nos et praefatos reges, procurabimus, ut in eventum praenarratum quo supradictus Ser. rex Joannes filium dei munere susceperit, is cum aliqua ex filiabus Ser. regis Ferdinandi matrimonio iungatur.

45.[12] Item, quod nos illam, quam ipse Ser. rex Joannes in uxorem et consortem acceperit, in filiam adoptivam, et filios et filias ex ea nascituros similiter in filios et filias adoptivas propter maiorem et solidiorem inter nos et praefatos principes mutuam coniunctionem accipiemus, ita videlicet, quod eos vel eas non aliter habebimus commendatos, ac in nostram curam et protectionem suscipiemus et per praesentes in eum casum suscipimus, quam si ipsa conthoralis soror nostra, filii vero et filiae nostri filii et filiae existerent.

Nos igitur Ferdinandus rex praefatus omnes articulos et omnia eorum contenta, quatenus nos, personam nostram et heredes nostros concernunt, acceptavimus, approbamus, ratificamusque et confirmamus, ac rata, grata et firma pro nobis et heredibus nostris habemus. Quantum vero ad ea attinet, quae partim Reverendis. D. Archiepiscopus Lundensis nomine Ma^tis Caesareae, vigore pleni mandati sibi ab eo traditi promitit, partim vero ipse

[11] V. ö. 5. pontot.
[12] A 6. pontra vonatkozik.

Ser^mus^ rex Joannes ad declarationem eiusdem Ma^tis^ suae rejecit, illa quidem omnia cum Ma^tem^ suam Caesaream concernant, ipsius arbitrio dispositionique relinquimus. promittentes in verbo nostro regio et in fide nostra christiana, quemadmodum super his reale etiam et corporale iuramentum coram Reverendo in Christo patre devoto sincere nobis dilecto Stephano Broderico Episcopo Vaciense, oratore et Commissario in hac parte ipsius Ser. regis Joannis, a quo desuper mandatum habuit, nobis in specie exhibitum et coram consiliariis nostris praestitimus, omnia et singula praemissa firmiter et inviolabiliter observare, omni dolo et fraude, sinistraque machinatione remotis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras sigillo nostro impendenti et subscriptione manus nostrae communitas duximus concedendas. Datum in Civitate Wratislavia[13] die decima mensis junii Anno Domini M. D. XXXVIII. regnorum nostrorum Romani octavo, aliorum vero duodecimo. Datum Waradini in festo S. Mathiae apostoli Anno domini Mill. quingentesimo tricesimo octavo.

Kivül egykoru irással.

[13] Boroszló.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

III.

AZ 1548-IKI POZSONYI ORSZÁGGYŰLÉS VÉGZÉSEI AZ ISKOLÁKRÓL.

A legelső magyar országgyűlés, mely az iskolák ügyével foglalkozott az 1548-ki pozsonyi országgyűlés volt. Alkalmat e kérdésre felvetésére a reformatio rohamos terjedése adott. A bécsi udvar aggodalommal szemlélte a katholicismus talajának ingadozását az országban, de mindaddig, míg János királylyal és a törökkel kellett küzdeni, Ferdinánd nem tartotta tanácsosnak a protestánsok ellen erélyesen fellépni. Miután azonban János király halálával Ferdinánd trónja megszilárdult s a törökkel is sikerült 1547-ben békét kötni s ugyanezen évben V. Károly császár Németországban a smalkaldeni szövetségben egyesült német protestánsok fölött teljes diadalt aratott, Ferdinánd is felszólította az 1548-ban Pozsonyban összehívott rendeket az eretnekség kiirtására. Azonban bár az országgyűlésen a katholikus hit hívei többségben voltak, az ország akkori szomorú, széttépett állapotában a rendek óvakodtak erőszakot alkalmazni, s mint végzéseik mutatják, a kath. egyház hajdani virágzó állapotának visszaállítását magának az egyháznak erélyesebb belső tevékenységétől reménylték. Ezért sürgették, hogy püspökségeket és más főbb egyházi állásokat csak érdemes, tudós embereknek adjanak, kik

ismét iskolák felállításával az igaz hit és tudományos ismeretek elterjedéséről gondoskodjanak. Felhívták a királyt, hogy gondoskodjék a gymnásiumok jó tanulóiról, hogy ilyformán a tudós és igazhitű férfiak minél könnyebben és gyorsabban elterjedjenek az országban.

Ez országgyűlésnek végzéseit a budai m. k. kamara levéltárában őrizett egykorú másolatról (»Liber regius post erectionem Status Camerae Hungaricae scribi caeptus 1549. 1550« című könyvben) kiadta Fraknói Vilmos, Magyar Országgyűlési Emlékek. III. 215—236. l.

Az 1548-iki pozsonyi országgyülés végzései.

V. Imprimis quoad negotium religionis, omnes Ordines et Status regni una voce consentiunt cultum divinum et religionem ad pristinam normam esse redigendam, et haereses undique tollendas, iuxta admonitionam Regiae Maiestatis.

VI. Id autem ita recte fieri posse existimant, si omnibus Ecclesiis Praelati, sive sint Episcopi, sive Praepositi, sive Abbates, viri ecclesiastici, et doctrina praediti, quam primum praeficiantur, qui et ipsi doceant verbo et exemplo gregem sibi commissum, et vicarios suos, ministrosque sibi subiectos, eorum officium exercere faciantque, mittante sine mora in omnes partes Archidiaconos, Vicearchidiaconos et alios, quorum interest, ad docendam plebem; quibus, si ipsi forte pro se sufficientes non sunt, praedicatores boni adiungantur, ut ubique vetus religio, pristinusque Dei cultus restituatur. Parochos etiam in omnibus oppidis et villis tales constituant, qui veram doctrinam sapiant, et eandem doceant, sacraque administrent, iuxta ritum sanctae Ecclesiae Catholicae. Iidem etiam Praelati, pro facultatibus ipsorum scholas erigant, in quibus bonae literae et vera religio doceatur, ut sic in dies magis prava dogmata tollantur, et vetus religio repullulet, praedicatoresque boni per regnum dispergantur. Sacerdotes autem non creentur, nisi probatae vitae ac doctrinae viri, et his sacerdotia Ecclesiastica, beneficiaque con-

ferantur. Ipsi autem Praelati penes Ecclesias ipsorum iugiter resideant, et unusquisque sive Praelatus, sive alius vir Ecclesiasticus unum tantum beneficium possideat, non plura. Si quis Praelatus publicis numeribus occupatus, penes ecclesiam residere non posset, vicarium, virum sufficientem et ecclesiasticum, loco suo continue teneat penes ecclesiam.

VII. Ut autem facilius et citius boni et docti viri per regnum dispergantur, dignetur Maiestas Regia, iis qui in Gymnasio bonis literis operam dant, gratiose providere, ita ut studia ipsorum continuare et perficere possint.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IV.

VERÁNCSICS ANTAL ERDÉLY LEÍRÁSA.

Veráncsics Antal leírása Erdély, Moldva és Havasalföldről bár épen nem nagy terjedelmű s minden részletezést kerülve ezen országoknak csak nagy körvonalait feltüntető jellemzését adja, a XVI. századból származó legkiválóbb földrajzi leírások közé tartozik. A nagy míveltségű szerző János király szolgálatában állván, igen jól, személyes tapasztalatból ismerte Erdélyt,[1] melynek nehány lapon egy pár kisebb — e korban csaknem kikerülhetlen — tévedést leszámítva igen hű képét tünteti fel. Munkájának kiváló értéket ad azon körülmény, hogy Erdélyt a fejedelemség megalakulása előtt mutatja be, tehát leírása azon korból származik, a melyből Erdély három nemzetének politikai állásáról, míveltségi viszonyairól stb. aránylag kevés adattal rendelkezünk. E munkának kézírata Veráncsics többi kézirataival együtt a nemzeti múzeum kézirattárában őriztetik s innen adta ki Szalay László Verancsics összes munkáinak első kötetében. (Magyar Történelmi Emlékek. II. Oszt. Irók. 2. k. 140—151. l.)

[1] »Multa enim propriis oculis sum consequutus, utpote diu in Transsylvania versatus, plura indi genarum consuetudine ac relatu, data opera studui cognoscere«, mondja munkája bevezetésében.

Antonius Wrancius Sebenicensis Dalmata de situ Transsylvaniae, Moldaviae et Transalpinae.

. . . . . .

Sed jam ad Transsylvaniam ordo invitat. Regio est figura circulari magis, quam in longum porrecta, magnitudine non ingenti, verum quae, sive longitudinem, sive latitudinem quaeris, XXV. milliaria hungarica non excedet.[1] Ea pars, quae a Siculis incolitur, et dehinc, quae Brassoviae, quae arcis Fogaras ad usque Cibinium expanditur, sylvis, vallibus, montibusque paulo asperior, caeteris in locis mixta. Nam et nemora opaca, plena voluptate habet, et rivis perennibus irrigua est, et colles aprici ac vitiferi passim sese ingerunt, omnique ab utroque ferme latere subest sua et non angusta planities. Terra alioqui ubique cunctis satis aptissima, et si requiris omnia, omnibus, quae soli foecunditate, ubertate rerum, pecoris copia, fluviis, fontibus, aquarum decursibus, coeli clementia, demum omnibus, quae ad humanum usum faciunt, gloriantur, comparanda, posthabenda nullis et quam plurimis praeponenda. Etenim frugum, vinique adeo ferax est, ut frequenter Hungariae etiam, ac vicinis regnis ex ea subveniatur, vasque vini LXX urnarum trecentis, frugum cubulus X denariis venit, quod et superiore et instanti anno licuit vidisse.[2] Sed vina seu fortia, seu lenia, seu acria, seu dulcia, seu clara, seu rubra, aut subrutila, et ad omne anni tempus accomodata exoptes, eo sapore, ea specie sunt, ut neque Falerna ex Campania desiderares, et in comparatione multa etiam anteponeres. Aurum vero et argentum omni fere ex monte egeritur, aqua currens nulla est

[1] Verancsics Erdély nagyságát csak hozzávetőleg és igy igen természetesen tévesen becsülte meg. Mint 1553-ki konstantinápolyi követségéről irott naplójából kitünik, hol Ráczkeve távolságát Budától 5 magyar mérföldre, Tolna távolságát Ráczkevétől 12 magyar mérföldre teszi, az általa használt mérték t. i. 1 magyar mérföld körülbelül 7 kilometernek felel meg. E mérték szerint azonban Erdély hossza kelettől nyugoti irányban nem 25, hanem 40 magy. mérföld, észak-déli irányban pedig 30—35 magyar mérföld.

[2] Verancsics ezen adatait megerősítik a brassói számadási könyvek (Quellen zur Geschichte der Stadt Kronstadt) az 1541—1550. évekből. A bor ára e számadási könyvek szerint valamivel magasabb volt (1 itcze 2—3 denár, Verancsicsnál 1 itcze $1^1/_2$ denár), de tekintetbe kell vennünk, hogy Brassó nem bortermő vidéken fekszik.

in qua non eluatur, totamque Tanssylvaniam supra salem sitam esse, ausim affirmare, adeo, ut in Marisum fluvium multis ex locis promineant exesae salis crepidines. Siculi vero in ipsis domibus, vix sesqui palmi patefacta terra, effodiunt, et tum quoque, cum uti volunt, regibusque Hungariae magni ex eo redditus proveniunt.[3] Ferrum etiam, ac plumbum parit, fructuum vero omni genere, ut pomo, pyro, non sapore solum, verum etiam copia Italiae non cedit, persico praesertim, quod Albae Juliae ager producit, facile superat, eosque in insequentem usque annum tanta quidem integritate conservant, ut tunc lectos esse diceres. Prata affatim, aliaque jumentorum pabula passim habentur. Coeli temperies per omnes partes aequalis, nulla aura, nulla palude, nullis malis nebulis infamis, sed salubris, et locorum situ atque amoenitate tota insignis, venationique ac genio vario et honeste exercendo non incongrua. Urbis in ea munitae et magis eximiae: Colosvarium, Cibinium, Brassovia, Meggyesium, Segesvarium, Sabesum[4] et Alba Julia, sedes episcopalis. Arces quam plurimae: Hunyad, Dewa, Fogaras, Dyod,[5] Chicho, Balványos, Gyalu et multae aliae, quas per prolixitatem non adscribo. Amnes: Marysius, Alutas, Burtia, Bistricium, Chichulius major et minor, Zamosus item alter major, alter qui Hungaris Vizafolyo, hoc est retrofluens dicitur, quod ab occasu in ortum prius, dein eo conversus, unde venit,[6] juxta oppidum Dees majori sese immiscet. Ad hos Sabessus, Sargetia[7] et Aranyas, id est aureus, qui vel quod aurum copiose in eo eluitur, vel a montibus aureis, ex quibus oritur, Aranyas Hungaris est dictus. Navigant Marisum, Alutam, Zamosam, et Aranyas, sed ubi aut nimio imbre, aut nivibus alpium liquefactis adaugentur. Majores ceteris: Marysus, Alutas isque in Istrum, ille in Tibiscum cadit, ambo reliquos

[3] Szinte fölösleges megjegyeznünk, hogy mit Verancsics Erdély gazdagságáról mond, abban nagy túlzás van. Arany csakis az Érczhegységben fordul elő s csakis az Aranyos folyóban mossák. Só sem található a Székelyföld minden részében.

[4] Szász-Sebes.

[5] Diód vára, Tövis közelében, Diódváralja faluban kevés ideig állott fenn. Hunyady János építte te s már 1562-ben János Zsigmond leromboltatta.

[6] A szerzőnek nem volt egészen helyes képe a Kis-Szamos folyásáról. A Kis-Szamos t. i. Apahidáig keleti irányban foly, ezután északnak fordul s csak miután Deésnél a Nagy-Szamossal egyesült, vesz fel északnyugoti irányt.

[7] Sztrigy.

pene omnes in se accipiunt; Marysus, Aranyas, Ompay, Sabesum, Chichulium majorem, minorem, major Alutas nigram, ut dicitur, aquam,[8] Vargiscum, Hamerodium, Burtiam, qui Brassoviam alluit, ac Cibinium, a quo urbi inditum nomen, et Sargetiam, thesauro, Decebali Dacorum regis et Zarmisegetusa olim ejus regia, nunc Varhel, id est, arcis locus nuncupata, notissimum.[9] Uterque torrentes innumeros, quos sua quemque vallis emittit. Aranyas cursum navigabilem ab oppido Thorda, vix quatuor milliarium hungaricorum habet, ad Marysum; Zamosus multo longiorem ab oppido Dees ad Tibiscum usque, utrumque salinis clarum, ex illoque in Marysum Aranyas fluvio, in Tibiscum Zamoso pervehuntur sales, isque Bistricium excipit. Piscosi quidem omnes, et arenis aureis celebres.

Natio enim triplex incolit: Siculi, Hungari, Saxones, adjungam tamen et Valachos, qui quamlibet harum facile magnitudine aequant, verum nulla illis libertas, nulla nobilitas, nullum proprium jus, praeterquam paucis districtum Hazak[10] incolentibus, quo regia Decebali creditur extitisse, qui tempore Joannis Hunyady, inde oriundi, nobilitatem, quod semper contra Turcas pugnanti strenue affuerunt, adepti sunt. Caeteri plebei omnes, Hungarorum coloni, et sine propriis sedibus, sed sparsi hinc inde per totum regnum, rari in apertis locis incolae, montibus ac sylvis, plerumque cum suo pecore pariter abditi, sordide vitam ducunt.

Sículos autem Hunnorum genus esse nemo ambigit. Origo ipsorum talis est: habetur in Hungarorum chronicis, quod rex Attila, quum iam annis 125 supervixisset, plusquam LX liberos reliquerat inter quos, dum proceres duos, Chabam scilicet et Aladarium, utrumque tum aetatis maturiores, tum virtute animi severitateque parenti non dissimiles, caeteris praestantiores esse judicassent, statuissentque alterum merito, qui patri in imperium succederet, exorta est inter eos vehemens seditio, quod neuter alterutri volebat cedere. Nam, Chaba, Honorio Graecorum imperatore, cujus erat ex sorore nepos, et majore Hunnorum parte nitebatur ad dominium; Aladarius non multis Hunnis, verum quod Alemanna matre esset progenitus, magno numero principum

[8] Feketeügy.

[9] A Sztrigy, nem mint Verancsics tévedésből írja, az Oltba, hanem a Marosba szakad.

[10] Hátszeg.

Germaniae, semper enim ea natio Hungariae, ut etiam nunc, insidiata est. Forte inter hos erat Detricus quidam, patria Veronensis, vir militaris, qui suscepta parte Aladarii, et promissa opera, qua illum in imperio statueret, liberat et se, et reliquos Germanos, fitque utrinque magnus exercitus, congredientesque, editur ingens caedes, praelium dies quinta decima dirimit, et ambae prope partes extrema occidione, mutuo sese consumpsere, sed Hunnorum pene tota vis interiit. Nam Detrici arte victus Chaba, cum reliquis fratribus, et XV. millibus hominum ad Honorium avunculum in Graeciam, inde in Scythiam ad avum Bendekuz profectus est. Ultra vero hos extitere tria milia virorum, qui proeli ofuga erepti, in Pannonia remanserant, sed timentes ab occidentis nationibus, quibus rex Attila infestus olim oppido fuerat, in Transsylvaniae ultimum angulum, Chykmezew vocatum, versus septentrionem migravere, ac ne Hunnorum residui putarentur, Zekel sese nominaverunt, quos nunc Siculos, quum latine scribimus, vocitamus. Longo postea temporum tractu, redeuntibus iterum Hunnis ex Scythia, qui cum Chaba discesserant in magnum numerum aucti, et ii etiam in Siculia lata jam propagati, illis usque in Russiam, utpote communem patriam recuperaturi occurerrunt, qua tandem recuperata, easdem sibi sedes inhabitandas, quas initio fuerant sortiti, a reliquis Scythis poposcerunt, et facile, pro opera tam egregie navata, impetravere.

Haec Siculorum origo, hinc nobilitas, qua communiter omnes, tametsi aratrum et ligonem versent, gaudeant, hinc libertas, qua ab annuis censibus, exactioneque servitutis prorsus immunes sunt et absoluti, duobus tantummodo obnoxii. Quum enim regibus bellum instat, coguntur suis stipendiis in expeditionem proficisci, verum diversa conditione, si vetustissimam libertatem observabunt. Nam si cum hoste orientali, aut septemtrionali, seu intra fines patriae pugnandum est, viritim ad unum omnes sumunt arma, nec bello excedunt, nisi confecto; si contra occidentales, decimam sui partem mittunt, neque ultra quintum supra decimum diem sequuntur castra. Contra meridionales dimidiati eunt, bellumque tolerant, quamdiu possunt. Hoc tempore cum regni clade etiam ipsi libertatis suae nonnihil accepere detrimenti, dum laboranti patriae saepius auxilio adesse, et ibi quidem, ubi res postulavit, fuere inducti. Idem et in pendendis boum tributis illis contigit. Antiquo jure unicuique regum ter

tantum eos tribuebant, singulae scilicet familiae, vel ut ipsi dicunt, portae, singulum bovem: in coronatione, in nuptiis, et in primogeniti nativitate, cujus loco, si filia nascebatur, a tertio tributo absolvebantur. Nunc omissa interdum antiqua consuetudine, vel subsidii gratia, rege exigente, in patriae conservandae beneficium saepius dare non recusant.

Caeterum ad procreandam sobolem gens est non mediocriter foecunda, ita, ut hodie ad XXX. millia hominum in exercitum cogi possunt, domibus defensore non spoliatis.

Equestri militia plerumque utuntur; belli apparatu nullo, nulla insigni armatura, nullo armatu militari conspicui, verum numero, veterique animorum magnitudine freti, acriter pugnant. Non tuba, sed cornu, edunt classica, et nisi praelium mature ineatur, affecti castrorum taedio, cito ac sensim dilabuntur. Mores penitus incultos non habent, verum, qui Scythicam adhuc prae se ferunt cruditatem, omnique pene consuetudine, legibus et vitae institutis ab Hungaris, religione excepta, discrepant, ne lingua quidem omni ex parte, quum veterum more loquuntur, similes. Pro literis notas quasdam in scipionibus ad formam tesserae quadratis excindunt, lineamque a dextra in sinistram, ut Judaei, Aegyptii ac Turcae ducunt, quarum una seu ad summum duae, punctis quibusdam additis, plus quam pro numero characterum praebent intelligentiae.

Ad comitia armati conveniunt, potiores in coronam assidunt, reliqui magno clamore obstrepentes circumstant, seduloque pernegantes, ea apud se rata fore, si, quae statuerent, non placerent. Ubi quid praeter omnium voluntatem decernitur, ferunt interdum; sed in authorem dumtaxat, cujus opera, seu pertinacia, quippiam oneris insoliti subiere, hac injuriam ultione retorquent: agminatim domum ejus omnes invadunt, ac solotenus disturbant; et si forte libertati eorum quid novi, quod derogaret, aliquis commentaretur, ferro etiam hunc prosequuntur, captum in comitiis palam necant. Domos autem, quorum disturbant, ubi poenituisse delicti tales cognoverint, una omnes instaurant, et cum illis in gratiam redeunt. Vestiuntur hungarice, non tamen adeo exacte, neque curiose. Colunt agros, alunt equatia optima, frumento abundant, vino non ubique, et ob id cervisiam potant.

Saxonum natio, quae procul dubio a Saxonibus, Germaniae populis, olim Othonum Romanorum caesarum, dein Caroli magni

Francorum regis tempore marte potentissimis oriunda, relicto solo patrio in hanc terram migravere, quod tum ex Hungarorum chronicis, tum ex ejus gentis senum relatu animadvertimus, qui quasi per manus a majoribus suis accipientes ejusce rei memoriam, ad nostram aetatem servavere; nam regnante Geycha rege, dein divo Stephano, variae nationes; Bohemi, Poloni, Graeci, Armeni, Bessi, Saxones, Thuringi, Rhenenses, Cumani, Latini, et aliae plures in Hugariam advenere, ibidemque cum Hungaris diutius concordibus animis degentes, facile ab eis et in matrimonia sua, et in consortium nobilitatis assumpti fuere. At seniores indigenae, de eorum in hac provincia origine varius memorant. Ii olim, inquiunt, quodam tempore insurgentes contra principes suos et nonnullos etiam occidentes, in patria permanere non sunt ausi, et alii alio sese transtulerunt, pars in Pannoniam advenere. Rex, qui eo temporis regnabat, licet in Germanos malo esset animo propter assidua bella, quae inferebant Hungaris, tamen misertus profugum exilii, utque regnum colonis repleretur, quod variae hostiles nationes pervastaverant, non abjecit, sed in Transsylvania illis, tamquam in abdito loca angustiora, incultiora, asperioraque tribuit inhabitanda, eosque regum colonos, qui et jobagiones apud Hungaros appellantur, voluit esse. Ii in hanc usque diem vultus, mores, linguam retinent patriam. Sunt admodum industrii, laboriosi, politiae, mercaturae, omnibusque artibus mechanicis potissimum dediti. Rapina aut furtum nec nominatur inter eos, cibis magis necessariis, quam exquisitis vescuntur. Rei domesticae, aliaeque supellectilii augendae impensius, quam ulla alia in ea provincia natio, intenti, alienique minime appetentes, contenti suo; adeoque struendorum aedificiorum, agrorum colendorum, et vinearum plantandarum studiosi, ut ea parte Transsylvaniae, quam Saxones incolunt, nulla ferme sit hodie, neque pulchrior, neque foecundior; quod successivis temporibus reges videntes, eos privatis legibus ac juribus municipalibus donavere, muroque civitates circumdare permisere. Ultra ordinarios census, pecunia ipsis, quantam et quoties reges volunt, imperatur, neque aegre aut contumaciter eam persolvunt, sed militia a majoribus, puta ob libertatem domi amissam, degeneravere, pedestres exercent arma, intra muros fortissimi, in campo facile cedunt, quo fit, ut libentius regiam expeditionem stipendiis, quam milite adjuvent. Caeterum mulieres ipsorum institorum numera aeque

ac viri obeunt, et cum maritis in augenda re egregie certant; contra Hungarorum institutum maturas iam viro virgines in matrimonium locant; XX annorum impuberes etc.

Hungari, penes quos totius Transsylvaniae praecipua est nobilitas, ab Hunnis descendunt, sed non mediocri post temporum, ut ferunt, intervallo Siculos sequuti; iis et mores, et vestibus, et jura, et lingua cum caeteris Pannoniae Hungaris eadem, nisi, quod et ipsi sua quaedam propria habeant, quam diversitatem non solum in regnis ac provinciis, verum etiam in civitatibus, atque adeo singulis etiam familiis, videmus esse. Terram optime colunt, urbes non habitant, sed pagatim arces ac domos; quibus res est amplior, et si non eminentes, laxas tamen et non indecoras lapide alii aedificant, alii materia lignea construunt. Vivunt politice, moribus cultioribus student, vescuntur opipare, et condimentis indulgent aeque ac Pannonii, venationibus, aucupiisque peculiariter sese exercent, vestiuntur eleganter et summa cura, sed raro serico, variis tamen coloribus delectantur, nigro numquam, nisi quum lugent, negligentius et pedes calceant et caput tegunt. Gens est in armis fortissima, terroris ignara, patriae conservandae diligens, ad movendum bellum et praelium ineundum nonnihil tardior, plusque praestat in recessu, quam fronte promittat, adeo ut saepe motum bellum et initum proelium, tamquam lacessita, nisi post aut sui aut hostium ingentem caedem, nescit desinere, quod in Aloysii Gritti occisione plane declararunt. Nam et prius quam de caede ejus decreverant, hortati sunt, ut pacifice regno decederet, saltem ut, quod in multorum procerum interitum animo conceperat, condonata etiam morte Chybachii, viri certe strenui et magni, exequi ne posset. Verum, quum nihil patientia efficerent, ferro confecere, etiam nolente principe.

Ad nobilitatem acquirendam nulla ars, nullum studium peculiarius, quam militare, ac res literaria. Hostem equo hasta dejicere suprema laus. Bella equestres obeunt, olim omnes cataphracti, nunc omnes velites, leviter armati, eam consuetudinem a Turcis accepisse, nulli dubium est. Nam tempore Mathiae regis cataphractorum usus maxime, cum maxima laude ac victoriis eximiis florebat, sub Ladislao ac Ludovico, hujus filio, paulatim coepere negligi, post vero cladem Mohacsiensem etiam exauthorati sunt, ac penitus una cum disciplina militari intermissi,

successereque, quos vernaculo sermone Hussarones appellant, puto facilitate militandi, equorumque Turcalium agilitate illecti, vel potius, quod ex bellorum licentia omnibus mortalibus usuvenire solet, ut victi in victorum mores abiere.

Arma illis cassis chalybea, lorica hamata, gladius Turcicus, zablam dicunt, in sinistra clypeus, qui totam thoracem et caput tegat, in dextra chirotheca ferrea et lancea cum flameolo quodam sericeo sub cuspide apposito; equi varii, sed Turcici praecipui, summo discrimini servant, quod et velociores sunt, et agiliores caeteris, quique in utramque manum versatiles esse, et procurrendi ac recurrendi, non ultra certos numeros educentur.

Ideo nos ea omnia, quae propter paragraphum ultimum articuli I. in medium produxerunt, ad proximam diaetam revidenda, explicanda et complananda remittimus, prout in hoc etiam domini ablegati ex rationibus supra memoratis quoque consenserunt. Quod vero praedictum paragraphum ultimum concernit, sicut omnia, in dicto tractatu bona fide actu fuerunt, ita etiam dictum paragraphum in verbis: *absque tamen praejudicio* etc. usque ad finem non mala fide adiectum esse; sed ut utraque pars in eorum Religione, confessione, usu, exercitio et templis non turbentur. In cujus rei testimonium has literas, propria nostra manu subscripsimus et sigillo nostro communiri fecimus. Datum Viennae, Vigesima quinta die Septembris, anno 1606.

C) A magyar rendek szövetsége a cseh királyság és az örökös tartományok rendjeivel.

A korponai gyűlés azt kívánta Mátyás főherczegtől, hogy a Bécsbe küldött feltételekről »sufficienter assecuráljon Ő Felsége bennünket per S. Imperii Electores, Regna Poloniae et Bohemiae és egyéb körül való országai által«. A cseh királyság és az örökös tartományok rendjei hajlandók voltak a kezességet elvállalni a bécsi békéért. Nem támogatták a törökkel szövetkező Bocskayt, sőt erősen panaszkodtak a magyarok ellen pusztító hadi kalandjaik miatt. De alapjában véve óhajtották a magyar protestáns és rendi szabadság diadalát, ép úgy mint a németországi protestánsok. A magyar rendek pedig nagyrabecsülték a szomszédos országokkal való szövetkezést. »Neque enim« — irják Bocskay követei a cseh királyság rendjeinek 1606. szeptember 18-ikán — »vicinitatis tantum jura mutuaque commercia, sed etiam communia dominia, dum eosdem plerumque haberent principes eosdem reges, arctiore regna haec deligabant vinculo.« Igy gondolkoztak és éreztek a magyar katholikus rendek is.

Mátyás főherczeg szivesen látta a különböző országok és királyságok rendjeinek szövetségét, mely őt már akkor is

mintegy vezérének ismerte el Rudolf hanyatló kormányával szemben. Később fel is használta e szövetséget Rudolf megbuktatására.

S így a bécsi béke nem csupán a magyar rendi és vallási szabadságnak vetette meg alapját, hanem a nagy rendi szövetségnek is, mely 1606-tól egészen a fejérhegyi csata napjáig hatalmas gátja volt az udvar központosító és katholizáló törekvéseinek.

A szövetségre vonatkozó okleveleket részint Hammer (*Khlesl* I.) közleménye, részint az Országos Levéltárban őrzött hiteles másolatok után adjuk.

Assecuratio nomine omnium statuum inclyti Regni Hungariae ac partium huic annexarum inclytis statibus Austriae inferioris data...

Nos Franciscus Forgách de Ghimes Episcopus Nitriensis; Demetrius Napraghi Vesprimien. Petrus Radovitius Vaciens. Valentinus Lépes Tininiens. Ecclesiarum Episcopi, Thomas Erdeody de Monyorokerék Tavernicorum, Georgius Thurzo de Bethlenfalva Dapiferorum, Nicolaus Istvánffy, Propalatinus, Janitorum, Sigismundus Forgách Pincernarum Regalium in Hungaria Magistri, Petrus Révay, Andreas Dóczy, Joannes Lippay Personalis... S. C. R. Majestatis Consiliarii. Franciscus de Bathian partium Regni Cisdanubianarum Generalis Capitaneus, Nicolaus Comes perpetuus de Zrinio, Seifridus a Kolonich S. C. R. M. Consiliarius bellicus et partium Regni ultra Danubianarum Generalis praesidiique Ujvariensis supremus Capitaneus, Thomas Szétsi, Joannes Keglevits, Georgius similiter Keglevits, Emericus Balassa de Gyarmath, Benedictus Turóczi, Georgius Pethő, Georgius Szombathelyi, Franciscus Kéri, Franciscus Túri, Emericus Megyeri, Petrus Kohári, Mojses Cziráki, director causarum regalium; nec non regnorum Dalm. Croat. et Sclavoniae nuncii et ablegati, Christophorus Mernyawchich, dictorum regnorum vice banus; et Joannes Kitonich ex parte suae majestatis vocati. Item nos Stephanus Illyésházi, curiae regiae in Hung. magister ac praefatae S. C. R. M. consiliarius; Franciscus Mágócsi, Georgius Drugeth de Homonna; Stanislaus Thurzo, Sebastianus Tököli, Georgius Hoff-

mann, Petrus Horváth-Mladosovitth, Andreas Osztrosith, Thomas Vizkelethy, Paulus Appony ex parte domini Stephani principis et Hungarorum sibi adhaerentium huc Viennam missi et ablegati, memoriae commendamus . . . quod cum ad sopiendos motus intestinos superioribus temporibus in Hungaria exortos inter Sacram Caesaream Regiamque Majestatem dominum nostrum Clementissimum ex una et Dominum Stephanum Principem eique adhaerentes Hungaros ex altera partibus per Serenissimum Principem ac Dominum Dominum Matthiam Archiducem Austriae, Dominum itidem nostrum clementissimum ad Plenipotentiam sibi ab eadem sua Majestate concessam, res certam in tandem reconciliationis formam reducta est: quae quidem sub dato 23. mensis Junii, proxime elapsi, tam a sua Serenitate et. DD. Commissariis, ad illud utrimque deputatis, subscripta et sigillis corroborata, quam a sua majestate sub dato 6. die mensis Augusti hujus anni confirmata fuit. Nos itaque supra scripti, nunc invicem concordati nomine omnium statuum et ordinum Inclyti Regni Hung. et partium sibi annexarum libere et spontanee, animoque bene deliberato, spondemus, promittimus, et recipimus, quod reconciliationem hanc, cum sua majestate et vicinis regnis et provinciis factam, nos et praedicti universi status et ordines regni Hungariae et partes sibi adnexae, eorumque successores et posteri inviolabiliter in omni parte observabimus. Quin imo juxta antiqua pacta et foedera, quae praesentibus hisce renovamus, et in integrum, ac si nunquam violata fuissent, restituimus, bonam vicinitatem et mutuum amorem in perpetuum cum iis colemus, et ultro citroque commercium Christianorum omnibus relinquemus, non secus ac si ista omnia in publica regni Hungariae diaeta tractata, et conclusa fuissent. In quorum fidem et testimonium hasce literas nostras manibus nostris subscriptas et sigillis roboratas Statibus et ordinibus inclyti Archiducatus Austriae inferioris pro futura ipsorum cautela et assecuratione dandas duximus et concedendas. Datum Viennae vigesima tertia die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo sexto.

Ugyanily okiratot irtak alá a magyar rendek a cseh királyság, Felső-Ausztria rendjei és a Stájerországhoz tartozó rendek számára.

Assecuratio Hungaris a Bohemis data.

Nos Adamus de Sternberg ... Adamus Junior Baro de Valdstein in Hradeck ... Mattheus Leopoldus Poppelius baro de Lobkowitz, ... Joannes de Clenduczko ... Georgius Gersderffius ... et Joannes Wostrowetz ... statuum et ordinum incliti regni Bohemiae; Carolus a Liechtenstain ... Weykardus Cs a Salm ... Georgius Hodiczky ... Guilhelmus Zaubeg ... Venceslaus Zahradeczki ... Guntherus Golcz ... marchionatus Moraviae; Joachimus Maldzan — Fridericus a Ratzbor ... Christophorus Henscher ... ducatuum superioris et inferioris Silesiae; Joannes Fabianus a Ponnikaw ... et Sigismundus Kindlerus — marchionatus Superioris; et Maximiliamus a Leoben — et Abraham Civitatis Guliensis Syndicus .... inferioris Lusatiae legati, memoriae commendamus, quod cum ad sopiendos — *ut supra* — Nos itaque nomine, et ex plenipotentia nobis a nostris principalibus, statibus regni Bohemiae eidemque incorporatarum provinciarum attributa; accedente consensu et authoritate bene praefatae sacrae majestatis, libere et non coacte spondemus, et praedictum D. Botskai universosque S. S. et O. O. regni Hungariae et Transsilvaniae assecuramus, quod Sua Majestas hanc reconciliationem, cum Hungaris factam, non solum inviolabiliter in omni parte observabit, sed etiam status et ordines incliti regni Bohemiae eidemque incorporatarum provinciarum, nihil contra Hungaros, quod vicinitatis ius laedere possit, attentabunt. Quin immo, secundum antiqua pacta et foedera, quae presentibus hisce renovamus et in integrum, ac si numquam violata fuissent, restituimus, bonam vicinitatem et mutuum amorem sincere colent, et ultro citroque commercium Christianorum liberum omnibus relinquent, non secus, ac si ista omnia in publicis comitiis regni Bohemiae, marchionatus Moraviae, ducatuum Silesiae, nec non marchionatuum superioris et inferioris Lusatiae acta et conclusa fuissent; modo idipsum quoque ab Hungarica natione, secundum ipsorum litteras, nobis propterea specialiter assignatas, praestetur. In cujus corroborationem praesentes nostras sigillorum nostrorum appensione communiri fecimus. Actum Viennae Austriae, die 26. mensis Septembris, anno salutis 1606.

Ugyanily okiratokat irtak alá a felső-ausztriai, alsó-ausztriai és stájer rendek is.

D) Az 1608. koronázás előtti törvényczikkek.

Mátyás főherczeg a nagy rendi szövetség élén lemondásra kényszerítette Rudolf királyt. A rendi hatalom most győzött csak teljesen. Mátyás most többet volt kénytelen engedni mint 1606-ban. Az inaugurale diploma élesebben formulázza a bécsi béke pontjait és több joggal nevezhetjük a rendi és vallási szabadság alapjának, mint a bécsi békét.

Az egykorú Révay Péter így jellemzi az 1608-iki koronázás előtti czikkeket: Proceres et populus . . . quod occasionem haberent pulchrum restituendi ac reformandi pleraque, quae partim incuria ac negligentia maiorum abolita, partim injuria temporum obliterata videbantur, et praecipue, quae superioris belli Turcici ac civilis licentia contra leges patrias invexerat, leges quasdam et articulos, de quibus sibi caveri vellent, scripto comprehensos, regi obtulerunt, plerosque ex pacificatione Viennensi repetitos.

A czikkeket a Corpus Juris után közöljük, javitván a szöveget Kolozsvári és Óvári jegyzetei alapján.

Nos Mathias II. D. gr. Hung. Dalm. Croat. Sclav. etc. rex, designatus in regem Bohemiae, archidux Austriae, dux Burg. . . . memoriae commendamus, . . . quod, cum sacratissimo principi ac domino, D. Rudolpho II. D. gr. electo Rom. imperatori, ac Germ. Hung. Boh. etc. regi, domino et fratri nostro observandissimo, inde ab initio felicis regiminis et coronationis suae, nihil unquam magis in votis fuerit, quam ut regnum hoc suum Hungariae, cum caeteris regnis et partibus eidem annexis, tot acerbissimis cladibus motibusque tam internis, quam externis, variisque vicissitudinibus multipliciter afflictum et concussum, Deo O. M. iuvante, tueretur, ac in pristinum suum statum restitueret; eidemque ac fidelibus populis, subditis suis, pro pia ac paterna cura et sollicitudine sua, tempestive de sufficienti moderatore et gubernatore benigne prospiceret; ejusdemque fasces et gubernacula ex singulari suo et fraterno erga nos amore ad demissam quoque statuum et ordinum dicti regni Hungariae instantiam non solum

plenarie traderet et concederet; verum etiam sacram regni ejusdem coronam cum omnibus suis clenodiis ita daret et assignaret, ut non modo se ab omni iuramento, quod tempore inaugurationis et coronationis suae in regem Hungariae, super libertatum et privilegiorum ipsorum observatione solemniter praestiterat, exoneraret, alleviaret et eximeret; ac supra dictos fideles subditos suos Hungaros, dominos videlicet praelatos barones, magnates, nobiles, consiliariosque aliosque officiales universos, status denique et ordines praefati regni sui Hungariae regnorumque et partium, ei subjectarum et incorporatarum, ea conditione ab eorum quoque iuramento, super servanda sibi fide et fidelitate, tamquam legitimo et coronato ipsorum regi, simul liberaret, enodaret et absolveret; verum etiam scripto suo peculiari, ut nos in futurum ipsorum regem acceptare, proclamare et coronare possent et valerent, fraterne recommendaret. Unde nos praemissa omnia et singula ad optatum finem secundo omine perduci cupientes, postquam ex vetusta regni consvetudine, authoritate praelibatae caes. majestatis, vigore etiam conclusionis, in priori eorundem regnicolarum Posonii habito conventu factae, tamquam supremus praefati regni gubernator, pro festo B. Michaelis arch. anni praesentis 1608. generalem ipsis regnicolis diaetam in civitatem regiam Posoniensem indixissemus ac publicassemus; in frequenti eorundem regnicolarum conventu, post plures tractatus, ultro citroque inter nos ac annotatos S. S. et O. O, ejusdem regni Hungariae habitos, visum est illis ante omnia Articulos Viennenses in accuratam deliberationem reassumere, ponderare ac in certam methodum perpetuo valituros redigere; ac tandem nos in dominum et regem ipsorum paribus votis et unanimi consensu eligere, proclamare, invocatoque demum numinis divini auxilio, feliciter etiam coronare. Quibus rite peractis, supplicaverunt majestati nostrae humillime, quatenus supradictos articulos Viennenses aliosque de novo etiam pro temporis conditione et rerum statu, communi omnium deliberatione sancitos et conclusos, omniaque et singula in iis contenta, ratos gratos et accepta habentes, nostrumque regium consensum illis praebentes, clementer acceptare, auctoritate nostra regia approbare, confirmare, atque tam nos ipsi benigne observare, quam per alios, quorum interest, firmiter observari facere dignaremur. Quorum quidem articulorum tenor talis est:

Articulus I. De negotio religionis.

Quantum itaque ad primum constitutionis Viennensis articulum attinet; deliberatum est per S. S. et O. O. inclyti regni Hung. ut religionis exercitium tam baronibus, magnatibus et nobilibus, quam etiam liberis civitatibus ac universis statibus et ordinibus regni in suis ac fisci bonis; item in confiniis quoque regni Hungariae, militibus Hungaris, sua cujusque religio et confessio; nec non oppidis et villis, eam sponte ac libere acceptare volentibus, ubique liberum relinquatur; nec quisquam omnium in libero ejusdem usu ac exercitio a quoquam impediatur: quin imo ad praecavenda inter S. S. et O. O. aliqua odia et dissensiones, ut quaelibet religio suae professionis superiores seu superintendentes habeat, statutum est.[1]

Articulus II. De Pace cum Hungaris, et Turcis sancita.

Ad secundum: Quandoquidem Dei beneficio, tam cum Hungaris, quam etiam cum Turcis pax et reconciliatio inita est; ideo ut eam quoque sua regia majestas observet observarique faciat; nec sine praescitu et consensu regni in Hungaria et partibus sibi adnexis ullum vel bellum moveat, vel militem extraneum introducat, decretum est.

Articulus III. De electione Palatini, et Personalis Praesentiae.

Ad tertium. Palatinum vero quod concernit deliberarunt similiter iidem S. S. et O. O. ut sua regia majestas duas ex statu

[1] A Bocskaytól 1606 deczember 13-ikára Kassára hirdetett rendi gyülés azt határozta: Primus Articulus De libero religionis Exercitio editus, manet quidem, ut est conscriptus, addi tamen in eo debebit dictio *villis*, ut nimirum ipsius Religionis exercitium in villis quoque pari modo, ut in aliis locis, fieri possit. Praeterea in eodem Articulo periodus quoque illa in fine addita absque tamen praejudicio, usque ad finem penitus emitti debet. (Chorebo id. m.) A fent idézett törvényczikk tovább is megy, mint a kassai rendek kivánták, midőn elismeri a protestánsoknak azt a jogát, hogy függetlenül szervezhetik egyházukat. Az ágostai evangelikusok e törvény alapján az 1610-iki zsolnai zsinaton meg is indították az önálló szervezkedés munkáját. A főpapok tiltakoztak a koronázás előtti I. törvényczikk ellen, mely szerintök ellenkezik a régi magyar törvényekkel: »Quamvis tolerare principibus liceat« — mondották továbbá a tiltakozók — »quum corrigere non licet fidei defectiones; lege tamen ac statuto publico auctoritatem illis dare non magis licet, quam ceteris divina lege interdictis.«

catholico Romano et totidem evangelicae confessionis personas eis quamprimum nominet ac proponat, ex quibus quemcumque ad gerendum tale officium magis idoneum fore iudicaverint invocato numine divino, eligere non intermittent; qui si opinione celerius, (prout res sunt humanae), fatis concederet; modum in eligendo altero in locum ipsius idoneo talem sua regia majestas observare dignetur, ut intra anni revolutionem pro electione novi palatini peculiarem generalem in regno diaetam indicet et promulget. Quod quidem si forte sua majestas facere nollet aut non curaret, ex tunc vigore solummodo hujus statuti seu articuli, dominis iudici curiae regiae, vel, ipso non existente, magistro tavernicorum, pro tempore constitutis, plenaria ac omnimoda, (sub amissione honoris et officiorum suorum), auctoritas impertitur, diaetam ad ejusmodi palatini electionem peculiarem regnicolis indicendi ac promulgandi. Et quoniam personalis praesentiae quoque officium, cum aliis baronatuum officiis, (absolvente sua majestate omnes S. S. et O. O. regni a iuramento sibi debito), pro tempore cessaverit; ideo ut illud quoque officium, iuxta statuta regni, ex consilio Hungarico denuo conferatur, decretum est.

Articulus IV. De reductione et conservatione Coronae.

Quandoquidem Corona regni cum antiquis suis clenodiis librisque regiis et literalibus instrumentis non modo suae regiae majestati, tamquam gubernatori regni Hungariae, verum etiam statibus et ordinibus, tunc una ibidem praesentibus ac non tantum his, sed etiam absentibus regnicolis a sua caes. majestate (de quibus etiam acceptis eadem majestas sua tunc ab iisdem statibus: iuxta expedita ac quietata est) tradita, atque assignata fuerit; ideo condigne ab iisdem S. S. et O. O. regni postulatur ut dicta corona, vigore articulorum Viennensium, et antiqua etiam consvetudine regni id exigente, huc statim Posonium adferatur; et post SS. majestatis suae regiae coronationem manibus eorum, qui ad ejus custodiam ex nativis Hungaris saecularibus delecti fuerint, in regno relinquatur.

Articulus V. De Thesaurario.

Generalis regni Thesaurarius, qui saecularis sit, a sua regia serenitate, iuxta conclusiones Viennenses, ex consilio Hungarico sub praesenti adhuc diaeta eligatur: atque ut externae nationes,

deinceps in nullos omnino regni partiumque ei subjectarum proventus sese ingerant; neque a cameris, aulica, vel Austriaca, ullam plane dependentiam habeat, decretum est.[2]

Articulus VI. Qui episcopi ad consilia admittantur? Et quod nulla in Regno oppida, sine Consilio Hungarico eximantur, aut libertentur.

Manet hic articulus secundum primi tractatus conclusionem. Utrum autem episcopi saeculares in regno habere possint dignitates; id nunc regia sua majestas, durante adhuc hac diaeta, cum regnicolis concludat; hoc tamen etiamnum addito, ne tales episcopi, qui residentias suas episcopales in suis ecclesiis, vel iura possessionaria episcopalia in regno non habuerint, ad consilia admittantur. Verum quoad civitates et oppida, quae ad coronam regni non spectant; quaeve etiam in decretis regni minime sunt specificatae, utpote Modor, Bazin, S. Georgii et alii similes, utrum in coetu statuum et ordinum regni locum et vota habere debeant, regnum cum regia sua majestate statim post coronationem ex consilio Hungarico deliberabit. Interim tamen statutum est, ne de caetero sua regia majestas qualiacunque in regno oppida sine consilio Hungarico eximat aut libertet; neque etiam bona aliqua communitati, iuxta antiquas regni constitutiones, et postremo Ferdinandi regis anni 1542. art. 33. ullo sub praetextu conferat.[3]

[2] Ezt a törvényczikket nem hajtották végre. A pozsonyi kamara levéltárában kutatták a régi kincstartók instructióját, de nem találták meg. A kormány elhalasztotta a kincstartói hivatal életbeléptetését. Könnyü volt kimondani a két magyar kamara függetlenségét, de az eszme valósítása nem volt lehetséges, mivel a bécsi kamara nem mondott le az országos jövedelem egy részével való rendelkezésről s mivel a végvárak költségének jó részét idegen segítség fedezte s végre mivel bizonytalan volt az évi jövedelem s még bizonytalanabb az évi kiadások összege.

[3] Az 1606 végére összehivott kassai gyülés azt határozta: Ut denominationes Episcoporum fiant ex consilio Palatini, eique adjunctorum Consiliariorum, ex nativis regnicolis et nobilis prosapiae, status et ordines postulant. Si qui vero nunc essent extranei, sive episcopi, sive praepositi, sive abbates, ac alii quivis beneficiarii ii omnes de facto amoveantur, et conferantur illorum beneficia Nostratibus, nec imposterum ullo unquam tempore extraneus quispiam assumatur, juxta Constitutiones priorum annorum. Minderről szó sincs a fentidézett törvényczikkben. A püspökök világi méltóságaira nézve a koronázás után semmit sem határozott az országgyülés.

Articulus VII. De Sede Spirituali.

Manet iste quoque articulus, de sede spirituali antea conclusus, prout in Viennensibus articulis uberius est specificatus; hoc addito, quod hic articulus statim post coronationem per regiam suam majestatem et regnicolas complanetur et in ordinem redigatur.[4]

Articulus VIII. De Patribus Jesuitis.

Hic quoque articulus de Jesuvitis, in vigore suo permanet; nimirum ut ipsi nulla in Regno Hungariae bona stabilia et possessionaria habere et possidere valeant.[5]

Articulus IX. Donationes et Inscriptiones, quomodo expediantur?

Donationes autem, et inscriptiones in regno Hungariae et partibus ei annexis more antiquitus consveto expediantur; neque a quoquam, nisi in cancellaria Hungarica fuerint emanatae, acceptentur; quin etiam, si quae expedirentur; tales ipso facto sint invigorosae, nihilique habeantur: prout etiam, si quae clausula contra antiquas regni consvetudines in aliquibus donationibus insertae fuissent; nec quis uti illis vellet; deinceps tollantur atque emendentur.

Az 1542-iki törvény azért tiltja meg az adományozást a communitások részére, mivel javaik magszakadás czimén vissza nem háramolhatnak a koronára.

[4] A koronázás utáni V. törvényczikk igy hangzik: Statuitur etiam, ut deinceps causae decimarum in foro seculari, id est, comitatibus, ibidem, ubi decima exigitur, et non in foro spirituali, discutiantur, revideantur et rectificentur.

[5] Az imént említett kassai gyülés azt határozta: Inhaerent Regnicolae priori suae petitioni et postulant omnino, ne Jesuitis in Hungaria, propter inquieta eorum ingenia vel manendi, vel bona possidendi facultas detur... A főpapság a törvényczikk ellen a következő szavakkal tiltakozott: Hoc quoque articulo turbari nos in libertate catholicae religionis sentimus; nam erudiendae juventuti et parochorum procurandae non alia nobis suppetit ratio, quam si in scholis Jesuitarum instituantur. Quum igitur et iuxta articulos regni 1548 art. 12 et 1550 art. 19. adstricta R. M. fuerit ad scholas Catholicas erigendas, et titulo juris patronatus beneficia ecclesiastica; praesertim vero bona conventuum desolatorum, applicare scholis potuerit; imo iuxta decreta regni, debuerit; iure merito Jesuitis conferre potuit praeposituram Turocziensem.

Articulus X. Officium Cancellariatus bene meritae alicui personae conferatur; Et Majestas Sua Regia, in rebus Hungaricis non nisi Hungarico etiam Consilio utatur: Neque supplicantes, alios quam decet, Consiliarios, et Secretarios, pro suis expeditionibus adeant.

Ut omnis gubernatio dignitasque consilii Hungarici; item cancellariae authoritas per suam regiam majestatem defacto restauretur; eaque ex consilio Hungarico idoneae personae conferatur; nec non omnia officia majora et minora, etiam tricesimae earumque praefecturae, tam in hoc Hungariae, quam aliis sibi annexis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regnis per nativos Hungaros nationesque subjectas et annexas de caetero administrentur, statutum est; caveatque sua majestas regia sufficienter praedictis statibus et ordinibus regni, ne externae nationes deinceps et alterius nationis homines in gubernationem Hungaricam unquam sese ingerant; neve in rebus Hungaricis aliorum, quam Hungarorum consilio, ex omnibus partibus regni Hungariae atque etiam Sclavoniae, ex ordine quoque nobilium in praesenti adhuc diaeta collecto, iuxta decr. 3. Ulad. regis art. 7 et Lud. 2. art. 39 absque religionis discrimine, eadem majestas sua utatur. Atque ideo statutum est, ut, si quis Hungarorum in negotiis suis Hungaricis alterius nationis consiliarios et secretarios pro expeditione sua adiret; eamque ab ipsis extraheret; eae de facto invigorosae et invalidae habeantur: si quidem et aliae nationes et provinciae suas per indigenas expeditiones facere consveverint.[6]

Articulus XI. Confiniorum Praefecturae, et Capitaneatus, Hungaris in Regno possessionatis conferantur: Et ratione Praesidiorum Sclavonicorum, Majestas Sua Regia cum Serenissimo Archi-Duce Domino Ferdinando, per Legatos concludat.

Confiniorum vero praefecturas et capitaneatus tam in hoc, quam aliis supradictis regnis, Hungaris nationis aliisque subjectis et annexis nationibus, idoneis videlicet et bene meritis personis,

[6] Akárkinek akármi baja volt — irja Károlyi a korponai gyülésről szóló művében — az igazságszolgáltatás, a belügyi közigazgatás, a kamara, a hadi ügyek vagy a gratialiák köréből, azon ugyan a magyar Cancellár s az ügyvezető magyar titkár nem tudott segíteni; végig kellett a panaszosnak az udvar összes hatóságait járnia.

adhuc sub hac diaeta majestas sua regia ex consilio Hungarico conferat: imo et officia suprèmorum capitaneatuum praesidii Vesprimiensis et Nogradiensis nativis Hungaris, excepto pro nunc Jaurino (ita tamen, ut ibidem, iuxta antiquum morem et consvetudinem Hungari vice-capitanei cum pristina authoritate et potestate de caetero interteneantur; idemque supremus capitaneus Jauriensis iuribus regni subjaceat, et suam post regiam majestatem, dependentiam a palatino habeat; neque se in iurisdictionem dominorum terrestrium ingerat; contrariumque faciens iuribus regni subsit) dominis videlicet baronibus seu nobilibus in regno possessionatis; capitaneatum vero Comaromiensem, ut nativo Hungaro bene meritae pèrsonae, sine ullo religionis discrimine, conferat, obnixe petunt. Similiter etiam in Dalmatia, Croatia, et Sclavonia, eductis primo ex praesidiis generalibus capitaneis aliisque externis praefectis et militibus, ratione praefecturae omnium confiniorum cum ser. D. archiduce Ferdinando etc. concludat; et iuxta oblationem suam, ser. regia majestas post sui coronationem legatos suos Graecium expediat: immo ut ipsum Banatum sub hac praesenti diaeta, cum vetusta sua plenaria authoritate, a Dravo usque mare Adriaticum, bene meritae alicui personae conferat.[7]

Articulus XII. De militum externorum eductione: Civitatisque Segniensis penes Coronam Regni conservatione: Tum Praesidiorum quoque Sclavonicorum fortificatione.

Milites autem Germanos et alios externos, tam ex ipsa arce, quam etiam civitate Varasdiensi, loco videlicet sedis judiciariae ejusdem comitatus Varasdiensis nec non etiam ex Muran, Divén, Kőszegh, Léva et Lipcse aliisque locis (cum non sint Confinia regni), quamprimum educi faciat. Insuper Segniam quoque civitatem, in Dalmatia existentem, majestas sua regia a corona regni minime avelli patiatur: quin potius, pro sua regia et paterna

[7] Az 1606 végére összehivott kassai gyülés azt határozta: Ad nonum et decimum Articulos ubi de Capitaneatibus, Praefecturis et officiis quibuslibet per Hungaros nativos administrandis agitur, addendum, ut omnium officiorum Collationes per palatinum, ex pleno Consilio Hungarico semper fiant et ut in duobus Confiniis circa Danubium sitis, Jaurini nempe et Comarom, penes alios extraneos bene meritos, et erga Gentem Hungaricam sincere affectos ex vicinis Provinciis Suae Majestatis delectos Capitaneos supremos, Hungari Vice-Capitanei, et Praesidium quoque Hungaricum sit.

providentia, in eo esse, efficereque non dedignetur, ut milites confiniarii praedictorum regnorum Dalm., Croat. et Sclavoniae, uti antea semper, sic deinceps quoque, in consvetis eorum stipendiis plenum numerum per subsidia provinciarum Stiriae, Carinthiae, Carnioliae interteneantur: et emerita quoque ipsorum stipendia, hactenus insolita, ipsis dependantur; sic munitiones quoque omnis generis, victualia et praesidiorum fortificationes, more hactenus usitato, sufficienter administrentur: atque secundum praedictas conclusiones Viennenses (quibus et ser. D. Archidux Ferdinandus cum suis provinciis fidejussorie consensit), ex ejusdem manibus eadem confinia per regiam suam majestatem eximantur.[8]

Articulus XIII. Qualiter dignitates, et officia Hungaris, cum Germanis, in Liberis Civitatibus paria sint; domusque ipsis Hungaris, Sclavis, et Bohemis sine ulla contradictione emere liceat?

Praeterea nec hoc praetermittendum S. S. et O. O. censent, plerasque hactenus querelas ad se ab Hungaris delatas fuisse, quod ipsis in regiis ac liberis civitatibus etiam montanis et Sclavonicis neque domos emere liceat, neque ad alia publica munia exercenda, in propria ipsorum patria admittantur; ideo statutum est, ut in omnibus liberis civitatibus, absque respectu nationum, iudices primarii et senatores deinceps eligantur, ac aliae etiam quaevis dignitates, sine ullo religionis discrimine, Hungaris, Germanis et Bohemis seu Sclavis, quamcumque civitatem inhabitantibus mixtim et alternatim de caetero tribuantur: liberumque sit Hungaris nativis domos in medio ipsorum absque contradictione emere atque aedificare, resque ipsorum in vicinam quamcumque civitatem, iuxta decretum Ferdinandi regis anni 1563 art. 63 invehere et conservare: ita tamen et ea conditione, ut et ipsi Hungari vice versa, ratione domorum suarum civilium, quaevis onera publica subeant, omnibusque libertatibus, privilegiis, immunitatibus pariter cum civibus gaudeant et perfruantur: salvis tamen

[8] Illésházy nádor végre akarta hajtani a koronázó országgyülés e határozatait. Már 1609 elején két magyar küldöttség indította meg a tárgyalásokat Ferdinand főherczeggel. De mint Erdődy Tamás irja Thurzónak 1609 szeptember közepén, »a mi gréczi herczeghez való commissiónk még ez ideig mind csak vontatásban volt« s maradt is.

et illaesis eorum privilegiis, rite ac legitime emanatis, in quorum continuo usu fuerunt, permanentibus. Idem de privilegiatis quoque oppidis tenendum et observandum censetur.[9]

Articulus XIV. Querelae Hungarorum, contra cives Cassovienses, et Sopronienses.

De eductionibus autem vinorum contra cives Cassovienses et Sopronienses et alias quoque regias civitates et oppida privilegiata, confirmatur decretum 5. Vladisl. R. art. 19.[10]

Articulus XV. Ut Bona ad Fiscum regium devoluta, non pecuniis, sed gratis; bene meritis personis, per Majestatem Suam Regiam conferantur.

Statutum est quoque, ut bona, ad fiscum regium legitime devoluta, non pecuniis (prout antea factum); sed ut virtutis condigna ratio habita fuisse dignoscatur, bene meritis personis, iuxta antiquas regni consvetudines, majestas sua regia gratis donet ac conferat.

Articulus XVI. Status et ordines, in ipsorum Privilegiis, et Libertatibus, juxta Articulos Viennenses, conserventur: Et quidquid in publica Diaeta conclusum fuit; Sua Majestas illud Diplomate suo confirmet.

Ad undecimum. Dignum etiam quam maxime est, ut iuxta articulum hunc, Viennae conclusum status et ordines regni Hungariae in ipsorum privilegiis, libertatibus, consvetudinibus, aliisque omnibus inibi comprehensis immunitatibus per regiam suam M.

[9] Már az 1609-iki országgyülés kénytelen volt megujítani e törvényczikket az elfogult városi polgárok makacssága miatt.

[10] A nevezett czikk igy hangzik: Quoniam Cives Cassovienses et Sopronienses, nescitur quo titulo concessionis, in deductionibus vinorum ad partes superiores contra libertatem Regnicolarum sibi quasdam abusiones, et praerogativas introducere; Nobilesque ipsos et partium superiorum Regnicolas, per solitas, et consvetas vias proficiscentes, in ipsorum medium, cum curribus et equis, ac vinis eorum impellere coeperunt. § 1. Ideo conclusum est: Quod hujusmodi pravae abusiones, in praejudicium Regnicolarum et absque eorum pari voluntate, et consensu qualiterque introductae; penitus et in perpetuum abolitae sint, et habeantur.

sancte et illibate conserventur; et ut decreta quoque regni et articuli, cum aliis processibus iuridicis, quem admodum ii per designandas ex regnicolis ad id personas meliorati, in ordinem redacti, et tandem per eosdem regnicolas in publica eorum proxime futura diaeta approbati fuerint, eadem majestas sua diplomate regio ratificare et confirmare teneatur, conclusum est: et ut, juxta eundem articulum, nemo nisi legitime citatus et juris ordine convictus, puniatur; similiter conclusum est.[11]

Articulus XVII. Residui Articuli Viennenses, sub praesenti adhuc Diaeta determinentur.

Ad duodecimum, aliosque inmediate subsequentes articulos quod spectat, decretum est, ut ii usque ad coronationem novi futuri regis in suo vigore permaneant: et quaevis donationes et inscriptiones sub praesenti adhuc diaeta, iuxta contenta pacificationis Viennensis, sine aliqua dilatione, per regem ac S. S. et O. O. fiant et determinentur. Quibus hoc pacto, per R. S. Majestatem, rite et legitime in effectum deductis; salvisque viennensibus articulis, et confoederationibus, ut praemissum est, permanentibus.

Articulus XVIII. Ut Majestas Sua Regia in Regno habitet.

Primo: Postulant Hungari a sua R. Majestate, ut deinceps in medio ipsorum habitet, regnumque hoc propria in persona administret: aut si quando sua R. M. id forte ex certis ac gravibus de causis facere non posset; et diutius longiusque abesset; ex tunc majestas sua regia palatino futuro plenariam ac omnimodam potestatem attribuat, regnum istud cum consilio Hungarico non secus ac si ipsamet hic resideret, plenarie ac omnimode (more antiquitus solito), regendi ac administrandi.

Articulus XIX. Bona ad Austriam impignorata, qualiter vel gratis Regno remittantur, aut redimantur?

Secundo. Postulant, ut majestas sua regia, intuitu sinceri erga se amoris et benevolentiae gentis Hungaricae, hactenus luculenter satis declaratae, fideliumque servitiorum suorum, graviter hucusque praestitorum ac in futurum quoque pari fidelitatis

[11] A kiküldött bizottság nem készítette el a munkát.

obsequio praestandorum, bona universa, quae olim ad Austriam impignorata fuere, ut sunt: Pernstein, Kobelsdorf, Gynz, Forchtenstein, Eisenstadt et Hornstein, cum suis pertinentiis, pro hac animi ipsorum gratitudine, qua regiam suam M. sincere prosequuntur, atque in regem ipsorum acceptare non renuunt, iuxta creberrimas majorum suorum promissiones, gratis, sineque ulla inscriptionis summae depositione, remittere; modernosque possessores (quandoquidem ii a retroactis temporibus amplas satis superque utilitates et emolumenta inde perceperint, summamque inscriptionis aliquoties cum foenore exceperint,) ita contentare dignetur, quod ii absque ulteriori mora praedictas arces et dominia sine ulla difficultate Hungaris remittant. Si autem dictae arces ab Austriacis gratis non remitterentur; ex tunc, deposita inscriptionis summa, ab iisdem redimantur.

Articulus XX. Castrum Lublyó, cum tredecim oppidis Scepusiensibus a Polonis redimantur: Et de metis violenter per ipsos occupatis, iidem requirantur.

Tertio: Cum, non sine maximo coronae Hungaricae damno, castrum Lublyo, cum suis pertinentiis et 13. oppidis Scepusiensibus, inde a multis annis, Polonis impignoratum fuerit; ideo statutum est, ut majestas sua R. suos ad regem statusque et ordines Poloniae nuncios speciales Hungaros delegare dignetur; hac denunciatione per litteras eis facta: »promptos paratosque esse regnicolas, post tot annorum curricula; praedictam arcem cum suis pertinentiis ac 13. oppidis ad se redimere, totalemque et integram inscriptionis summam eis praestare ac deponere«. Conqueruntur autem hoc loco comitatus Sáros, Szepes, Bereg et Trinchin, quod, a Polonis vicinis, ratione occupationis metarum, multa damna et iniurias patiantur; ideo statutum est, ut etiam hac de causa Poloni requirantur, et metae regni ubique, tam cum Austriacis, Styriis, Carinthiis, Carniolis, Moravis, Silesitis ac aliis, iuxta priorum annorum constitutiones, rectificentur.

Articulus XXI. Confiniis Majestas Sua provideat.

Quarto: Quandoquidem salus et permansio non modo afflictae hujus patriae, tamquam clypei et antemuralis, sed aliorum quoque vicinorum regnorum et provinciarum ex bona ac secura confiniorum provisione ex aequo dependeat; sua M. regia nunc statim

cum fidelibus S. S. et O. O. certum modum invenire atque etiam demonstrare dignetur, unde, quomodo, quibusve mediis ac rationibus praesidia regni munitionibus, aedificiis, fortificatione, victualibus militeque necessario ita provisa esse queant; quo sub felicibus suae regiae majestatis auspiciis cuncta in tuto ac tranquillo collocata et ab incursionibus hostium secura esse possint.

Articulus XXII. Foeneratores, qui pecuniam suam, ad Fisci Bona, seu Mineras, lucri gratia dedere; illam amittunt; Et insuper in aestimatione proventuum convincuntur.

Quinto: Cum ex antiquis et publicis decretis regni Hungariae bona, ad coronam regni spectantia, nulli omnium regum Hungariae, qualicunque tandem necessitate adurgente (prout in decreto Alberti regis art. 16. et passim aliis in plurimis uberius patet) impignorare liceat; constetque, plerosque, tum ad fodinas minerales, tum etiam tricesimas, non vulgares pecuniae summas mutuo dedisse; ideo ex iis, atque etiam ex 7. Ulad. regis decreto art. 2. et 3. nec non etiam publicis constitutionibus manifeste elicitur ac concluditur, tales foeneratores, qui pecunias suas ad bona coronae regni Hungariae hujus, lucri gratia, mutuo dedere, non solum illas amisisse; verum etiam in aestimatione proventuum convinci debere: demtis tamen arcibus Munkács, Zólyom et Diósgyőr, quae quoniam pro publicis regni ac confiniorum necessitatibus inscriptae, pecuniaeque inde collatae non alio, quam ad eorundem restaurationem militumque solutionem erogatae dignoscantur; ideo praedictae arces, nonnisi deposita inscriptionis summa, a modernis possessoribus redimi, ac recuperari debebunt.

Articulus XXIII. Arces Murán, et Lipche, Hungaris redimendae concedantur.

Sexto: Quandoquidem in Viennensibus articulis expresse conclusum sit; ut arces et alia jura possessionaria quae hactenus in manibus Germanorum aliorumque externorum extiterunt, ab Hungaris, deposita inscriptionis summa, redimantur; ideo etiamnum secundum eos articulos, conclusum est, ut arces Muran et Lipche, depositis deponendis, e manibus Germanorum et aliorum extraneorum redimantur.

E) Az 1608. koronázás utáni I. törvényczikk az országgyűlés rendezéséről.

Az országgyűlés két kamarára való osztása s az országgyűlés tagságának joga 1608-ig csak jogszokáson alapult. Az 1608-iki országgyűlés állapítja meg először törvényesen a két kamara rendszerét s azt, hogy kik vehetnek részt az országgyűléseken. A reformnak irányát megmagyarázza az a két körülmény, hogy az országgyűlés kevesbítette az egyházi szavazatok számát és azon volt, hogy minél kevesebb város küldhessen követet az országgyűlésre.

A törvényczikket a Corpus Juris után közöljük, javítván a szöveget Kolozsvári és Óvári jegyzetei alapján.

Articulus I. Quinam Status, et ordines dicantur? Et qui locum, et vota in publicis Diaetis habere debeant, recensentur.

Quoniam ex pluralitate personarum, per suam majestatem regiam ad generalem regni diaetam convocatarum, nonnullae aliquando inaequalitates emergere consveverunt; idcirco ad abolendos quosve defectus et difficultates, quae sub nomine statuum et ordinum regni nonnunquam irrepserunt, visum est regnicolis concludere, quinam sub nomine statuum et ordinum regni intelligi; quive per suam majestatem regiam ad publica regni comitia per suae majestatis regales vocari, et vota sua in publica regni diaeta habere debeant. Cum itaque regni Hungariae status et ordines ex quatuor conditionatis regnicolis, nempe praelatis, baronibus seu magnatibus, nobilibus et liberis civitatibus constent; ideo regnicolae sub praesenti generali diaeta decernunt, ne sua majestas regia praeter hos ordines quempiam in generalem regni diaetam per regales suas litteras advocari faciat. Praelatorum autem statum hunc esse volunt, ut quicunque episcoporum capitulum suum cum praeposito suo sub sua jurisdictione episcopali, aut loca residentiae suae habuerit; ex tunc idem episcopus in conventu D. D. praelatorum et baronum pro sua persona propria locum et vocem habeat; nomine autem capituli praepositus una cum capitulo inter regnicolas, pari ratione unam et coniunctam vocem habeat. Demum praepositi, qui nulli inmediate episcopatui

subjacent; sed absoluta suae praepositioni annexa habent capitula et conventus; ii etiam a suis capitulis et conventibus non disjungantur; sed pariter amice conjunctam vocem habeant. Denique, si qui praepositorum et abbatum infulatorum et privilegiatorum essent, qui sua jura possessionaria praepositurarum et abbatiorum in regno habuerint, iisque potirentur; ii quoque, sub nomine statuum et ordinum regni comprehensi, vocem suam inter regnicolas, iuxta constitutiones Viennenses, habeant. Sic generali quoque ordinis divi Pauli, primi eremitae, una vox conceditur. Quantum ad ordinem magnatum; statutum est, ut universi barones et magnates, in generalibus diaetis praesentes, in coetu et conventu praelatorum, baronum et magnatum suum locum et sua vota habeant. Absentium vero nuntiis inter regnicolas locus et dignitas, ac vota ipsorum, more antiquitus consveto, post comitatuum nuncios et capitula, eisdem tribuantur. Liberas civitates, quae iuxta Uladislai regis decr. 7. art. 3. ordine recensentur, quod concernit; ut eae quoque in suis privilegiis et numéro statuum et ordinum conserventur; dignum iudicant regnicolae: quarum nuncii ut inter regnicolas locum et vota habeant; dignum quoque censent regnicolae. Reliquarum civitatum liberarum, quae ibi comprehensae non essent, status rejicitur ad emendationem decretorum. Praeter hos itaque S. S. et O. O. ne sua majestas regia (demptis illis, qui publicis regni officiis funguntur, utpote consiliarii nobiles, iudices regni ordinarii, eorum vice gerentes, protonotarii et iurati assessores tabulae suae majestatis regiae), ad comitia generalia adhibeat; eorumque vota, iuxta antiquum usum et sessionem, admittantur; decretum est.[1]

F) II. Ferdinánd hitlevele.

II. Mátyás nem sietett végrehajtani az 1608-iki törvényeket. Nem jószántából fogadta el azokat. Ministerei lassú, de folytonos munkával rongálták az alkotmányos önállóságnak azt a büszke épületét, melyet az 1608-iki törvények felépítettek. Munkájukat segítette az a körül-

[1] Az Ulászló decretumában megnevezett városok a következők: Buda, Pest, Pozsony, Kassa, Nagyszombat, Sopron, Bártfa, Eperjes. Az 1609-iki országgyülésre más városok is elküldötték követeiket. Korpona szavazati joga miatt vita támadt, mely a város javára dőlt el.

mény, hogy a rendek 1608-ban igen is gyorsan s nem elég szilárdul építettek. Kimondották a hadügyek és pénzügyek önállóságát, de nem gondoskodtak oly jövedelemről, melylyel a szomszédos államok pénzbeli segítsége nélkül is elláthatták volna a végvárakat. Majdnem egészen önálló hadügyet kivántak, de úgy, hogy jórészt idegen pénz fedezze annak költségeit. A kormány jól látta e visszásságot, de ahelyett, hogy igyekezett volna eltávolítani a nehézségeket, inkább arra törekedett, hogy megakadályozza az 1608-iki törvények érvényesülését. 1613-tól 1618-ig nem hivott össze országgyűlést. A jezsuiták mindjobban terjedtek az országban, birtokot szereztek s növekvő sikerrel munkálkodtak. Varasd, Murány és Divény váraiban megmaradt a német katonaság. A győri alkapitány s a komáromi kapitányok tiszte idegenek kezén volt. Érsekujvárba s Tatába is német kapitányokat neveztek ki s német katonaságot rendeltek. A horvát bán a horvátországi és szlavoniai végekben állomásozó idegen katonaság miatt nem volt úr a maga házában. Az udvar csorbította a nádor s a magyar tanács törvényes hatáskörét. A pozsonyi és szepesi kamarák önkénykedése nem szünt meg. A harminczadosok közt sok volt az idegen. 1618-ban az udvar már annyira nekibátorodott, hogy az országgyűléssel a királyság örökösödését próbálta elfogadtatni. A rendek visszautasították e kisérletet s azt követelték, hogy az ujonnan választott király erősítse meg hitlevelében az alkotmányos és vallásos szabadságokat.

Az 1619-iki országgyűlés, mely szenvedélyes vallási vitákkal s a szomszédos tartományok rendjeivel való alkudozással töltötte el az időt, nem iktathatta a törvénykönyvbe az 1618-iki hitlevelet.

Az 1608-iki törvényeken ejtett vallási s közjogi sérelmeket s Khlesl magyarellenes kormányrendszerét Bethlen

Gábor torolta meg, midőn a csehországi fölkeléssel szövetkezve fegyvert fogott. Ferdinánd a nikolsburgi békében megigérte, hogy koronázási hitlevelét a törvénykönyvbe fogja iktatni. Be is váltotta igéretét. Az 1622-iki országgyűlés II. törvényczikke tartalmazza a hitlevelet.

A hitlevelet az Orsz. Levéltárban őrzött példány után közöljük:

»Nos Ferdinandus, D. gr. rex Boh. A. A. etc. Agnoscimus et memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod, cum sacratissimo principi ac D. D. Mathiae, D.; gr. el. Rom. imperatori S. A. ac Germ., Hung., Boh. regi, D. patrueli et patri nostro observandissimo, benigne visum fuisset, inclito suo Hung. regno partibusque eidem adnexis, pro pia atque paterna sua cura et sollicitudine, de futuro rege atque successore tempestive prospicere, eumque in finem, ex singulari sua et paterna erga nos gratia et amore, ejusdem regni S. S. et O. O. benigne requisivisset, uti nos in futurum ipsorum regem eligere, acceptare, proclamare et coronare, adeoque optimae majestatis suae C. Rque intentioni, quae nonnisi in beneficium hujus coronae redundare queat, sua quoque ex parte respondere vellent: iidem S. S. et O. O. sollicitum hunc, et iam antea plurimis occasionibus praeclarissime contestatum majestatis suae C. Rque affectum, uti fideles et cives patriae amantes decet, grato animo agnoscentes, ejusdem desiderio haud gravatim obsecundare, atque nos in regem atque dominum ipsorum, iuxta antiquam consvetudinem et libertatem eorundem semper observatam, paribus votis et unanimi consensu rite eligere, proclamare, invocatoque demum numinis divini auxilio, feliciter coronare promptos paratosque fore declaraverint: demisse rogantes, uti infrascriptos articulos, omniaque et singula, in eis contenta, rata, grata et accepta habentes, nostrumque regium consensum illis praebentes, clementer acceptare, authoritate nostra regia approbare et confirmare, atque tam nos ipsi suo tempore benigne observare, quam per alios, quorum interest, firmiter observari facere dignaremur. Quorum quidem articulorum tenor sequitur, et est talis: *I. Conditio.* Quod universas et singulas regni libertates, immunitates, privilegia, statuta, iura et consvetudines, simul et conclusionem tractatus Viennensis omnesque articulos,

in eodem comprehensos, ita et reliquos, ante et post coronationem modernae S. C. et R. majestatis in anno 1608. et 1609. editos, in omnibus suis punctis, clausulis et articulis sua majestas R. firmiter et sancte observabit, per aliosque omnes inviolabiliter observari faciet. *II. Conditio.* Quod gravamina, si quae usque ad tempus suscipiendi regiminis majestatis suae qualitercunque evenerint; ea statim in initio regiminis suae majestatis, in diaeta primitus intra spatium sex mensium publicanda, penitus tollet. Gravamina autem universorum S. S. et O. O. regni, quaecunque successu temporis sub regimine suae majestatis emerserint; ea in singulis diaetis, quas sua majestas successivis temporibus pro commodo et necessitate regni, quo saepius fieri poterit, ita ut terminum triennii non excedat, publicare et celebrare dignabitur, sub eadem diaeta tollet et effectuabit. *III. Conditio.* Quod quando de rebus et negotiis regni Hungariae aut partium ei subjectarum agetur; ea per Hungaros tractare et consultare dignabitur, iuxta articulos anni 1608. 9 et 10. ante coronationem editos; item anni 1559 art. 8. Neque etiam supplicantes aut causantes indigenas regni, intra ambitum ejusdem occurrentes, ad regimen et iura externa rejicere, pertrahere et ablegare patietur, iuxta extrema verba articulorum 10 et 16 ante coronationem, et decreti Ferdinandi anno 1536. art. 41. editi. *IV. Conditio.* Confiniorum vero praefecturas, capitaneatus et alia officia, tam in hoc, quam aliis regnis annexis, majestas sua, iuxta art. 11. ante coron. an. 1608. editum conferet. *V. Conditio.* Quod pro iustitiae administratione, sine qua regna consistere non possunt, secundum laudabilem et Deo gratam in celebrandis iudiciis antiquam regni consvetudinem, iudicia octavalia pacis tempore, tam in superioribus quam in inferioribus regni partibus, iuxta constitutionem anni 1609. art. 70. continuo celebrari faciet. Et iuxta eundem articulum, tam in tabula regia, quam appellationibus, sine discretione religionis, iudices fiant: neque status et O. O. regni mandatis extra terminos iudiciorum, coram iudicibus regni ordinariis vel deputatis, iuri stare et ad productionem privilegiorum cogere, exsecutionesque legitimas nec per se impediet, nec per suos officiales impediri patietur: similiter etiam illegitima iudicia et illegitimas exsecutiones fieri non admittet. Allegantur primo pro iudiciorum octavalium celebratione art. 70 anni 1609. secundo pro iuribus nobilitaris praerogativae tripart. P. I. tit. 9. item Ferd. regis anni 1546

art. 30. item art. 11. pacific. Vien. tertio, ne mandatis regiis iuris processus turbetur, Math. I. 1471. anni art. 12., Maximil. 1566. art. 25., Mathiae II. 1613 art. 34., quarto, ne expediantur mandata illegitima, Ferd. an. 1563 art. 80. Math. II. 1608 art. 6.[1]

VI. Conditio. Quod religionis negotium inter universos S. S. et O. O. regni in suis ac fisci bonis, item in confiniis quoque regni Hung. militibus Hungaris, propter regni tranquilliorem

[1] Az *1609.* LXX: törvényczikk igy hangzik:

Iudicia Regni, tam Brevia, tam Octavalia, postliminio iterum in usum revocantur, et instituuntur, modo sequenti.

Quoniam Iustitiae administratio, sine qua Regna consistere non possunt, jam a multis annis, propter continuos bellorum tumultus in hoc Regno Hungariae cessaverit: 1. §. Ideo laudabilem et Deo gratam in celebrandis Iudiciis antiquam Regni consuetudinem denuo restaurandam Regnicolae decernunt, et statuunt; ut deinceps Iudicia pro Cis- et ultra Danubianis partibus Brevia Brevium, pro Dominica Invocavit: Pro octava autem die Festi Beati Lucae Evangelistae, hic Posonii Generalia; pro superioribus vero Regni partibus; pro Octavo die Beati Georgii Martyris, in Eperjes continuo celebrentur.

2. §. In Sclavonia vero, pro festo Epiphaniarum Domini, et Sancti Jacobi, In Civitate Montis Graeciae. (Zágráb.)

3. §. Nominantur autem in partibus Regni Cis- et ultra Danubianis, ad tabulam S. Mtis Regiae pro Praelatis; ... Pro Baronibus ... ad Appellationem, penes Dominum Palatinum... In Partibus Regni Superioribus, pro Praelatis ad Tabulam Regiam ... Pro Baronibus ... Ad Appellationem Praelati ... Quibus sicut et Tabulae Regiae Assessoribus, ut juxta publicas Regni Constitutiones, consveta ipsorum praestentur Salaria, statutum est.

Az *1546. Art. 11.* igy hangzik:

Literae Exmissionales; Vice-Comitibus statim post finitam connumerationem dentur. Et quod Vice-Comes et Iudices Nobilium, consvetis salariis sint Contenti.

Literae Birsagiales in prima statim Sede post finitam connumerationem, per Universitatem Nobilium Vice-Comiti extradentur.

§. 1. Teneanturque Vice-Comites mox acceptis hujusmodi literis, *birsagiandum* exire. 2 §. Et quod tam Vice-Comes, quam Iudices Nobilium, consveto suo Salario sint contenti; Nec ultra illud quicquam, de bonis suis, et aliorum, exigere praesumant; sed eadem salaria sua quisque de manibus Dicatorum rehabeat.

Az *1546. Art. 30.* igy hangzik:

Iudicia celebrentur, sententiae latae executioni demandentur.

Quod Regia Majestas in Regno Hungariae, juxta conclusionem Novisoliensem et Tyrnaviensem, judicia sine intermissione celebrari curet: 1. §. Et sententias, tam antehac latas, quam inposterum ferendas, servatis de jure servandis, pro auctoritate sua Regia, cum brachio suo Regali, debitae exe-

permansionem, iuxta constitutiones Viennenses et articulos ante coronationem editos, maneat liberum, illaesum et illibatum. Ita videlicet, ut religionis exercitium tam baronibus magnatibus et nobilibus, quam liberis etiam civitatibus universisque S. S. et O. O. regni Hung. in suis ac Fisci bonis, item in confiniis Regni Hungariae, nec non oppidis ac villis, illud sponte et libere acceptare volentibus, ubique liberum relinquatur; nec quisquam cujuscumque status et conditionis existens, in libero ejusdem usu ac exercitio religionis a majestate sua regia et aliis quibusvis dominis terrestribus quovis modo aut quovis sub praetextu turbetur aut impediatur.[2]

VII. Conditio. Quod in palatini electione ejusdemque authoritate, iurisdictione et officio, iuxta art. Vien. pacif. ad 3. item ante coron. edito an. 1608. art. 11. et ann. 1613 art. 7. Ferd. regis ann. 1555. art. 1. circa finem, ac secundum formam iura-

cutioni demandandas curet: 2 §. Nec ad quorumpiam supplicationes, prorogationibus, vel aliis impedimentis, hujusmodi judiciorum executionem interturbare patiatur.

Az *1613. Art. 34.:*

Causarum Processus, illegitimis mandatis non impediendi: nemoque nisi legitime citatus et Iuris ordine convictus, damnificetur.

Statutum praeterea est; ne Mandatis illegitimis vel missilibus, Processus causarum in Comitatibus impediantur. §. 1. Nemoque, nisi legitime citatus, et Iuris ordine consueto convictus, in persona, vel bonis, sub quovis colore, damnificetur.

Az *1608. Art. 6.:*

Mandata, quae non sunt Iuridica; per Iudices Regni non expediantur.

Mandata illegitima, non observentur:

1. §. Neque iis Regnicolae (prout hactenus factum) deinceps vexentur; §. 2. Et praeter Iuridica Mandata, alia per Iudices Regni Ordinarios, non expediantur.

[2] Az 1618-diki országgyülésen a rendek e conditióban az una cum templis kifejezést is fel akarták vétetni. Hivatkoztak Mátyás fhg 1606-iki nyilatkozatára, melyben a templis kifejezés is előfordul s azt kérdezték, hogy mi értelme van a törvénynek, mikor a katholikus földesurak jobbágyaiktól elveszik a templomokat? A katholikusok hivatkoztak a patronatus jogára s érvénytelennek nyilvánították Mátyás oklevelét, mivel 1606-ban Mátyás még nem volt koronázott király. Öt napig tartott a heves vita a »templis« szóról. A protestansok engedtek, de bizonyos mértékig érvényesült akaratuk, mert a VI. conditióban előfordul az aliis quibusvis dominis terrestribus kifejezés, mely a bécsi békében s az 1608-iki törvényben nincs meg.

menti ejusdem palatini, praescriptum modum majestas sua observatura est. De banatu etiam, quae in eodem art. 11 anni 1608 continentur; similiter et de valachis an. 1604. art. 14. an. 1608. art. 9. et an. 1613. art. 39. effectuabit.[3]

VIII. Conditio. Quandoquidem salus et permansio non modo afflictae hujus patriae, tamquam clypei et antemuralis, sed aliorum quoque vicinorum regnorum et provinciarum ex bona et secura confiniorum provisione dependeat; majestas sua, iuxta art. 21. anni 1608 ante coron. et art. 32. 1609. paterne confiniis providere dignabitur.

IX. Conditio. Quod civitates liberas et montanas in suis iuribus, libertatibus, privilegiis et immunitatibus conservabit.[4] ⸸

X. Conditio. Quod coronam regni ex regno Hung. nulla ex causa vel quaesito colore, nulla etiam industria, vel arte majestas

[3] Az *1555.* Art. 1. vége: 9. §. Utque Dominus Palatinus, pro sui muneris ratione in eos, qui violentias hujusmodi prohibere cunctarentur; Aut illis conniverent; inque ipsos violentos tam internos, quam externos homines; juxta Regni Decretum, publicasque Constitutiones, severissime, sine cujusquam respectu personae, animadvertat. §. 10. Neque quisquam authoritati, officioque ipsius Domini Palatini, quovis praetextu, se audeat opponere. 11 §. Verum tam in his, quae ad militiam, quam quae ad justitiam spectant; libere, ac prout talis officii ratio exigit, munus ipsum suum, in persona et auctoritate Regia rite exercere possit.

§. 12. Reliqui omnes Capitanei, et Gentium Praefecti, cujusvis nationis, ab ipso dependeant, Quemadmodum majestas Sua, juxta authoritatem ipsi Palatino semel traditum, facultatemque exercendi suam; praemisso modo, clementer permisit. A walachusok azok a törökországi szerb telepítvényesek voltak, a kiknek a katonai kormány Horvátországban és Szlavoniában pusztán hagyott földeket jelölt ki lakóhelyül. A telepítvényesek határőrök voltak s szabadalmaikra hivatkozva nem engedelmeskedtek a földesuraknak. A Zrinyi grófok, a zágrábi püspök s más földesurak tiltakoztak a földesuri jogok megsértése ellen; a zágrábi püspök 1618 körül panaszkodott, hogy a telepítvényesek nem teljesítik jobbágyi kötelezettségeiket, noha szabadalmuk ideje már rég lejárt. Az országgyülések egyre sürgették a határőrök kiváltságainak megszüntetését vagy korlátozását, de a számos törvényczikknek alig volt foganatja, mert a kormány pártolta a határőröket. II. Ferdinand 1635-iki rendeletében kijelenti, »hogy soha sem akarta a walachusok szabadalmait megsemmisíteni, sőt oltalmazni és fentartani kivánja azokat.« (Vaníček: Spezialgeschichte der Militärgrenze, I., 115. l.)

[4] 1616-ban az alsó-ausztriai kamara ő felsége nevében megparancsolta a bányamunkásoknak, hogy mindig és mindenben engedelmességgel tartoznak a kamara rendeleteinek.

sua R. auferet aut auferri curabit; sed quod, iuxta veterem consvetudinem ac libertatem ipsorum regnicolarum, per certas de eorum medio unanimiter ad hoc delectas et deputatas personas utriusque religionis seculares in regno conservabit, iuxta art. 4. ante coron. et 16. post. cor. an. 1608 et Ulad. regis decreto in conditionibus, (fönnebb) item ejusdem Ulad. decr. an. 1492. art. 3.

XI. Conditio. Quod metas regni Hung. et partium ei subjectarum non abalienabit; imo differentias, ratione metarum cum Polonis, Silesitis, Moravis et Austriacis, nec non Stiriis, Carinthiis, Carniolis exortas ac vigentes, omni studio ac ope majestas sua R. componet, determinabit et recuperabit.

XII. Conditio. Quod confoederationes cum regno Bohemiae et aliis vicinis provinciis ac Transsilvaniae, iuxta art. pacif. Vien. et constitutionum anni 1609. art. 42. in suo vigore permaneant, suaque majestas eas observabit et per suos observari faciet.[5]

XIII. Conditio. Quae de pace publica regni conservanda et bello non movendo extraneoque milite non inducendo, art. 2. ante cor. in an. 1608 sancita fuerunt, ea sua M. inviolabiliter observabit, et per alios observari faciet. *XIV. Conditio.* Ut intuitu sinceri erga domum Austriacam suamque M. R. amoris et benevolentiae gentis Hungaricae hactenus luculenter satis declaratae, ac in futurum quoque declarandae, arces Pernstein, Kobelsdorf, Gincz, Forkenstein, Eisenstadt et Hornstein cum suis pertinentiis, iam tandem interpositione, auxilio et munificentia suae Majestatis R. ab Austriacis gratis eliberentur, et regnicolis pro animi ipsorum gratitudine, qua domum Austriacam atque regiam quoque M. suam prosequuntur, remittentur. Siquidem a tot retroactis temporibus amplas satis utilitates et emolumenta exinde perceperint; si autem dictae arces ab Austriacis gratis non remitterentur; ex tunc, deposita inscriptionis summa, ab iisdem redimentur. Et iuxta art. 7. anni 1608. item anni 1609. art. 62. iuris-

[5] 1609. Art. 42:

Confoederatio, cum utraque Austria, et Moravia, firmiter observanda.

Confoederationes cum utraque Austria et Moravia, ex consensu Majestatis Regiae factae (de quibus litterae authenticae, ab utraque parte habentur) maneant in suo vigore;

§. 1. Et perpetuo, inviolabiliter ultro citroque observentur.

A szövetség megerősítésének 1618-ban még volt jelentősége, de 1622-ben, Csehország leigázása után, már nem volt értelme.

dictioni, legibus et oneribus regni Hung. praedictorum arcium pertinentiae subjaceant.[6]

XV. Conditio. Quod castrum Lublyo cum suis pertinentiis et 13. oppida Scepusiensia (siquidem magno cum damno et incommodo regni et regnicolarum a Polonis possidentur; nam non solum aliquid in medium regnicolarum contribuere nolunt; verum illatis regnicolis diversis injuriis ac violentiis, in regni Hungariae iuri stare, et in comitatibus comparere recusant, omnes suos conatus manu violenta impune exercendo, unde et authoritati suae majestatis plurimum derogare videtur) majestas sua R. facta interpositione apud S. C. et R. M. castrum illud cum pertinentiis et praedictis oppidis eliberare, regnoque applicare dignetur, cum non desint modi summam illam inscriptionis per regnicolas deponendi.[7]

XVI. Conditio. Quod milites hajdones, privilegia a sua M. C. et R. habentes, fruantur illis; et tempore regiminis sui M. sua regia eadem confirmare dignabitur.[8]

[6] Az 1609. Art. 62-nek 4. §-a így hangzik:

Huic autem oneri ferendo, subjaceant nullis bonis omnino exceptis; Universa bona, tam Dominorum Praelatorum, Baronum, Nobilium, Capitulorum, et Civitatum, tam in Hungaria, quam in Sclavonia, nec non Fisci Regii, atque etiam tredecim oppida Scepusiensia, una cum possessionibus, ad Arces Lublyó, et Podolincz pertinentibus, nec non Arcium Kabold, Kőszeg, Borostyánkő, Fraknó, Kismarton et Szarvkő, quos Dominus Palatinus ad Contributionem modis omnibus compellat.

Fraknót és Kaboldot 1626. február 14-ikén csatolták vissza Magyarországhoz, Kőszeget, Szarvkőt, Borostyánkőt és Kis-Martont pedig 1647. szeptember 7-ikén.

[7] A XIV. s XV. conditio megértése végett szükséges tudnunk, hogy a nádor érvényt akart szerezni az 1609-iki törvénynek.

Rendeletére a megyék az Ausztriának elzálogosított uradalmakban s a tizenhárom szepesi városban is be akarták hajtani az adót. De 1613-ban igen határozott parancsok érkeztek Bécsből a határszéli megyékhez, melyekben meg volt hagyva nekik, hogy ne háborgassák a szóban forgó uradalmakat, mivel Ausztriához tartoznak és az ügyet majd tisztázza a jövő országgyülés. A szepesi városok pedig nem bocsátották be a rovót, s a lengyel király komolyan eltiltotta, hogy alattvalóira adót vessenek.

[8] Mátyás korában, kivált az 1615-iki török béke idején, úgy látszott, hogy Khlesl politikája komoly veszélylyel fenyegeti a hajdúvárosok szabadságát. A *Querela Hungariae* szemére veti a kormánynak, hogy ki akarta irtani a hajdúkat.

XVII. Conditio. Assecurabit quoque M. sua, quod, vivente S. C. Rque majestate, D. N. clementissimo, in nullam administrationem regni sese intermittet, absque suae C. R.-que majestatis expressa et specifica benigna voluntate regnicolarumque assensu. Atque hae sunt conditiones, quas M. sua regia ante electionem suam acceptare sufficientibus litteris suis assecuratoriis sub verbo regio confirmare; post coronationem vero suam, tempore suscepti regiminis, generalibus articulis inseri ac publicare dignabitur. Nos itaque, praedicta universorum S. S. et OO. incliti regni Hung. et partium ei subjectarum supplicatione clementer admissa, pro benigna animi nostri propensione ipsisque clementer gratificandi voluntate, praeinsertos universos articulos ac omnia et singula in eis contenta, rata, grata et accepta habentes, eisdem Regium nostrum consensum, benevolum pariter et assensum praebuimus, et illos, ac quaevis in eis contenta — acceptavimus, approbavimus, ratificavimus et confirmavimus. Promittentes et assecurantes Status et Ordines, in verbo nostro Regio, quod praemissa omnia, tam nos ipsi Regiminis nostri tempore observabimus, quam per alios fideles subditos nostros, cujuscunque Status et Conditionis existant, observari faciemus, uti vigore hujus nostri Diplomatis acceptamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, atque promittimus. In cujus fidem et testimonium literas has manu propria subscripsimus et sigilli nostri impressione muniri iussimus. Datum in civitate Posoniensi, die 15. m. Maji, anno Domini 1618.

G) Az 1647-iki törvények.

A nikolsburgi béke, de különösen Bethlen Gábor halála után az ellenreformatio mind nagyobb eredményeket ért el. Alvinczi irja 1633-ban megjelent Postillájában: »A mostani magyarok e veszedelmünkre fordult időben hanyat homlok sietnek a pápának hódolni.« Ha a főúr és nemes vallását változtatta, a jobbágy szabad vallásgyakorlata nem volt többé biztosságban, bármit mondottak az 1608-iki törvények és II. Ferdinánd hitlevele. A katholikus felfogás szerint a kegyúri jognak lényege abból állott, hogy a patronus földesúr az eredeti alapítás szellemében a templomot annak az egy-

házi férfiúnak adja, a ki neki tetszik. A katholikus földesurak elfoglalták a protestáns templomokat, elűzték a papokat, birságolták a vallásukhoz ragaszkodó jobbágyokat s elszedték a protestáns lelkészek jövedelmeit. Mind e panaszok ellen hiába kért orvoslatot a protestáns ellenzék a harminczas évek országgyűlésein.

I. Rákóczy György szövetkezése a svédekkel kivivta azt, amit az országgyűlések protestáns követei hasztalanul kértek. A linzi béke sokkal határozottabban védelmezi a jobbágyok vallásszabadságát, mint a bécsi béke, az 1608-iki törvények és II. Ferdinánd hitlevele. Az 1646/7. országgyűlés törvénybe iktatta a békét s több törvényczikkben kiegészítette annak intézkedéseit. E törvények elrendelik, hogy egyik fél sem tartozik a másiknak papját fizetni s egyszersmind gondoskodnak a szabad vallásgyakorlat háborgatóinak büntetéséről. A czikkeket egykorú nyomtatott példány után közöljük:

Articulus V. Diploma Regium Pacificationis, cum Illustrissimo Principe Transylvaniae Domino Georgio Rákóczy initae, publicis Regni constitutionibus inseritur.

Quandoquidem sua M. S. S. pro paterna sua clementia, nuper exortas in hoc regno internas dissensiones placidis mediis componere, ac cum illustrissimo principe Transsylvaniae, D. Georgio Rákóczi et sibi adhaerentibus, medio certorum commissariorum suorum, sub certis conditionibus pacem facere, clementer dignata fuerit, diplomatique, super eadem pace emanato, ut status quoque et ordines Regni assensum suum praeberent, ab iisdem benigne postulaverit; iidem fideles universi S. S. et O. O. Regni benignae suae majestatis requisitioni humillime annuentes, idem diploma majestatis suae SS. praesentibus constitutionibus inserendo, contradictionibus dominorum cleri et aliorum quorumvis secularium catholicorum non obstantibus; imo iisdem in perpetuum nullum vigorem habentibus,[1] acceptarunt, approbarunt et

[1] Midőn a király megbizásából 1646. október 9-ikén két német tanácsos arra kérte az országgyülést, hogy iktassa törvénykönyvbe a linzi béke

confirmarunt; cujus quidem diplomatis haec est series: Nos Ferdinandus III..... memoriae commendamus.... quod cum superioribus proxime elapsis temporibus certi motus intestini et hostilitates in regno nostro Hung. exortae fuissent; exindeque pax et tranquillitas regnique quies perturbata exstitisset; nos, paterna et benigna affectione moti, ejusmodi suscitatos tumultus, ut Christiani sangvinis effusioni parceretur, sublatisque in regno quibusvis dissidiis, indigenae quiete et tranquillitate perfruerentur; placidioribus potius transactionis mediis, quam armorum vi sopitos et compositos esse cupientes, ad postulata et praetensiones illustr. Georgii Rákóczi, principis Transsilvaniae, quarundam partium regni Hung. domini, Siculorum comitis, ac eidem adhaerentium Hungarorum, nos clementer declaravimus; quarum etiam benignarum concessionum nostrarum series (quemadmodum tam in tractatu Tyrnaviensi, quam etiam ultimate medio ablegati ad praefatum principem Transsylvaniae, fidelis nostrae egregii Joannis Törös, alias camerae nostrae Hungaricae consiliarii, conventum est), sequitur in hunc modum: I. Quantum ad negotium religionis attinet; articulo I. anni 1608 ante Coron. edito, et diplomatum regiorum conditione 6. aliisque subsequentibus superinde regni statutis in vigore relictis, diversisque hactenus impedimentis et interpretationibus non obstantibus, declaratum et conclusum est, quod omnes S. S. et O. O. regni ipsaeque liberae civitates, nec non oppida privilegiata et milites Hungarici in confiniis regni liberum habeant ubique suae religionis exercitium, cum libero templorum, campanarum et sepulturae usu;[2]

oklevelét, Lippay érsek a papság nevében tiltakozott a béke vallásügyi pontjai ellen. Lippayhoz csatlakozott néhány világi főrend is. Gróf Pálffy Pál országbiró nyiltan rosszallotta az érsek eljárását. A protestánsok azt követelték, hogy a papság vonja vissza a tiltakozást. Lippay nem engedett. Az izgatottság csak akkor csillapult, midőn a király október 22-ikén örökre érvénytelennek nyilvánította a papság tiltakozását.

[2] A tizennégy megye és hat szabad királyi város követei az 1644-iki tokaji gyülésen szerkesztett feliratban így nyilatkoznak: Quod non modo parochiae, sed etiam templa ab evangelicis per dominos terrestres aut alios quosvis occupata exstitissent, sepulturis etiam et usu campanarum interdictis... Cum autem novae istiusmodi mutationes et variationes pro usu esse et dici non possint, ad libertatem usus vi statutorum requiritur, ut idem religionis usus in frequentandis iisdem templis, usu campanarum et sepulturis, qui tempore conditi hujus articuli anni 1608. fuerat, reducatur. (Szilágyi: A linczi béke okirattára 54. l.)

nec quisquam in libero suae religionis exercitio a quoquam, quovis modo, aut quovis sub praetextu, turbetur et impediatur. II. De non impediendis seu turbandis rusticis in sua confessione, declaratum et conlusum est, ut illi quoque propter bonum pacis et tranquillitatem regni, sive sint confiniarii, sive oppidani, sive villani, in quorumcumque DD. terestrium et fisci bonis, iuxta vigorem praescripti articuli et conditionis, in libero suae religionis exercitio ac usu, modoque, ut supra, simili, a sua majestate R. vel ejusdem ministris aut dominis suis terrestribus quovis modo aut quovis sub praetextu, non turbentur aut impediantur; hactenus autem impediti, coacti et turbati, liberum religionis ipsorum usum reassumere, exercere et continuare permittantur; neque ad alias, religioni ipsorum contrarias, ceremonias peragendas compellantur.[3] III. Concordatum etiam est inter nos, ut imposterum ab eorundem oppidanorum et villanorum parochiis ecclesiae pastores sive concionatores per quoscunque amoveri et exturbari neutiquam possint: qui autem hactenus amoti fuissent; liceat ipsos reducere, vel alios loco ipsorum substituere.[4] IV. Quaestiones

[3] A tokaji gyülés erről: In hujus autem primariae libertatis labefactationem factum est, ut subditi a dominis ipsorum terrestribus non spontanea acceptatione, ut in articulis specificatum esset, sed violenta coactione, birsagiorum impositione, aliisque artibus et praetextibus, ad aliam conscientiis ipsorum nimis onerosam religionem amplectendam compellerentur, ac ad alias religioni ipsorum contrarias ceremonias et census parochiales solvendos adigerentur. Cum igitur libertatis hoc nomen et praerogativa omnem coactionem excludat praemissis regni statutis ita hac in parte satisfactum fuerit, si omnes violentae hujusmodi coactiones, aut quovis modo factae turbationes tollantur, universisque subditis sic coactis spontaneae in negotio religionis optio libera relinquitur.

Ferdinand biztosai e pontra így válaszoltak a nagyszombati tárgyalások alkalmával: Nos sane hoc ita esse minime agnoscimus, cum primaria regni libertas a rusticis non incipiat, quare licet illi suas concessiones habeant, neque in libero propriae religionis exercitio impediri a quoquam debeant, sicut neque cives in civitatibus regiis a magistratu, quod nos non oppugnamus; ea tamen concessio non est facta in opprobrium dnorum terrestrium, aut eo fine, ut hinc insolescendi contra eosdem sument subditi occasionem.

[4] U. o. A tokaji gyülés erről: Accederet ad haec, quod concionatores evangelici parochiis ipsorum exturbati, solitis proventibus privati, ab ecclesiis ipsorum exulare cogerentur. Cum autem manifestum sit, exercitium religionis sine ministerio verbi divini et sacramentorum administratione fieri non posse, non dubium fuerit turbatum ibi liberum religionis exer-

vero circa gravamina, negotium religionis et occupationes templorum concernentes, tam quae in anno 1638. suae majestati exhibita sunt, quam post subsecuta, in futura primitus celebranda regni diaeta, propter regni tranquilliorem permansionem, unionemque animorum, ut vel amicabili DD. regnicolarum compositione sopiantur, vel authoritate suae majestatis finaliter complanentur, cum satisfactione evangelicorum. Ac pro quibus usus templorum determinabitur; proventus parochiarum quoque ad eosdem pertineant; nec ultra occupationes templorum fiant: ea autem templa, quae hoc disturbiorum tempore, violenter utrinque occupata fuerunt, statim post permutationem diplomatum praedictis evangelicis restituantur, prouti etiam catholicis. Gravamina autem futuris quoque temporibus in eodem negotio religionis emergentia, tam catholicorum, quam evangelicae confessionis hominum, quam etiam alia gravamina regnicolarum, tam evangelicorum, quam catholicorum, secundum 17. conditiones sua

citium, ubi media ad illud continuandum necessaria adimerentur. Justum itaque fuerit ad complanationem istius gravaminis, ut omnes concionatores evangelici sic exturbati, aut illorum loco ejusdem religionis alii in pristinas sedes et parochias ademptas reducantur, solitisque proventibus fruantur, religionisque munus libere in ecclesiis ipsorum exerceri permittantur. A biztosok erre Nagyszombatban így feleltek: Urgent hanc religioni suae, ut putant, illatam injuriam, quod praedicantes ex parochiis quibusdam exturbati, solitisque proventibus privati sunt. Verum ne hoc quidem ad laesam religionis libertatem probandam magnopere facit, nam etsi omnes regni articulos excusserimus, nullam sane inveniemus, in quo rusticis expresse concessum sit, ut suos habeant praedicantes ... dicimus nullam unquam concessionem rusticis factum esse, ut contra jus patronatus dnorum terrestrium, primamque intentionem fundatorum parochiae ac eorum proventus, catholicis sacerdotibus exclusis, praedicantibus a subditis conferri possit. Quare etiam posito (quod tamen hic non decidemus), quod rusticis extraordinaria concessione indultum esset, ut suae religionis praedicantes intertenere possint, hinc tamen nihil aliud sequeretur, quam quod si illa extraordinaria concessione uti velint, possint quidem praedicantes habere, sed solvent ex propio marsupio, et non ex iis proventibus, quos primi fundatores pro catholicis sacerdotibus deputaverint, et ad quos non rustici, sed dnus terrestris, tam quam patronus plenum jus habet. — Quamquam etiam in hoc casu adhibenda esset cautela, ne praedicantes contra dnos terrestres, in quorum fundo habitant, acuteatis verbis declament, quibus subditorum animi exulcerari contra praedictos dnos possent, idque sub poena ejectionis ex tali loco. (U. o.)

majestas singulis diaetis plenarie complanabit, absque injuria evangelicorum.[5]

V. Accordatum quoque est, ut sua majestas contra transgressores statutorum, etiam in negotio religionis, in futura diaeta, vel Articulum 8. decr. 6. Uladislai regis renovandum et observandum curabit, vel etiam condignam poenam cum certo exsecutore statuere dignabitur.[6]

[5] A tokaji gyülés erről: Quibus praemissis, vigore statutorum et confirmatarum praemissarum libertatum regni, uti iustis status evangelici querelis majestati suae sacratissimae humillime exhibitis, iisque in novissima diaeta Posoniensi anni 1638, per publica eorundem Gravamina fusius et luculentius declaratis, majestatique suae porrectis, supplicare iterato praedictos dominos regnicolas majestati suae sacratissimae, dignetur omnia praemissa non modo clementer complanare, verum etiam eas complanatas realiter effectuari facere.

(Az 1638-iki protestáns sérelmek szóltak 1. A jobbágyoktól elvett templomokról. 2. A templomoknak a kegyúri társaktól és közös birtokosoktól való elvételéről. 3. A jobbágyoknak erőszakos katholizálásáról. 4. Az egyházak régi birtokainak elfoglalásáról. 5. Némely szabad kir. városokban templomépítési tilalmakról. 6. A protestáns papoktól a tizenhatod rész elvételéről. 7. A protestáns papoknak a szentszékek elé való hurczoltatásáról. L. Zsilinszky: A magyar országgyülések vallásügyi tárgyalásai II. kötet.)

[6] A tokaji gyülés erről: Ut autem praemissorum statutorum violatio futuris quoque temporibus formidine etiam poenae magis praecaveri valeat, mutuaque inter se regnicolarum concordia firmius coalescat, dignetur majestas sua sacratissina in exemplum aliorum praemissorum quoque statutorum violatores, tam modernos, quam in futurum existentes ea poena puniendos facere quae Uladislai regis art. 8. decr. 6 contra statuta regni peccantes expressa fuisset, praevia tamen inquisitione commissariorum utriusque status romano scilicet catholici et evangelici, ad praemissa sub praesenti adhuc tractatu eligendorum et expediendorum. A kir. biztosok erre: Hoc quoque tristissimum nobis accidit, potestque accidere, quod post exhibita postulata, scripto adjungunt, nimirum, ut domini catholici, quoscunque in praemissis tribus punctis offendissent, iuxta art. 8. decr. sexti Uladislai regis, omnes puniantur; hoc postulato enim, universos fere dnos catholicos eliminari et extirpari cupiunt, et quidem ad simplicem tantam delationem Vrarum Dom. asserendo et illud violationem articulorum esse, de quo in constitutionibus ne punctum quidem habetur; imo contraria inveniemus tam in iuribus quam libertatibus nostris antiquis, quam in ipsis in favorem ipsorum a nobis concessionibus factis, quae apparuerunt, tam ex dicta pacificatione Viennensi, quam ex allegato Matthiae archiducis interpretativo diplomate. Et licet contra novas illas concessiones, aliqua contigissent, haecne est via, aut poena eorum? neque articulus ille unquam in usu fuerit, sed neque qualiumque statutorum violationem concernebat,

VI. Praemissa autem omnia pro uberiori declaratione statutorum, tollendisque ulterioribus regnicolarum dissensionibus, ut in primitus celebranda diaeta confirmentur, publicisque regni statutis inserantur, conclusum est. VII. Cetera, sub hac pacificatione utrinque agitata et tractata, utpote sedis spiritualis status, patrum Jesuitarum personalis a regno abstinentia; decreti Andreae II. per Ludovicum I. facta confirmatio; de arendationibus decimarum articuli 61 anni 1548 renovatio et cum effectu observatio; de non abalienationibus bonorum aviticorum, per ecclesiasticos sive seculares factis, vel fiendis; de personarum, ad diaetam convocari solitarum, discretione, atque vocum in eadem diaeta collectione et suffragiorum examine; de militis extranei, iuxta art. 24 anni 1625 e regno eductione; similiter de non eductione militum Hungarorum de confiniis regni; de distributionibus bonorum et officiorum regni, majorum vel minorum, sine religionis discretione; de administratione juris et communis justitiae; nec non omnium tractatuum, ratione Hungariae, cum Turcis vel aliis quibusvis vicinis nationibus, per nativos Hungaros saeculares institutione; ac aliis etiam omnibus, libertates patriae atque defensionem et conservationem regni et regnicolarum concernentibus negotiis, ut primis statim comitiis aliquid certi de iis statuatur, vel jam statuta ibidem defacto effectuentur, simili modo conclusum est.[7]

et minus similes concessiones, in quibus passive se habent domini catholici. Az Articulus 8., Ulad. II., Decr. VI. így hangzik:

Contra Statuta Regni peccans, puniri debent. Quicumque contra Statuta, Decretaque Regni, palam et aperte egerit. Decretaque hujuscemodi, temerario ausu violare de caetero praesumpserit (prout hactenus per plerosque Potentes fieri solitum erat) talis, si fuerit Praelatus, aut altera Persona Ecclesiastica: in amissione Praelaturae, vel alterius dignitatis, et beneficii; Si vero Baro, vel Nobilis: in amissione universorum bonorum suorum, et jurium suorum possessionariorum convincatur eo facto, et perpetuus Regiae Majestatis, ac Regni infidelis, et exul habeatur.

[7] Az országgyülési tagok meghivásáról és a szavazás módjáról nem intézkedik az országgyülés törvénykönyve. Erről a kérdésről a tokaji gyülés így nyilatkozik: in regni diaeta, omnibus tute comparendi suaque proponendi libertas admittatur, neque comminationibus, terroribus, a mutuo, privatoque vel publico congressu, correspondentia et colloquia, uti antea factum erat, arceantur, sed liberis votis et suffragiis boni publici promotionem diaetaliaque negotia procurare valeant. In collectione autem et examine vocum universitates et comitatus, qui aliquot millium nobilium voces repraesentant, majorem respectum et potioritatem quam privatae personae habeant, cum anti-

VIII. Eandem autem generalem regni diaetam ut sua SS. C. et R. majestas intra spatium trimestre, a die finiti praesentis tractatus et commutandorum diplomatum, sedatis tumultibus cum principe Transylvaniae clementer promulgare, et sine ulteriori dilatione, seu rejectione ita celebrari facere dignabitur, ut omnibus, ad diaetam regni, iuxta art. I. anni 1608. post coron. editum, vocari solitis, tute ibidem comparendi et agendi potestas, cum solita ab antiqua libertate diaetae fiat. In qua etiam ceteri articuli, bonum regni concernentes, hactenus non effectuati, iuxta art. 72. anni 1638. realiter effectuentur et observentur.[8]

IX. Amnystiam generalem omnibus et singulis regnicolis sua M. SS. iuxta formam amnystiae prioris pacificationis Viennensis concedere dignabitur; ita ut etiam bona universa et iura possessionaria, sub his disturbiorum temporibus, per suam M. vel D. palatinum regni vel alios, quibuscumque donata, collata et inscripta, vel quoscumque fideles suae majestatis quovis modo occupata et ademta, prioribus possessoribus vel eorum haeredibus, statim et defacto remittantur et restituantur: similiter etiam ex parte regnicolarum supplicantium reddantur, et super hujusmodi amnystia peculiare Diploma, S. M. Sacratissima concedere dignabitur. »Nos itaque praescriptas universas et singulas concessiones et articulos ac omnia et singula in eis contenta, prouti iidem

quioribus temporibus quilibet nobilium ad generalem regni diaetam vocari solitus, restricta haec jam vocum pluralitas suffragiorum libertatem ita tollere posse non videatur, ut tantorum nobilium suffragiis persona quaevis privata aequiparanda censeretur. In convocatione autem et votibus personarum ecclesiasticarum sua majestas constitutiones regni clementer observare dignabitur. — A nádor az 1638-iki országgyülésen keményen korholta és fenyegette az ellenzéket.

[8] Ferdinánd csak 1646. augusztus 30-ikára hivta össze az országgyülést. Tovább is elhalasztja az összehivást, ha a külügyi bonyodalmak miatt nem kellett volna tartania I. Rákóczy Györgytől. Az 1638. 72. czikk így hangzik:

Denique, quum manifestum sit, multos articulos et constitutiones regni, ab anno 1608. in serie eorundem articulorum et constitutionum regni diaetalium expressos, ad hoc usque tempus ineffectuatos mansisse manereque etiam de praesenti, non sine notabili regnicolarum publicique boni detrimento atque praejudicio; ideo statutum est, ut tales ineffectuati articuli, omnes et singuli iuxta normam exigentiamque ipsorum, per majestatem suam SS. sine ulteriori dilatione per eos, quorum interest, effectui mancipari et observari, clementer demandentur.

tractati et conclusi sunt, atque hinc literis nostris de Verbo ad Verbum inserti, acceptamus, approbamus et ratificamus, assecurantes praefatos Principem Transylvaniae eique adhaerentes, ac etiam Universos et singulos Status et Ordines Inclyti Regni nostri Hungariae, in verbo nostro Regio et bona fide Christiana, quod eos omnes et Singulos articulos, in omnibus eorum peractis et clausulis tam nos ipsi sancte et inviolabiliter observabimus, quam etiam per alios omnes subditos nostros, quorum interest vel intererit, cuiuscumque status et conditionis sint, observari faciemus. Ad quod. observandum, etiam Successores nostros legitimos scilicet Hungariae Reges obligatos esse volumus. Harum nostrarum manus nostrae subscriptione roboratarum, vigore et testimonio literarum mediante. — Datum in arce nostra Lincensi, Austriae superioris, die 16. mensis Decembris, anno Dom. 1645. regn. nostr. Rom. 9. Hung. et reliquorum 20. Boh. vero anno 18.«

Articulus VI. Nonaginta Templa Evangelicis restituta specificantur.

Optime recordantur S. S. et O. O. regni quantae hactenus fuerint inter regnicolas, ratione occupationis templorum, dissensiones: quae ut imposterum praecaveantur, discordiarumque civilium fomes extinguatur, ac regnicolae pace et concordia mutua potius fruantur, post varias ultro citraque factas disputationes et propositiones, inter S. S. et O. O. regni, tandem et ad extremum, ratione occupationis templorum ac aliorum accessariorum, interveniente etiam majestatis suae SS. authoritate, ita et hoc modo est conventum, ut evangelicis ex templis, in gravaminibus anni 1638. exhibitis, ac post etiam subsecutis specificatis, haec 90 templa restituantur . . .[9]

Articulus VII. Praeter praescripta Templa nulla alia filialia restituenda.

Ad praescripta autem nonaginta templa, quae hactenus prae manibus eorundem evangelicorum habebantur, et quae sub disturbiis proxime praeteritis fuissent occupata, nulla alia filialia restituenda, quam quae possident, et quae cum dictis nonaginta

[9] A törvényczikk ezután felsorolja az Abauj-, Zemplén-, Sáros-, Szepes-, Hont-, Bars-, Nyitra-, Trencsén-, Turócz-, Komárom-, Pozsony-, Somogy-, Vas-, Sopron-, Mosony-, Győr-, Veszprém- és Esztergommegyékben

templis specifice iisdem evangelicis cessa fuissent; hoc declarato, quod si mater ecclesia sit apud catholicos, et filia apud evangelicos; et e converso mater apud evangelicos et filia apud catholicos; una pars ab altera non molestetur: ita tamen, ut licitum sit rusticis evangelicis, si voluerint, religionis ipsorum ministrum eo inducere et intertenere, aut ad conciones audiendas alio ire.

Articulus VIII. De reassumptione Exercitii Religionis Helveticae et Augustanae Confessionis Hominum in Civitate Szakolczensi commorantium: fundi Templorum et Domorum Parochialium cum Scholis Evangelicorum Tyrnaviensium a Censibus civilibus exemptione et opificibus Evangelicis in Cehis constitutis.

Quoad perturbatos et laesos status; primo, ut Helvet. et August. conf. Hominibus, in libera et regia civitate Szakolczensi commorantibus, restitutis aedibus, pro exercitio religionis eorundem ordinatis, liceat reassumere praescriptae religionis ipsorum exercitium, non obstantibus literis executionalibus, D. D. commissariorum suae majestatis, nuper senatui praescriptae civitatis Szakolcza extradatis; secundo, ut fundi templorum et domorum parochialium cum scholis evangelicorum Tyrnaviensium, et aliorum, a quibuslibet contributionibus et censibus civilibus libertentur et exemti habeantur. Tertio, ne opifices seu mechanici evangelici Tirnaviae et alibi commorantes, ac in cehis constituti, ad caeremonias, religioni ipsorum contrarias, compellantur: et, siqui, post acceptationem diplomatis, sub hac diaeta mulctati fuissent; in integrum restituantur.[10]

fekvő templomokat. — A protestánsok eleintén mintegy négyszáz templomot követeltek vissza, mert szerintök ennyit foglaltak el tőlök 1608-tól a zavarok kezdetéig. A törvényczikkből egy nógrádmegyei s egy liptómegyei templom kimaradt; a hibát pótolta az 1649-iki országgyülés.

[10] Az 1638-iki országgyülés protestáns sérelmeiből idézzük a következőket: Cives Tyrnavienses ... violentiam ... contra Evangelicos exercere non verentur ... dum opifices evangelicos in collegia Zehorum accitos citra voluntatem ad offertoria, processiones et similes Romano-Catholicos ritus exequendos urgent, inobedientesque post unam atque alteram admonitionem iteratis birsagiis onerant, refractarios autem contuberniis Zehisque suis excludunt, ab exercitioque artificiorum suorum penitus arcent ...

Cives ... Tyrnaviensis ... Evangelicae confessionis conqueruntur gravissime ... a Templo eorundem ad instar aliorum Domorum Civilium,

Articulus IX. De Structura Templorum et libero Exercitio Religionis Evangelicorum in Confiniis, Jauriensi, Levensi, Tihaniensi, prout etiam oppidis Rew-Comaromiensi et Holiczіensi.

In confinio Jauriensi permittitur structura templi in nova civitate; liberum exercitium vero, tam intra, quam extra moenia ipsius confinii; et ut minister conf. evangelicorum intra moenia dicti confinii habitare, atque etiam in domo concionari possit. In Léva quoque, structura admittitur pro evangelicis Aug. confessionis.

In Tihany propter angustiam loci et abbatiam structura commode fieri non potest, permittitur autem liberum exercitium, restituiturque domus, quam antea minister evangelicus inhabitabat. Oppidanis autem Rév-Komaromiensibus, sicut et Holitsiensibus evangelicis potestas aedificandi et restaurandi templa ac libere exercendae religionis facultas salva permaneat.

Articulus X. De Templorum, Parochiarum, et Scholarum in iis locis, ubi Templa occupata et in gravaminibus specificata pro Catholicis remansissent, aedificatione.

Quoad structuram; quandoquidem ex occupatis ac in gravaminibus specificatis templis, multo plura, quam quae evangelicis restituta essent, prae manibus catholicorum remansissent; liceat in talibus locis evangelicis pro exercitio religionis ipsorum, alia templa, parochias et scholas aedificare, sufficientibus et ad id idoneis locis pro talibus templis, parochiis et scholis, per D. D. terrestres coram vice comitibus comitatuum et potioribus nobilium, pari numero ex catholica, sicut et evangelica religione, iisdem per universitates comitatuum adjungendis, intra spatium trimestre, a

omnes census annuatim praestare adigantur, cum et alias Templa ubique locorum ab hujusmodi censibus profanis privilegiata esse deberent . . . ratio esset Evangelicorum Szakolcziensium Augustanae Confessionis, quibus Domus deserta pro exercitio Religionis eisdem collata, non solum ab iis erat occupata, sed nec dum extrui eisdem permissa, imo ab exercitio Religionis quoque arcerentur . . .

Az 1646/7-iki országgyülésen a protestánsok Szakolczáról így: Evangelicos Szakolczenses in libertate religionis ipsorum, vigore modernae Commissionis, contra clarum sensum Diplomatis, per amotionem Ministrorum, medio Commissariorum Majestatis V. S. proxime praeteritis diebus factam, de facto turbari.

publicatis articulis, assignandis et libertandis; sepulturae tamen et campanarum usu, pro iisdem etiam evangelicis, consimili cum catholicis et aequali taxa, communiter deservientibus:[11] quam quidem structuram templorum, parochiarum et scholarum, quandocunque evangelicis talium locorum continuare opportunum et commodum visum fuerit; id ipsis, absque quorumvis impedimento facere liceat.

Articulus XI. Evangelici Status, Catholicis Plebanis, non solvant et e contra, et de Proventibus Ecclesiae Unghvariensis.

De solutionibus prout evangelici status catholicis plebanis, ita et status catholici evangelicis ministris ad nullas solutiones pendendas sint obligati. Proventus porro ecclesiae Unghvariensis pacifice ab evangelicis ministris possideantur.[12]

Articulus XII. De solutionibus Plebanorum Catholicorum et Ministrorum Evangelicorum et Scholarum proventibus.

Quantum ad solutiones miserae plaebis: ubicunque aliqui parochiarum vel templorum, proventus, quos videlicet plebani

[11] Itt a protestánsok eleintén még a következő sorok beigtatását kivánták: Atque iisdem quidem Vice-Comitibus, sicut et praescriptis potioribus nobilium, vi statuti superinde sanciendi incumbet ad praescripta inspicere et invigilare, ad eaque exequenda sub amissione officii honoris et bonorum eorundem exire, ac Dominos terrestres etiam superinde omni mode commonefacere.

[12] Az 1638-iki országgyülés sérelmei közt olvassuk: In Comitatu de Ungh Reverendus Dominus, Samuel Kalmanczay Plebanus Possessionis Gyeren, sedecimam oppidi Unghvár, alias semper loci ejusdem concionatori Evangelico cedentem, non modo occupavit, quin imo, ex quo eadem juxta veterem consvetudinem hoc Anno collecta, in domum Nobilis Johannis Gyöngyössi, antefatum Concionatorem, adeoque etiam ipsum Judicem loci ad sedem spiritualem Venerabilis Capituli Agriensis (Causarum quippe Decimalium ex publicis Regni constitutionibus omnino incompetens forum) citari et evocari curavit.

E törvényczikkre hivatkozva a protestáns földesurak az alapítás alkalmával megajánlott szolgáltatásokat megtagadták a kath. lelkészektől, ugyanazt tették a katholikus patronusok, hol a patronatusok alá tartozó egyházak protestáns kézre kerültek. Midőn a protestánsok Báthory Zsófiát a patronatusa alá tartozó parochiákban a protestáns lelkészeknek járó szolgáltatások teljesítésére akarták szorítani, I. Leopold az 1647. törvényre hivatkozva, védelmezte Rákóczy György özvegyét. (L. Timon Ákos: A párbér Magyarországon. 108. l.).

catholici pro sustentatione ipsorum perciperent, habentur puta, coloni, inquilini, molendina, terrae, vineae, prata, vel id genus alia; in talibus locis evangelici ad nullam solutionem cogantur; verum plebanus illius loci contentus sit hujusmodi proventu parochiali et auditorum suorum catholicorum solutione; sicuti et ministri evangelici in locis parochiarum eorundem. Ubi vero parochias non haberent auditores evangelici, solutionem pendant suae religionis ministris, cujus videlicet ministerio seu opera usi fuerint; sicut et catholici parochis catholicis. Ubi autem hactenus auditores evangelici non solvissent plebanis catholicis; imposterum etiam ad nullas solutiones praestandas ullo sub praetextu cogantur, prouti nec catholici evangelicis. Quibus vero in locis nulli plane proventus parochiarum haberentur, verum plebani ex solutionibus duntaxat personalibus, seu sessionalibus, sustentantiones habuissent; ut in ejusmodi locis pro bono pacis deinceps tales per catholicos et evangelicos incolas praestandae solutiones, per judices locorum talium exigendae, in duas rectas et coaequales partes dividantur, earumque una parocho catholico, altera autem evangelico ministro ejus vel alterius loci, cujus videlicet ministerio usi fuerint, absque defectu aliquo assignetur. Stolares autem proventus, seu solutiones, in quibusvis locis, plebani catholici et ministri evangelici a suae religionis auditoribus totaliter percipiant.[13]

[13] A protestánsok márczius 9-ikén beadott kérvényökben még igy nyilatkoznak a kérdésről: Cum vero status ad nullam prorsus solutionem Ministris Religionis ipsorum contrariis teneantur, rationem nec videri qua plebs similiter, ut Status, negotio in eodem privilegiato, ad ejusmodi solutionem praestandam cogi deberet. Hoc non libertas Religionis et conscientiarum, verum oppressio et quidem multo major, quam unquam antea extitisset . . . Martius 27-ikén a De Solutionibus kérdéséről már oly pontot ajánlottak elfogadásra, mely lényegében egyező az elfogadott törvénynyel.

A katholikus egyház arra törekedett, hogy mindazokon a helyeken, hol a protestánsok többségben voltak, a plébánosok legalább a fél párbért megkapják. Az egyenlő osztályt ott is követelték, hol a plebánosnak az ingatlanokból biztos jövedelmei voltak. Továbbá a 12. czikk figyelembe nem vételével gyakran egyenlő osztozkodás történt a nem parochialis helyeken. Megesett néha, hogy a törvény ellenére a dossal nem biró parochialis helyeken az egyenlő felosztás nem jött létre. Arra is van példa a század ötvenes éveiből, hogy a protestánsok a katholikus papnak fizettek s a katholikusok a protestans prédikátornak.

III. Ferdinand 1650 augustus 6-ikán kelt alapítólevelében felemlít-

Articulus XIII. De restitui promissis Templis, sicut et aliis, quae sub disturbiorum temporibus, aut post occupata et necdum restituta fuissent

Restitui promissa templa, sicut et alia, quae sub disturbiorum temporibus, aut post occupata et nec ad praesens, ad binariam etiam suae majestatis commissionem, evangelicis essent restituta, vel post restitutionem iterum occupata, una cum scholis, parochiis, bonis et proventibus eorundem, sicut et illorum templorum, quae etiam hactenus prae manibus evangelicorum haberentur, quoquo modo nuncupata, per commissarios utriusque religionis, aequali numero, e medio regnicolarum, ad id sub praesenti adhuc diaeta quantotius exmittendos, restituantur.[14]

Articulus XIV. De poena Eorum, qui Templa, Parochias, Scholas, et Proventus occupaverint, et alia statuta in negotio Religionis violaverint ac de modo Executionis ejusdem.

Quoad poenam, quicunque, sive sint ecclesiasticae, sive saecularis dignitatis, de coetero templa, parochias, scholas et proventus bonaque, ad easdem pertinentia, occupare, campanarum et sepulturae usu status vel plebem privare comperti fuerint; aut praescripta templa, una cum parochiis, scholis bonisque et proventibus eorundem non restituerint; locaque seu fundos idoneos ac suffi-

vén az 1647-iki 11. és 12. czikkek tartalmát, igy folytatja: multos parochos catholicos passim in Regno majorem hucusque Sustentationis Suae partem nonnisi ab istorum Solutione habuisse, et accepisse. Ne igitur ob talem pro conservatione, Tranquillitate, et pace hujus Regni factam necessariam concessionem notabile damnum Status Ecclesiasticus pateretur ... instituimus ac ordinavimus, ut deinceps ex Camerae nostrae Hungaricae Proventibus quotannis pro ejusmodi Parochis, eorumque necessitatibus sublevandis pendantur infallibiliter et certo Flor. sex mille, iidemque manibus Archi Eppi Strigoniensis, pro tempore existentis assignentur.

(Timon Ákos id. munk. 112—114. ll. és Függelék 9. l.)

[14] Ez a czikk a templomok arra a csoportjára vonatkozik, melyek 1644 február 3-ikától 1645 november végéig foglaltattak el. Az országgyülés alatt kiküldött bizottságok e templomok birtokának vitás kérdését nem intézték el, sőt a protestánsok 1647 január 5-ikén igy panaszkodnak: nonnulli Dominorum Magnatum post binariam effectuationem Commissionis S. M. Sacr. templa sub diversis praetextibus occupari faciant; miseram plebem diversimode et variis sub praetextibus in Religione ipsorum turbent, eandem variis exactionibus, minis, miseriis et injuriis ob reassumtam Religionem affligant et exagitent.

cientes pro extruendis templis, parochiis et scholis, modo supra specificato, evangelicis non assignaverint; vel structuras eorundem in praescriptis locis impediverint; status vel plebem in libero religionis exercitio turbaverint; vel statuta regni et diploma regium super religione violaverint; tales primum et ante omnia, ubi querela ad vice-comites delata fuerit; per eosdem admoneantur, ut occupata templa aliaque restituant, ac transgressa complanent: quod si fecerint; nulli poenae subjacebunt: si vero, ne ad ejusmodi quidem admonitionem ea restituerint, aut complanaverint; ex tunc in comitatibus, per vice-comites, iudices nobilium et aequali numero potiores nobiles, per universitates comitatuum utriusque, catholicae videlicet et evangelicae, religionis deputandos, comperta prius rei veritate, toties quoties, in poena 600 flor. Hungaricalium, in quinque ad confinia regni; in sexta vero partibus, ipsis exsecutoribus cedentibus, una cum restitutione templorum et aliorum occupatorum, abscissis omnibus iuridicis remediis, convincantur; admissa nihilominus extra dominium unica appellatione per S. S. et O. O. regni in generali diaeta revidenda. Ad cujus quidem revisionis tempus praescripti 500 floreni, ad confinia cedere debentes, pro tutiori conservatione, in liberis civitatibus deponi, vel alias, ubi universitatibus comitatuum magis opportunum visum fuerit, conservari. Si vero poena eadem in bonis executa fuerit; tum praescripti vice-comites rationes super proventibus bonorum executorum, ad terminum revisionis appellationis, perceptis, comitatibus reddere debebunt; iidemque vice-comites, iudices nobilium et iurati assessores, una cum sibi adjungendis, ex utraque religione potioribus nobilibus, quibus videlicet vi statuti praesentis, ad praemissa inspicere et invigilare incumbet, ad eadem exequenda, sub amissione officiorum et bonorum eorundem, confiniis per supremos et vicegenerales regni applicandorum, et nonnisi communi aestimatione mediante, redimendorum, obligati esse intelligantur. Hoc per expressum declarato: quod, si qui essent, qui praescriptae executioni sese opponere praesumerent; ex tunc tales D. C. regni palatinus, vel C. iudex curiae regiae aut supremus illorum partium generalis, per universitatem comitatus, in quo videlicet ejusmodi violenta oppositio, aut executionis turbatio facta fuerit (qui nimirum eorum in praemissis interessatus non extiterit) requisitus, ex dictamine officiorum suorum super admittenda executione

admoneat; qui si paruerint; nulli propterea poenae subjacebunt: si autem ejusmodi admonitioni non obtemperaverint, vel vero praefatus D. C. palatinus, vel C. iudex curiae regiae, aut supremus illarum partium generalis, admonitionem facere recusaverint; ex tunc contra tales executionum oppositores Ulad. regis decr. 6. art. 8. observandus, poenaque, in eodem declarata, exequenda erit.[15]

Articulus XV. De causis Testamentariis praeter solennitatem Testamenti in foro saeculari dijudicandis. Mandatis fulminatoriis ac declinatoriis.

Decernunt etiam S. S. et O. O. regni, ut causae testamentariae, factum bonorum mobilium, et immobilium, debitorum ac aliorum similium negotiorum concernentes, in foro saeculari ventilentur et diiudicentur, iuxta tit. 52. part. 2. tripartiti; salva dumtaxat revisione solennitatis testamenti, penes forum spirituale remanente. Fulminatoria vero mandata, contra iudices saeculares, in officiis procedentes, expediri, iisdemque legitimi processus nullo modo imposterum impediri possint, et expedita nullius sint vigoris. De mandatis porro declinatoriis strictissime observetur art. 70. anni 1618. et 31. anni 1638. quibus extra solas causas matrimoniales, sub amissione beneficiorum, locus detur. Quae etiam ex superabundanti cum evocatione iudices regni ordinarii eorundemque magisti Prothonotarii, ad instantiam partium, ex debito officii ipsorum extradare sint obligati. Evangelicis vero, vigore articuli an. 1608. ante coron. ad I. editi, in matrimonialibus in usu consueto permanentibus.[16]

[15] A protestánsok eleintén azt kivánták, hogy az országgyülés ezer forintnyi birságot szabjon a vallásháborítókra.

A katholikusok 1647 február 16-ikán igy kivánták formulázni a büntetésről szóló czikket: *Quoad Poenam.*

Quicunque templa et proventus ad eadem spectantes occupare, campanarum et sepulturae usu privare in libero exercitio Religionis suae ac usu aliquem turbare compertus fuerit, talis in florenis sexcentis per tabulam S. Mtis Regiam, abscissis omnibus Iuridicis remediis, comperta rei veritate et restitutione templi, toties quoties convincatur, et per unum ex Magistris Prothonotariis executioni demandetur, praescriptis sexcentis florenis in quinque ad Confinia, sextis vero partibus executori cedentibus. Et hoc judicium fieri possit, tam in octavis, quam judiciis extraordinariis aut brevibus, prouti etiam sub celebrandis diaetis.

[16] A Tripartitum Partis II. Titulus 52. czime: Quod causa factum

Articulus XVI. De causis, factum Jurium Possessionariorum, quorumcunque Actuum potentiariorum, majorum et minorum: emendae linguae; et Capitis, Violationis Sedis, item Dotem, Rerum Paraphernalium, Quartalitiorum, Decimarum, nec non Casuum, concernentibus, in Foro saeculari ventilandis.

Causae autem factum Iurium possessionariorum; Ulad. Regis Decr. 3. Art. 62; quorumcumque Actuum potentiariorum majorum; Tripartiti parte 2. Tit. 67. et 47. Ulad. Decret. 3., art. 8. et Decr. 4. art. 13. et minorum Tripartiti partis 2. Tit. 67. et 47. Posonien. 1609. art. 29., 1613. art. 23; Emendae linguae; Trip. part. 2. Tit. 72, 1635. art. 89. Emendae Capitis Tripartiti partis 2. Tit. 42., 43., 44. Violationisque Sedis; etiam ex parte Clericorum concernen.; Trip. part. 2. Tit. 69. 1635. art. 89. Item Dotum Ulad. Decr. 4., art. 16. et 1552., art. 28; ac Rerum Paraphernalium ibidem, in iisdem proxime civitatis articulis; Quartalitiorum; Tyrnavien. 1545. art. 36. Decimarum Posoniens. 1608. post Coronationem, art. 5. 1613. art. 19, 1635. art. 23. Nec non Casuum; Tit. 9. Decr. Trip. part. I. specificatorum et aliae his similes profanae, juxta Ulad. Regis Decr. 3. Art. 60., 61. et 62. ac Decr. Trip. part. 1. citato Titulo 9. et 12. Item 1609. art. 29. et 1613. art. 23. in Foro saeculari ventilentur. Uno enim, ac eodem Iuridico Processu, una eademque lege ac consvetudine, universis Statibus et ordinibus Regni utendum est, Part. 1. Tit. 2. et exceptis quibusdam casibus, in Decreto Regni specificatis, Persona Ecclesiastica contra Saecularem, et e converso Saecularis contra Ecclesiasticam, in omnibus Causis aequali poenae, ac gravamini subjacet, ejusdem Decret. Trip. part. 2. Tit. 44.[17]

juris possessionarii tangens in foro Ecclesiastico tractari nequit, si etiam Promissio, vel Testamentum interveniat.

Az 1618. 70. czikk: Quod quia hactenus in nonnullis Sedibus Spiritualibus certi quidam abusus irrepserunt, quod videlicet causae ad Mandata Iudicum Regni Ordinariorum declinatoria (más törvényszékre utasító rendeletek), etiam ex superabundanti emanata, minime fuissent transmissae; ac interdum tempore Messis, Belli, Vindemiaeque, denique Generalium Iudiciorum, et Comitiorum Regni, Iudicia celebrata fuissent; Ad tollendos itaque eiusmodi abusus, imposterum, universae Causae (demptis matrimonialibus) ad Mandata declinatoria transmittantur, neque praescriptis temporibus Sedes quoque Spirituales fiant.

[17] A Pars I. Tit. 9. felsorolja a bűnügyeket, melyeknek elkövetése a nemesi szabadság elvesztésével jár. Violatur haec libertas, in factis causisque

Articulus XVII. De bonis Saecularibus, Ecclesiasticis non abalienandis.

De bonis saecularibus ecclesiasticis non abalienandis, decr. Andreae II. per Ludovicum I. facta confirmatio approbatur, et

criminalibus, puta homicidio deliberato, villarum combustione furtoque, et rapina, seu latrocinio, atque etiam violenti adulterio . . .

Ulászló decr. 3. 60, igy hangzik: In causis Seculare forum tangentibus, neminem Regnicolam Presbyteri, vel alii quicunque, citare praesumant ad judicium Spirituale. Sed si ignobiles sint citandi; in praesentiam Domini terrestris: Si vero Nobiles; in praesentiam Comitis, vel Vice-Comitis, et Iudicum Nobilium illius Comitatus, in quo tales citandi commorantur, legitime requirantur.

A *61. Articulusból:* Iudices Spirituales, neminem compellant ad respondendum coram se in causis profanis, sub poena excommunicationis, vel aliter. Alioquin dato, quod quispiam hominem, errore vel ignorantia ductus, vel metu sententiae respondeat; nullius sint momenti.

A Tripart. P. I. Titulus 12. czime: Quod omnes Domini Praelati et personae Ecclesiasticae Regi nostro ad fidelitatis homagium praestandum obligentur: Et quod ratione bonorum temporalium, coram Iudicibus secularibus juri stare teneantur. A Tripart. Pars. II. Tit. 47-ből idézzük: Si una persona capitularis, bona haereditaria, et patrimonia separata non habens, in emenda sui capitis convincetur, vel in refusione damni condemnabitur, . . . ideo de proventibus beneficii, ejusdem capitularis convicti, per reliquos capitulares, actori, super eisdem rebus obtentis, satisfactio est impendenda. Az 1609. és 1613-iki czikkek a violentia és occupatio bonorum eseteit határozzák meg és a nevezett ügyekben való birói eljárást állapítják meg.

Az 1644-iki tokaji gyűlés a szent székekről igy nyilatkozik: plerique praetextu turbationis religionis romano-catholicae, odio religionis evangelicae in lites adtraherentur, actorisque simul et iudicis persona eodem in negotio agi videatur; ac quod etiam in matrimonialibus non modo romano-catholicae sed etiam evangelicae confessionis personarum causas iudicare assumerent . . . cupiunt praenotati domini regnicolae ut causas matrimoniales tamquam ad conscientiarum libertatem pertinentes inter evangelicos sedes spiritualis romano-catholicorum iudicare de caetero abstineat. (Szilágyi: Linzi béke.)

A nagyszombati tárgyalások alkalmával a katholikusok erre igy válaszoltak: Quoad sedem spiritualem, miramur etiam quod ex vra parte propugnant (iuxta citatum articulum 7. pac. Vien.), sedem spiritualem manere debere, et si aliqui abusus irrepsissent, illi emendarentur; nunc vero postulant separari nonnulli ab ea conquerentes, quod etiam in causis matrimonialibus, alienae religionis homines causas iudicandas assumerent instando ut hac occasione religionis evangelicae (ut praetendunt) praejudicium praecaveatur, et hoc quidem penes art. 1. anni 1608, ubi tamen nihil simile quid est, sed tantum concessio facta fuit de superattendentibus. (U. o.)

realiter observetur. Hoc loci renovatur etiam art. 55. decr. 3. Ulad. regis.[18]

Articulus XVIII. De reassumptione liberi Exercitii Religionis Catholicae, cum assignatione Loci pro templo et Parochia ac Schola in Civitate Cassoviensi.

Conqueritur Status Catholicus, quod etsi tum vigore constitutionum regni, tum etiam diplomatum regiorum in 7. quoque comitatibus, D. principi Transylvaniae concessis, liberum religionis catholicae exercitium admissum fuisset; civitas tamen Cassoviensis hujusmodi catholicum exercitium, non ita pridem interturbasset, omnimodeque impedivisset, magno catholicorum, ibidem commorantium, in spiritualibus exercitiis defectu et damno. Quapropter statuitur, ut catholicum religionis exercitium in dicta civitate Cassoviensi, cum assignatione loci, pro templo et parochia ac schola sufficientis et idonei, iuxta regni constitutiones et diplomatum continentias, iterum reassumi, sacerdotes interteneri, et more solito cum omnibus ceremoniis continuari possit.[19]

[18] Ulászló decr. 3. art. 55 igy kezdődik: Episcopi, et Ecclesiarum Praelati, vel eorum alter, pro persona sua, et Ecclesiae suae, possessiones, et jura possessionaria saecularia, nec a Regia Majestate quoquo modo impetrare, neque pecuniis eorum jure perpetuo emere, et comparare; aut titulo pignoris habere possint, et valeant.

A protestánsok a XVII. törvényczikket a jezsuiták miatt sürgették. Az 1644-iki tokaji gyülés e kérdésről: Statutum fuerat art. 8. anno 1608. ante coronationem, ut patres Jesuitae nulla in Hungaria bona stabilia et possessionaria habere et possidere valeant; cum autem non modo collegia per collationem, continuamque residentiam et aedificiorum structuras, bona satis stabilia, sed et iura possessionaria de facto possideant, suplicant domini regnicolae . . . ut bona eisdem collata in priores iterum possessores redeant, ac ne deinceps etiam ipsis aut alii ordinis ecclesiasticis personis vel communitatibus, praeiudicio confirmationis decretorum Andreae 2-di per Ludovicum primum factae, conferantur; quin imo ut propter tranquilliorem regnicolarum quietem dicti . . . patres regno quoque abstineant, cum et alii ordinis ecclesiasticae personae ad munia ecclesiastica abeunda non minus sufficiant, quam temporibus aliorum antiquissimorumque divorum quondam Hungariae regum. (Szilágyi, u. o.)

A katholikusok erre Nagyszombatban: citant art. 8. anni 1608. sed ibi nihil horum habetur, quod suae dom. praetendunt, illo enim articulo solum confirmatur art. 8. pacificationis viennensis. Hic nulla fit constitutio, in isto autem articulo expresse posita sunt haec verba: Sua tamen mtas juribus suis regiis inhaeret. (U. o.)

[19] A katholikusok az 1646/7-iki országgyülésen más városokban is

Articulus XIX. De libero Helveticae Confessionis Exercitio in dicta Civitate Cassoviensi una cum Campanarum et sepulturae usu, et loco idoneo Parochialis Templi, cum Domo Parochiali et Schola assignando.

Similiter etiam ad querulosam Helvet. conf. regnicolarum instantiam, statutum est, ut eadem civitas Cassoviensis magistratusque ejusdem, Helv. quoque religionis exercitium, una cum campanarum et sepulturae usu, concivibus et reliquis, eandem civitatem inhabitantibus Helv. conf. hominibus, absque omni impedimento, liberum relinquat. Ac insuper pro continuatione ejusdem liberi exercitii, et intertentione concionatorum et ministrorum, loco majoris, seu parochialis templi (unde non ita diu concionatores Helv. conf. amovissent), teneatur eadem civitas locum idoneum, commodum et sufficientem, cum domo parochiali et schola, eiusd. Helv. religionis concivibus et reliquis, ibidem commorantibus, statim et defacto post publicationem articulorum, realiter effective assignare; neque de coetero civitas eadem praenotatos catholicae et Helveticae religionis incolas in libero religionis ipsorum exercitio continuando, quovis modo turbare, aut exquisito sub praetextu impedire praesumat, sub poena, in praedeclaratis punctis accordatis superinde sancita, toties, quoties praemissis contraventum fuerit, incurrenda et irremissibiliter exequenda.

Articulus LXII. Capitaneatus Confiniorum, indigenis et benemeritis personis, ex Consilio Hungarico conferantur.

Conclusum praeterea est, ut capitaneatus et praefecturae confiniorum indigenis, nativis atque bene meritis ac possessionatis personis, ex consilio Hungarico sine discretione religionis, et uni nonnisi unus, minorennibus vero nullus conferatur . . .[20]

követeltek templomokat. »Aequum est« — irják 1646 végén — »ut omnia templa ab illo anno (1604) Catholicis per Evangelicos erepta et nondum restituta reddantur. Talia vero templa sunt numero plurima et pondere maxima, signanter autem: 1. Cassoviense majus parochiale . . . Templum majus Parochiale S. Michaelis Soproniensis, . . . Ibidem S. Georgii Templum . . . Item xenodochium S. Elisabethae in suburbio ejusdem Civitatis Soproniensis . . . Templa in plerisque Montanis Civitatibus . . . Inter quae censetur etiam Xenodochium S. Elisabethae Novisoliensis . . . sunt et alia quamplurima hinc inde templa iisdem temporibus occupata, quae omnia facta inquisitione restituenda essent . . .

[20] A tokaji gyülés erről: Statutum quoque fuerat in pacificatione

Articulus LXIII. De Praefecturis vero, et Officiis Confiniorum Sclavonicorum conferendis; Articuli superinde conditi observandi: Aequalisque Indigenarum cum Provincialibus ratio habenda.

De praefecturis vero et officiis confiniorum Sclavonicorum et Croaticorum conferendis, renovantur articuli superinde conditi; et ne in uno eodemque praesidio tam supremus, quam vicecapitaneus extraneus ibidem praeficiatur, sed realis et aequalis indigenarum cum provincialibus suae majestatis ratio, in collatione ejusmodi officiorum servetur; S. S. et O. O. iterato instant et dignum iudicant.

Articulus LXV. De Militis extranei in Regni Confiniis permissione; Militis autem nativi ex Confiniis extra Regnum non eductione.

De extraneo milite in confiniis collocato, intuitu modernae necessitatis, referunt se S. S. et O. O. ad art. 24. anni 1625. salva nihilominus permanente 13. conditione diplomatis; hoc addito, ne capitanei aliique officiales et milites confiniarii nativi ex confiniis extra regnum educantur.[21]

Viennensi ad 9 et 10, sicut etiam articulis anni 1608. ante coronationem, ut omnia officia majora et minora Hungaris sine discretione religionis conferantur, qualis autem horum articulorum ad hoc usque tempus observatio fuerit, et quam paucissimi, si tamen aliqui, qui istius statuti beneficio ad aliqua officia vel dignitates ex evangelicis promoti fuerint, experientia docuit, quod etiam ex eo evenisse dicti domini regnicolae deprehendant, quod praejudicio articuli 30. And. 2-di regis non modo duae, sed plures longe dignitates uni personae collatae aliis in participationem non remaneant. Erre a királyi biztosok Nagyszombatban: Quoad distributionem officiorum, ut sine discretione religionis fiant, contra hoc nihil hucusque contrarium fuisse nos animadvertimus, cum tam comites creentur, quam baronatus ipsis dentur sicuti etiam dignitas consiliariatus. Et prout sunt personae subjectae, ita etiam distributiones officiorum fieri soleant; sed et plures dignitates, quod uni conferantur, fit etiam hoc ex defectu subjectorum qualificatorum. (Szilágyi, id. h.).

[21] A tokaji gyülés erről: Decretum etiam fuerat articulo 2-do 1608, ut miles extraneus in Hungariam et partes eidem annexas non introduceretur, quod conditione diplomatis 13. per majestatem suam sacratissimam acceptatum, ac diaetis regni anno 1625. articulo 24. anno 1635. articulo 59. et anno 1638. articulo 56. eductio eorum conclusa fuerat; cum autem his

Articulus LXXIV. De Legationibus ad Portam Ottomanicam mittendis, Personaque etiam et Natione Hungarica, penes Oratorem Suae Majestatis, aequali authoritate expedienda.

De legationibus, ad portam ottomanicam mittendis, statuitur, ut penes oratorem suae majestatis ex natione etiam Hungarica, bene merita, possessionata persona, cui res Hungaricae magis constarent, aequali authoritate et potestate expediatur et ibidem interteneatur.[22]

H) Az 1681-iki vallási törvények.

A protestánsok meg voltak elégedve az 1647-iki törvényekkel, melyek teljes mértékben biztosították szabadságaikat. De a kormány a westphaliai béke után, midőn az örökös tartományokban a központi hatalom megerősö-

statutis et articulis necdum satisfactum sit. iuxta articulum 72. anni 1638. dignetur majestas sua his quoque regni statutis benigne satisfieri curare. Nagyszombatban a királyi biztosok erről: Quantum ad militem extraneum, dolenter intelligimus, quod praesertim hocce tempore eductionem ejusdem militis in tantum urgeant . . . utinam etiam totius hujus patriae et regni esset illa conditio, ne indigeret simili subsidio; quod si tamen deo miserante tolleretur haec necessitas regni, nulli dubium esse debet, satisfactum iri constitutionibus et articulis regni. — Az 1625. Art. XXIV. így kezdődik: Etsi propter periculosum praesentis temporis statum eductio militis extranei ex confiniis hoc tempore fieri non possit; salva tamen maneat conditio 13. ac reliqua statuta regni, hac de re antea facta, ita ut talis miles extraneus primo quoque tempore per M. suam S. S. educatur. Világos, hogy a *63. és 65.* törvényczikkekben a rendek az elvek fentartása mellett az 1608-iki törvényeknek meg nem felelő állapotokban nyugodtak meg.

[22] A tokaji gyülés erről: negotia Hungarica iuxta conditionem diplomatis quintam et alios ibidem expressos articulos, non per Hungaros sed externae nationis personas tractarentur, de quarum licet erga christianitatem fide, industria et rerum gerendarum dexteritate nihil dubitandum sit, cum tamen magna ex parte legum istarum patriarum inexpertes, ac in propriam causam magis intenti, teste experientia istius regni defensio aut negligi, aut remissius per eos procurari videatur. Supplicant praenotati domini regnicolae majestati suae sacratissimae, ut etiam in porta Othomanica res Hungaricas per nativos Hungaros et seculares (1643-ban ugyanis Greifenclau tanácsossal együtt Szelepcsényi György püspököt küldötte az udvar Konstantinápolyba), qui etiam cura haeredum et posteritatem suorum tanguntur, tractare dignetur.

dött, nem nagyon törődött a törvények végrehajtásával. Sőt örömmel szemlélte a számban s erőben egyre gyarapodó magyar katholiczizmus támadásait a protestánsok ellen. 1659-től 1662-ig harmincz- vagy negyvenezer embert térített meg a katholikus egyház. Berényi György 1662-ben mondja, hogy a század elején »Báthory István, a Homonnayak, Széchyek, Thurzók, Illésházy, Zrinyiek, Batthyányak, Nádasdiak, Rákóczyak, Dersfiak, Nyáryak, Czoborok, Prinyiek, Mágócsy mind evangelikusok voltak. A nemesség közé sem hatolt volt még annyira be a pápistaság. A végbeli vitézlő nép is jobbára evangelikusokból állott. A megnevezett evangelikus uraknak meg volt mind értékek, mind fegyverek, az ország erősségei is azok kezében voltak. Mindezek a mostani időben másképpen vannak s egyenesen ellenünk fordíttatnak« (Zsilinszky: A magyar országgyűlések vallástárgyalásai. III. k.). A hatalmi arányok ilyen változása mellett mit értek azok az 1647-iki czikkek, melyek büntetést szabtak a vallásszabadság háborítóira? Az 1662-iki országgyűlésen leirják a protestánsok, hogy miképen intézik el a törvényszékek a protestánsok panaszait: »Némely katholikus alispánok majd ezt, majd amazt a hiányossági kifogást vetvén ürügyül, az ügyet úgy igyekeznek húzni-halasztani, hogy a szegény panaszosok részint a fáradalmakba beleúnva és a hiábavaló költekezésekbe belefáradva, részint pedig a legkeményebb fenyegetésekkel elrémítve kénytelenek szándékuktól elállani. A hol pedig a törvényes eljárást mégis megindították, annak lefolyását vagy egyéb közbevetett akadályokkal, vagy pedig tiltó rendeletekkel gátolták meg, holott az így megindított eljárás minden törvényes kifogást kizár; sőt némely vármegyékben az evangelikusok sürgetése ellenére gyakran még a nádori leveleket sem tartották méltóknak arra, hogy egészen végigolvassák.«

De az ilyen sérelmek jelentősége eltörpült a protestánsoktól gyászosnak nevezett évtized idején. Az 1681-iki országgyűlésen a protestánsok általánosságban így beszélik el sérelmeiket: »Ugyanis templomaikat, lelkészlakaikat, gymnasiumaikat, iskoláikat, kórházaikat s igen kevés kivétellel az odatartozó jövedelmeket, fenyegetésekkel s ijesztgetésekkel, fegyveres erővel és egyéb keresett ürügyek alatt, sőt meghallgatásuk nélkül indított peres eljárással tényleg elfoglalták, pedig ezeknek békességes birtoklását az evangelikusok számára törvények és okiratok biztosították; nem egyet az említett épületek közül teljesen leromboltak, anyagukat istállókra és egyéb profán célokra használták fel. Halottaikat a temetőkben csak nagy pénzösszeg lefizetése mellett engedik eltemetni.

A katholikus főpapok, mágnások, kanonokok, plébánosok, jezsuiták, végbeli tisztek és egyéb más rendű emberek, sőt még a külföldi katonák is az evangelikusok papjait és iskolamestereit különféle ürügyek alatt minden jószágukból kiforgatták, azután őket a lelkészlakból kiűzve fogságba vetették, bilincsekbe verték és az országból elhurczolták; sokat közülök vasbékókba verve keresztalakban a falhoz avagy a földhöz szegeztek és kötöztek; némelyeket török foglyok módjára ütöttek-vertek, másokat pedig csak váltságdíj lefizetése mellett bocsátottak szabadon.

A többieket azután egynémely iskolamesterrel, tanulóval és szegény mendikánssal együtt eleddig szokatlan módon, még pedig lázadás ürügye alatt, törvény elé idézték, némelyeket számkivetésbe, másokat tengeri gályára küldtek, a hol a legtöbben elvesztek, sőt egyet, miután előbb a hóhér a szegényt háromszor kegyetlenül megkinozta, *elevenen megégettek.* A többieket pedig reversalis kicsikarása után hivatalukból elmozdították; ennek következtében a legtöbb templom pap nélkül maradt és

a nép abba a kényszerhelyzetbe jutott, hogy az istentisztelet gyakorlása nélkül barmok módjára kell élnie és igen sok csecsemő szent keresztség nélkül fejezte és fejezi be életét.

A nemeseket úgy mint a szegény népet különböző kigondolt ürügyek alatt fogságba viszik és a foglyokat bilincseikben az ő istentiszteletükre hurczolják, némelyiknek erőszakkal kinyitott szájába tolják bele az ostyát. Sokat javaikból egyetlen pálczácskával űznek ki; sokat, a kik az evangelikus pap előtt kötöttek házasságot, vagy más módon éltek azoknak szolgálatával, a szentszék elé idéztek, másokat pedig ilyfélék elkövetése miatt pénzbirsággal sujtottak és gyakran arra kényszerítettek, hogy vallásukat megváltoztassák, még katonai végrehajtás alkalmazásával is arra szorították őket, hogy a katholikus lelkészeknek fizessenek. Másokat, még nemes embereket is, midőn magánházakban rendes és családias módon Istenhez imádkoztak, szent zsoltárokat zengedeztek, a külföldi katonaság tisztjeinek segítségével bebörtönöztek és csak kezesség mellett, vagy váltságdíj kizsarolása után bocsátották szabadon. Némely véghelyeken, habár Felségedtől a szabad vallásgyakorlatra külön oltalomlevelet nyertek, a tisztek az evangelikus papokat oda e czélra be nem bocsátják.

Az evangelikus vallású nemes embereket egyik-másik vármegyében a birói tisztségből valamennyit kivetették, a miért az evangelikusok közül az országgyűlésekre sem voltak a követek a szokásos módon megválaszthatók. Egyes községekben és kiváltságos királyi városokban a helyi hatóságokból néhol teljesen, másutt pedig egyik-másik kivételével kiszorították az evangelikusokat, ennek következtében a városi tanács és egyéb tisztviselők szabad választását a kiváltságlevelek ellenére megzavarták s megrontották, mert most már nem a régi mód szerint szabad akaratuk-

ból választanak a polgárok, hanem elvégzik azt a Magyar Kamarák kiküldöttei, vagy a véghelyeken a tisztek.

Némely községekben és kiváltságos kir. városokban az evangelikusokat még nyilvános tanácskozásaikban is megakadályozzák; sőt, habár Felséged kegyelmes királyi rendeleteit nemcsak a tanácshoz, hanem legkegyelmesebben az egész közönséghez intézte, mindazonáltal csak a katholikusokat hívják össze és az országgyűlésre az evangelikusok kizárásával csak a katholikusok közül küldenek követeket; az evangelikusokat, habár benszülöttek, a polgárok közé vagy éppen nem, vagy csak nagynehezen veszik föl, őket a javak vásárlásától is eltiltják. Némely városoknak evangelikus vallású elüljáróságát súlyos pénzbirsággal büntették meg azért, hogy a polgári tisztségekre nem katholikusokat alkalmaztak, jóllehet arra alkalmas katholikus vallású polgári személyek éppenséggel nem voltak; más városoknak templomait a lelkészlakokkal és egyéb polgári házakkal együtt a patronatusi és tulajdonjog tekintetbe vétele nélkül egyszerűen átadták a jezsuita atyáknak, a kik azután ezeknek birtokában a beigtatás által meg is erősödtek; mert a polgárok tiltakozását vagy elnyomták, vagy őket a Kamara útján a tiltakozás visszavételére kényszerítették.

A mesterembereket szokatlan szertartásokra kényszerítették, némely kézműveseknek régi kiváltságait elvették s megsemmisítették, rájok az evangelikusok elnyomása végett újakat erőszakoltak, a melyek szerint őket a czéhbe csak úgy vették föl, ha vallásukat megváltoztatták. Sok helyen a házasságokat, kereszteléseket és a templomba való bevezetést (a gyermekágyas asszonyoknál) mindaddig nem foganatosították, míg hasonlókép vallásukat meg nem változtatták, vagy nem mutattak hajlandóságot a megváltoztatásra.

Az evangelikusoknak hitök szabad vallásgyakorlásának fentartására tett kegyes hagyományait álczázott peres eljárásokkal és az ezekre következő erőszakoskodásokkal elvették és az örökhagyó szándéka ellenére más czélokra fordították, — s ezeken kívül még igen sok más egyebet is elkövettek . . .«

A katholikusok mindezekre azt válaszolták, hogy ők sokkal többet szenvedtek. A kormány szerette volna enyhíteni a két felekezet halálos gyűlöletét. Szerette volna elfelejtetni a hetvenes évek véres jeleneteit, mivel attól kellett tartania, hogy Thököly csapatai s a török hadak megbénítják ellenállását XIV. Lajos politikájával szemben. Sokat engedett tehát, de mégsem szánta el magát arra, hogy föléleszsze az 1647-iki törvényeket. Sőt a salvo tamen jure Dominorum Terrestrium közbeszúrásával, az 1670 óta elfoglalt templomok vissza nem adásával s az articularis helyek kijelölésével nagy rést ütött az 1608-iki törvényeken. A protestánsok tiltakoztak a törvényczikkek ellen (iisdem etiam articulis, tanquam citra consensum attactorum Protestantium, confectis et subsecutis, juribus eorundem nimis praejudiciosis contradicunt protestando, et protestantur contradicendo).

A czikkeket az 1700-ban Lőcsén megjelent nyomtatott példány után adjuk:

Articulus XXV. De libero Religionis Exercitio.

Et quia propter bonum Pacis, tranquillitatemque Regni publicam in negotio Religionis quoque sua Majestas sese benigne resoluere dignata esset. Ideo eandem etiam Resolutionem Articulis Regni Status et Ordines inserunt, ac imprimis quidem cum liberum Religionis Exercitium, jam antea in Anno 1606. vigore Pacificationis Viennensis concessum, his motibus a parte nonnullorum interturbatum fuisset. Ideo confirmato hoc loci Articulo dictae Pacificationis, idem exercitium omnibus et ubique per Regnum

(salvo tamen jure Dominorum Terrestrium) juxta Artic. I. Anni 1608. ante Coronationem editum, liberum permittitur, ac Praedicantibus quoque et Scholarum Magistris alias vel praescriptis, vel propter certas reversales munia suae Professionis exercere non valentibus liber in Regnum reditus, liberaque Religionis suae professio et exercitium cassatis eatenus etiam ipsorum Reversalibus conceditur et nullus Regnicolarum in libero suae Religionis exercitio a modo imposterum, quoquo modo turbetur. Sed neque Augustanae et Helveticae Confessioni addicti, ad caeremonias Confessioni suae contrarias compellantur.

Articulus XXVI. De Templorum et Locorum pro iisdem aedificandis assignatione.

Ad haec Templa quoque per Augustanae et Helveticae Confessioni addictos aedificata et ritu Catholico necdum reconciliata per certos Commissarios eisdem assignanda, in aliis vero locis juxta benignam suae Majestatis resolutionem loca pro aedificandis Templis, Scholis et Parochiis erigendis, pro commoditate eorundem Augustanae et Helveticae Confessioni addictorum, per eosdem Commissarios designanda ordine infrascripto decernuntur, quemadmodum etiam in omnibus Regni comitatibus, et quidem signanter in Comitatu Castriferrei pro illis, qui Augustanam confessionem sequuntur in Dömölk et Nemescsó. Pro Helveticae vero Confessionis Incolis in Felső-Eőr. In Comitatu Soproniensi in Vadosfalva et Nemeskér. In Posoniensi in Rhét et Puszta Födémes. In Nitriensi in Nitra Szerdahely et Strázsa penes Vagum. In Barsiensi in Simonyi et Szelezsény. In Zoliensi, in Osztroluka et Garamszeg. In Turociensi, in Neczpál et Ivánkafalva. In Liptoviensi, in Hibe et Nagy Palugya. In Arvensi in Felső Kubin et Isztebnye. In Trenchiniensi, in Szulyov et Zay-Ugrócz. In Scepusiensi, in Görgő et Toporcz, vel Batiszfalva non obstante quorumvis Contradictione sunt permissa. In aliis vero Comitatibus, veluti in Szaladiensi, Veszprimiensi, Jauriensi, Comaromiensi, Abaujváriensi, Sárosiensi, Zempliniensi, Ugochensi, Beregiensi, Tornensi, Gömöriensi, Borsodiensi, Hontensi, Neogradiensi, Szolnok et Heves, nec non Pest, Pilis et Solth unitis. Item Szabolczensi, Ungh et Szatmáriensi, si quidem de praesenti essent in actuali usu omnium fere Templorum ibidem habitorum, ideo eadem pro actualibus eorundem

possessoribus usuanda relicta sunt. Praeterea in Confiniis Regni et quidem in Generalatu contra Canisam in Szentgrót. In Generalatu Jauriensi in Tihany, Vason, Pápa, Veszprim, Jaurini et Comaromii, in Generalatu Antemontano Levae, Carponae et Fülekini. In Generalatu superioris Hungariae. In Putnok, Onod, Szendrő, Tokaj, Kálló et Szathmár.

In liberis vero Civitatibus, utpote Posoniensi Augustanae Confessioni addictis liceat aedificare suis sumtibus Templum unum in suburbio, in loco per eosdem Commissarios designando. Civitas porro Soproniensis maneat in possessione et exercitio Religionis, quam modo profitetur, nec in hoc turbetur. Ac tandem in liberis et montanis Civitatibus utpote Trenchiniensi, Modrensi, Cremniczienſi, et Novizoliensi, ac in superiori Hungaria omnibus itidem civitatibus similiter loca pro aedificandis Templis, Scholis et Parochiis assignanda conceduntur. Templa demum, in quorum actuali possessione iidem Augustanae et Helveticae Confessioni addicti de facto sunt; modo praevio prae manibus eorundem, una cum Parochiis et Scholis, Proventibusque eorumdem, propter bonum pacis, ut nimirum quiete et pacifice vivant, relinquuntur: usu sepulturae et Campanarum pro Catholicis ibidem degentibus aeque ac ipsis libero relicto. Interea vero nec Catholici, Ministris Augustanae et Helveticae Confessioni addictis, nec vero horum sequaces Plebanis Catholicis ad mentem articuli XXXI. 1647. soluere obligentur. Omnibus porro Magnatibus et Nobilibus in Regno degentibus, in Arcibus et solitis Residentiis suis pro ritu cujusque Professionis Oratoria et Sacella aedificare et dotare liberum sit. Posthac vero, nullae Templorum Scholarumque et Parochiarum occupationes, vel Exercitii turbationes ab utrinque sub poena in Articulo 8. Uladislai Decreti Sexti expressa fiant. Per hancque Articularem Concessionem iisdem Augustanae et Helveticae Confessioni addictis ulterior praetensionum suarum via in futuris Diaetis instantias suas promovendi (non obstantibus Cleri et aliorum saecularium Catholicorum Contradictionibus) minime praecludatur. Salvis semper eatenus Legibus Regni Diplomate Regio firmatis.

Articulus XLI. Liberae Regiaeque ac Montanae Civitates quoad electionem Magistratus Civilis, Iusque Caducitatis in Bonis Civilibus, nec non quoad Ius Patronatus et Educilli in suis Libertatibus et Privilegiis conserventur.

Liberarum quoque ac Regiarum, Montanarumque Civitatum non exiguae fuissent querelae, quod in Iure liberae Electionis Magistratus Civilis, nec non Iure Patronatus, et liberi educilli; ac aliis suis immunitatibus, partim a parte Camerae Hungaricae, partim vero ab Officialibus Bellicis, contra Privilegia ipsorum, et leges Regni turbatae et impeditae extitissent. Ideo confirmatis eatenus ipsorum Privilegiis, et immunitatibus, in quantum Legibus Regni et nobilitari praerogativae non praejudicarent. Articuli etiam Regni, ut sunt 1659. 129. 1649. 16. 1647. 83. 1638. 35. ac alii superinde conditi renovantur, et tam per Cameras, quam per Officiales Bellicos, ac alios quoscunque strictissime observentur, neque in libero electionis Magistratus Civilis Iure, ac aliis Privilegiis ipsorum longo usu roboratis a quopiam quoquo modo turbentur. Iudicatus quoque fundorum Civilium Causis aliorum Iudicum ad mentem articuli 53. 1659. non involvatur, sed penes ipsos Magistratus Civiles maneat atque quoad Nobiles impossessionatos et suspectae Nobilitatis Articulus 46. 1655. nec non quoad Executiones sententiarum in Comitatibus latarum Articulus 20. 1649. confirmatur.[1]

[1] A *Historia Diplomatica de Statu Religionis Evangelicae in Hungaria* 108. l. szerzője e czikket igy magyarázza: Coeperunt iam Commissiones Camerales in Civitatibus Regiis liberis liberam electionem Magistratus turbare. Habent Civitates illae Regiae liberae antiquissima sua privilegia, quibus a tot seculis usi erant in electione libera Magistratus. Camera autem Posoniensis aliquoties Commissarios suos in ejusmodi Civitates miserunt, ut restaurationi Magistratus praeessent, sed hi libertati isti multis modis derogabant. Praecipua intentio Camerae Posoniensis et vel maxime Praesidis Collonitschii eo directa erat, ut per ejusmodi Commissiones Evangelici a muneribus publicis excluderentur. Sed cum simul etiam Civitates integrae earumque incolae Catholici aeque ac Evangelici advertissent, suis generaliter privilegiis praejudicium fieri per praedictas Commissiones, hinc in Comitiis praedictis licet Evangelicis exclusis tamen Articulus XLI. conditus est, quo antiqua Civitatum libertas in constituendis Magistratibus vindicabatur et Commissionibus Cameralibus obex ponebatur.

I) Az 1687/8-iki vallásügyi törvényczikk.

Az 1687/8-iki országgyűlésen a protestánsok már megnyugodtak volna az 1681-iki törvényekben, de könyörögtek azon ő felségének, hogy a megerősítő czikkhez bizonyos pontokat csatolhassanak. Kívánságukat így formulázták: »Demissa tamen sequentia haec postulata nostra, contra abusus concipiendo, confirmatorio Articulo benigne addi suppliciter exorantes, ut quoad usque juxta facultatem iisdem Articulis nobis concessam uberioris clementiae Diplomaticas complanationes in futuris Diaetis obtinebimus, fomenta abusuum utrinque tollantur.« Az emlitett postulatumok így hangzottak: *Primo:* Ut clausulam salvo Iure Dominorum Terrestrium, e corpore eorundem decerpere mortificareque, ac in oppidis Mád, Tállya, Tarczal, Keresztur in Comitatu Zempliniensi, ac alibi praesenti sub Diaeta per abusum ejusdem Clausulae occupata et adempta reddi jubere Majestas Vestra Sacratissima velit. *Secundo:* Siquidem ubique liber Exercitii usus conceditur, omnes Regni Comitatus et Mosoniensem, qui in illis Articulis praeteritus est, et alias universas civitates pariter singulas Regias et Montanas Tyrnaviensem etiam et Szakolczensem, Kőszegiensem item et Rustensem, prout et Sz.-Györgyensem, Baziniensem et Legradiensem ac alios quosvis Pagos similiter et confinia in eodem Exercitio clementer manutenere dignetur. *Tertio:* Ut ministri docendis populis et Rectores erudiendae iuventuti necessarii, innuentibus iisdem Articulis, absque quorum interventu liberum Exercitium intelligi nequit, non turbentur. *Quarto:* Nobiles universi, in curiis suis Exercitium Ministeriale habentes, vel juxta illos Articulos habituri, aliunde venientes et venire volentes cujuscunque conditionis homines libere admittere possint, nec propterea admissi divexentur aut puniantur. *Quinto:* Templa, Parochiae, Scholae, et reliqua, in locis Articulariter

nominatis, Evangelicorum esse intelliguntur, cum et alioquin publicis contributionibus aliisque oneribus ferendis impares pro erigendis novorum Templorum, Parochiarum, Scholarum, et aliorum Accessariorum aedificia non sufficimus. Et in civitatibus superiorum partium veluti Cassoviae, Eperjesini, Bartphae, Leuchoviae, Cibinii et Kesmarkii, aliisque locis Articularibus intra et non extra easdem Civitates, Oppida, Pagos, Praesidia et Confinia, Exercitium Ministeriale haud impeditum relinquatur, nec ad Loca indecora, inconvenientia, remota et devia relegetur. *Sexto:* Siquidem iterum iisdem Articulis Soproniensibus sublatus Reversalium mos et consvetudo invalescere coepit, uti quidam in Oppido Comaromiensi et aliis quibusdum locis, extortae sunt ejusmodi obligatoriae ab Evangelicis, quod imposterum contra expressam mentem eorundem Articulorum Soproniensium, non sunt amplius introducturi suae Religionis Ministros, quas cassari tanquam abusum humillime supplicamus, ut talis illegalis mos inhibeatur. *Septimo:* Quae hic complanari, ob brevitatem Diaetae non poterunt, instantiae Evangelicorum, ad primitus futuram Diaetam juxta eosdem Articulos rejiciuntur complanandae. *Octavo:* Negotium Religionis in clementi Neo-Regis Diplomate contineatur assecuratum.

E nyolcz pontnak ajánlását hátrálásnak vehetjük, ha visszagondolunk az állhatatosságra, melylyel a protestánsok az előbbi országgyűléseken az 1608-iki, vagy az 1647-iki törvényekhez ragaszkodtak, de el kell ismernünk, hogy az ajánlott módon a leglényegesebb protestáns sérelmek orvosolhatók voltak, a nélkül hogy a visszatérésnek útja a régi törvényekhez el lett volna zárva. Az udvar azonban az ajánlott pontokat nem vette figyelembe s a király csak különös kegyelemből ismerte el az 1681-iki czikkek érvényét a XXI. czikkben, melyet egykorú nyomtatott példány után közlünk:

Articulus XXI. In negotio Religionis renovantur Articuli 25 et 26. Anni 1681. cum interjecta declaratione.

Licet quidem in negotio Religionis Augustanae et Helveticae Confessioni addicti Articulis 25 et 26. Novissimae Diaetae Soproniensis oppositam iisdem per Reclamationem suam abutentes, ipso facto eorundem beneficii participes esse desiissent, propter bonum nihilominus domesticae Unionis et Pacis internamque Regni tranquillitatem, cum sua Majestas Sacratissima ex gratia et clementia sua praecitatos Articulos adhuc ratos fore benignissime resolvisset, eosdem Status quoque et ordines ad mentem Paternae resolutionis (Cleri et aliorum Saecularium Catholicorum contradictione non obstante) pro renovatis, et priori firmitati restitutis censendos, ac si, et in quantum hactenus ineffectuati, vel vero per aliquos abusus ab una, aut alia parte medio tempore intraductos violati fuissent, suae debitae Executioni et tempore eorumdem conditorum Articulorum, vel expost occupatorum, aut reoccupatorum impendendae restaurationi ut primum demandandos esse, statuerunt.

Ezen kívül az 1687/8-iki országgyűlés még két vallásügyi törvényczikket szerkesztett:

Articulus XX. Religio Societatis Jesu, in Regnum Ungariae et partes eidem annexas recipitur; atque stabilitur.

Ut amodo imposterum religio societatis Jesu, nomine collectivo sumpta, cum ad clementem suae Majestatis S. S. resolutionem, tum superinde coram inclytis S. S. et O. O. factam demissam ipsius instantiam, in hoc regnum Hungariae et partes eidem annexas pro recepta et stabilita habeatur, unanimiter sancitum est.[1]

[1] Az egyházi rend feliratában e kérdésről igy nyilatkozik: Pro Coronide demum humillimarum nostrarum instantiarum impensissime, aeque ac humillime supplicamus, ut Religiosissimos Patres Societatis Jesu centum et triginta amplius annis, tot inter Acatholicos persecutiones et graves in promovenda Religione Catholica exantelatos labores de Ecclesia Hungarica optime meritos, publicis tandem aliquando Regni Ungariae, eidemque annexarum partium tabulis inscribi ac incorporari faciat, sicque majorem iisdem animum injiciat, juxta pium et sanctum institutum, majorem Dei gloriam et animorum salutem inposterum etiam promovendi. Id ex eo etiam congruum est fieri, quae jam olim Synodali Decreto solemni intra membra Cleri

Articulus XXIII. Quod nemo, praeter Romano-Catholicos, in Regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae, Bonorum Passessionis capax esse possit.

Ad conservandam porro animorum concordiam et publicam regni tranquillitatem, quae in unitate religionis potissimum consistere, ex eaque in modo fatis regnis stabilita fuisse dignoscitur; ex benigna suae majestatis Annuentia conclusum est, ut in iisdem Dalm. Croat. et Sclavoniae regnis, secundum municipales eorumdem leges, hoc loci confirmatas tam in partibus, penes iurisdictionem eorumdem ad praesens exsistentibus, quam in futurum, iuxta clementem suae majestatis S. S. resolutionem, ad eandem legitime reapplicandis, soli catholici possessionis bonorum, uti hactenus ita imposterum sint capaces.

Hungariae adsciti fuerint, utpote Clericorum Regularium, re et nomine, ab ipsa sede Apostolica approbato, mox a sua origine prima, gaudentes speramus novissimam hanc nostram instantiam coram Majestate Vestra Sacratissima, sincere expositam, optatum finem sortiturum, ex eo vel maxime capite quod notum perspectumque nobis sit Majestatem Vestram Sacratissimam exemplo gloriosorum suorum majorum sacrae horum religioni benevolam semper extitisse.

Országos Széchényi Könyvtár

II.

ESTERHÁZY MIKLÓS: OPINIO SEU DISCURSUS PALATINI CIRCA CONSERVATIONEM REGNI, ET CONFINIORUM EJUSDEM. VIENNAE 1641. DEC. 12.

A XVII. század nádorjai Illésházytól Esterházy Pálig a végvárak fentartását s védelmét legfőbb kötelességeik közé sorolták. Ez volt a magyar politika egyik sarkalatos kérdése. A jó karban tartott várak védelmezhették az ország azt a részét, mely a magyar korona fenhatósága alatt maradt. Ha a várak el voltak hanyagolva, a még fenmaradt csekély terület is ki volt szolgáltatva a török kegyetlen kapzsiságának. A várak jó karban tartása nagy nehézségekbe ütközött; Esterházy iratából kitünik, hogy minők voltak a nehézségek, melyeknek eltávolításán hiába fáradoztak a nádorok. Esterházy opiniója nemcsak azért nevezetes irat, mert jellemzi a nádor kötelességérzetét s nagy buzgalmát: ez opinióban hű s részletes rajzát kapjuk a végvárak felosztásának s ellátásának, a közjövedelmek és a honvédelem akkori állapotának s egyszersmind a török-magyar viszonyokra is világot vet Esterházy irata. A terjedelmes opinio legfontosabb részleteit Toldy kiadása után közöljük. (Ujabb Nemzeti Könyvtár. Galantai gróf Esterházy Miklós Munkái.)

Et quia . . . . adjutorium hoc maxime et praecipue in fortificatione et conservatione Confiniorum Hungariae situm est, si in hoc vicina quoque Regna et Provinciae eorumque Principes

concurrent, facient id non tam pro Hungaris, quam pro se ipsis, ut id antea quoque eadem vicina Regna et Provinciae laudabiliter fecerunt, et faciunt ad hodiernum Provinciae Styria, Carinthia, Carniolia, solvuntque Slavoniae Confinia; Austria vero pro Jaurino, ceterisque adhaerentibus confiniis contribuit, eaque solvit. Verum si cetera attendamus Confinia, palam est nullam curam haberi Confiniorum in Slavonia, Banali directione subjectorum, neque ad ea quidquam deputatur ab ullis, uti etiam Confinia Canisae opposita absque ferme omni provisione sunt, cum tamen insolentia Turcarum Canisam incolentium usque Styriae limites jam pertingit, intermediantibus omnibus villis, ac Districtibus jugo Turcico subjectis, et sub pondere intolerabilis ferociae Turcicae gementibus et fractis. Quid de Nova Arce,[1] et Confiniis antemontanis eidem adhaerentibus? Solvebat olim et haec Confinia Regnum Bohemiae, et Provincia Moraviae tamquam antemuralia sua, ipsam vero Novam Arcem Dominus Archi-Episcopus Strigoniensis curabat, accedente saltem aliquo exiguo subsidio Dominorum Moravorum. At cessantibus jam his solutionibus, nihilo melior est ipsorum quoque confiniorum conditio, quam aliorum praescriptorum, quibus ab externis nihil solvitur. Quid praeterea de Confiniis partium regni superiorum, ac sub Generalatu Cassoviensi existentium? Exsolvebat et haec Confinia olim Provincia Silesiae, cujus solutione cessante Camera Scepusiensis Regiae M. praestabat stipendium, quae eotum ex Regiis proventibus non modo ea Confinia abunde exsolvere poterat, sed quemadmodum ex relatione quondam Stephani Illésházy, ejus temporis ad inquirendos proventus ejusdem Camerae Deputati Commissarii clarum est, non exiguam proventuum illorum partem pro Regia quoque Majestate remansisse, compertum est, licet tunc adhuc proventus mediae Tricesimae nondum erant. Sed videamus, quae et quot sint media, quibus res Hungaricae juxta Regni Constitutiones juvari solent per suos Indigenas. Quatuor modi, quibus Confinia ipsa Hungarica, et consequenter Regnum ipsum juvari possunt vel deberent, in nostris Constitutionibus reperiuntur:

Primus est proventus mediae Tricesimae, ordinatus a Regno illis confiniis, quibus Styria vel Austria non solvit.[2] His accedit

[1] Érsekujvár.

[2] Az 1635. I. articulusból idézzük: Ordinatum item est, ut omnes et singuli regnicolarum, quaesturam exercentes, quicumque hactenus et

labor gratuitus, ac annonae alicujus administratio, sed haec omnia etiam simul sumpta nequaquam adaequant eorum Confiniorum necessitatem. Alter est, equitum pariter et peditum conscriptio, quot nimirum equites siquidem Comitatus, pedites vero liberae Civitates in necessitate pro sua defensione, ad requisitionem Suae M. vel Palatini Regni, certo numero solent conscribere, ac in Confinia, quae magis indigent, ponere.

Tertius est: Expeditio particularis, in qua a singulis quatuor portis unus eques expeditur, ad Mandatum vel Suae M. vel Palatini. Quartus est, Generalis insurrectio, quae fit Regni juxta constitutiones, et haec faceret quidem aliquid, si praesertim cum Transylvanis posset fieri correspondentia. Sed extra hoc etiam in hac exigua quoque Hungariae residuitate ex Slavoniae et Croatiae Regnis Coronae Hungariae subditis quinquaginta, vel sexaginta millia hominum possent consurgere in hac Generali Insurrectione; verum ut hi omnes simul convenire possint, non caret difficultate, tum quia Regnum hoc vastatione, et occupatione Turcarum valde angustiatum, non jam latum, ut olim extitit, sed ad longum saltem, idque circa Terminos versus Regna Christiana et Provincias extenditur, tum quia Turcas a latere, et in meditullio Regni habemus, tum quia periculosa esset valde ista Congregatio vel ex formidine etiam cladis ad instar periculi Mohacsiensis vel longe adhuc pejoris, si quae pejor dari potest. Sed esto exponerent sese Hungari periculo cum sibi incorporatis Regnis, opponerentque sese murum (uti alii etiam fecere) pro ipsorum et vicinorum

a quibus cumque rebus et mercibus ad solutionem tricesimarum obligati fuerant, cujuscunque tandem status, dignitatis et nationis illi sint, etiam Cumani et Philisthaei, ultra ordinariam tricesimam, in usum et necessitatem veteris militis confiniarii, dimidietatem ordinariae tricesimae, in omnibus regni partibus, nec non Sclavonia et Croatia, pendant: ejusmodique dimidiatam pensionem tricesimalem, tricesimatores sub iuramento ipsorum, superinde deponendo, ad cameram Ungaricam administrare sint obligati (exceptis tamen omnibus praemissis contributionibus regnorum Sclavoniae et Croatiae, quae non ad Cameram, sed in exsolutionem militum, in confiniis Colapianis banalibus existentium, per regnicolas erogentur) non in alium, quam praemissum finem, necessitates nempe et salarium veterani militis confiniarii erogandum, sub praemisso onere reddendae rationis ... Haec autem tricesimalis contributio duret hoc praesenti solum et futuro anno, hoc est ad biennium duntaxat; neque ex dominorum et nobilium allodiaturis exigi debeat ... A következő országgyülések megujitják a törvényt.

quoque Regnorum et Provinciarum aris et focis, attamen nequaquam subsistere possent contra tam potentissima Turcarum arma, et saevissimas, validasque eorum eruptiones, absque externa Regnorum et Principum Christianorum ope, quae adeo essent necessaria, vel solum ex eo, ne scilicet externa hac ope ab Hungaria subtracta, externa etiam Regna et Principes Christiani, aut una cum Hungaris patiantur, aut saltem eosdem Hungaros cum ingenti ipsorum et ruina et periculo in desperationem inducant.

Habent Turcae praeterea certos etiam modos suos, quibus extra Martem quoque apertum, tempore etiam pacis (si pax est dicenda), Hungaros et Regnum Hungariae infestare soliti sunt.

Et primus quidem modus est ars furandi; dum scilicet confiniarii Turcae ex Confiniis suis instar lavernionum seu furum, egredientes Hungaros et praesertim pueros ac juvenes non secus ac lupi rapaces agnos, vel in uno, vel alio in loco sine intermissione rapiunt et furantur.

Alter: insurgunt turmatim ex quacumque levi causa, ac occasione, et cum vexillis et tympanis excurrunt, gravesque impressiones in Regno faciunt et obvia quaeque trucidant, mactant, miserumque plebem in diram captivitatem ducunt.

Tertius: variis ac diversis scriptionibus, comminationibus et similibus territamentis dietim miseram plebem diripiunt, hincque potentiam et ditionem suam augent, limites extendunt, miseram, ac perterritam plebem subjugant, ad ingentem contributionem et censum adigunt, adeo, ut sicut alias etiam declaravi, istiusmodi exactiones et crudeles contributiones extortique census annuatim Milliones aequant, ditanturque per hoc Turcae, nos vero exhaurimur.

Quartus: accedit hostilitas nempe Turcarum, quam ipsi ordinarie per factiones et rebelliones promovere solent, in eo casu decem, sedecim, aliquando viginti millia simul erumpentes. Sed et tunc expediunt Hungaros resistere hisce Turcarum viribus, scissiones eorum jam in similibus casibus assuetae Turcis more suo sese uni parti dissidentium Hungarorum (illi praesertim, quam potentiorem putant) insimulantibus et adhaerentibus, ut scilicet hac etiam ratione, et juxta veterem suam malitiam, potentiam suam extendant, regnandique cupidinem, quantum possunt, expleant. Ex quibus sequitur Hungaros esse adjuvandos externo subsidio. Nam alioquin Turcae, si viribus suis fidunt, aut deletis Hungaris totum Regnum subjugabunt, aut vero Hungaros se superare posse

desperantes, timentesque, per artes suas et media associabunt sese Hungarorum parti rebelli, conjunctisque armis vicina etiam Regna et Provincias invadunt.

Hae sunt Turcarum fraudes, quibus gens haec Hungara vexatur, contra quas dixi media superius, quibus nimirum Hungari se ac Confinia sua, ad evitandas ut plurimum praetactas fraudes Turcicas, juvare possent. Annecto tamen multum in praesenti Regni necessitate prodesse, si supra attacta militia per Comitatus, ac liberas Civitates conducenda, debito modo et non ad liberum velle (uno scilicet Comitatu suos conducente, altero vero jam tunc antea conductos dimittente, et absolvente) conduceretur, et interteneretur, ne expensae alioquin absque fructu incassum caderent.

His accedit particularis expeditio, si juxta Regni constitutiones assumeretur, sed cum in hac quoque expeditione multi sint abusus et defectus neque illa juxta Regni constitutiones assumatur, Dominis et Nobilitate a portis in suis bonis existentibus pro particulari hac expeditione cedendas expensas ad se levantibus; haec quoque expeditio non juxta Legem Regni, sed depravatam consvetudinem assumpta, parum patriae prodest.

Quapropter mea tenui opinione aliquis alius etiam modus in hoc etiam, licet satis debilitato Regni istius statu, pro Regni defensione, et Confiniorum conservatione quaerendus, statuendusque esset.

Etquidem inprimis, ut domini Regnicolae ad augmentum solutionum Suae M. ac vicinarum Provinciarum Confiniis praestari solitarum, magis ut hactenus concurrerent, contribuerentque ad eadem confinia praeter mediam etiam Tricesimam, et hoc posset fieri bona administratione, ipsis etiam non animadvertentibus. De medio autem istius contributionis, vide infra circa finem.

Deinde, ut sicut tempore Rudolphi Imperatoris et Regis Hungariae factum fuit, nunc quoque loco particularium, et nonnullarum contingentium expeditionum evitandos majores sumptus, quos particulares expeditiones requirunt, per singulos comitatus interteneretur milites continui in Confiniis. Quibus sub bona disciplina, et sub bono directore in iisdem Confiniis intertentis, debitaque solutione iisdem praestita, conjunctis et unitis viribus cum ceteris Confiniariis ordinariis in antiquum ordinem et numerum reductis, debiteque exsolutis, nullus dubitare debet,

posse hac ratione Turcas a solitis excursionibus, hostilitatibus, sive clandestinis et furtivis, sive praetextu particularis alicujus vindictae, apertis et manifestis arceri pariter, ac a ditionibus et subjectionibus pagorum ceterisque insolentiis, damnorum illationibus, et ausibus cohiberi. Hac ratione posset exercitari juventus etiam ad futura Suae M. ac Regni servitia. Hac ratione mille, duo aut tria millia, hominum, et ultra in casu necessitatis possent educi ex Confiniis, absque omni defectu Confiniorum, neque opus esset in contingentibus etiam Regni casibus militem campestrem identidem conducere, cum summa miserae plebis oppressione. Insuper in casu etiam alicujus tumultus in Regno exorti istorum opera commode uti posset, quin imo in majori necessitate penes hos, vel intuitu istorum posset etiam Regnum facilius cum maximo emolumento, et fructu servitii S. M. ac Regni armari et assumi.

His accedit Baronum etiam ac Magnatum, ac praecipuorum Nobilium conditio, quae alia est, quam aliarum Nationum et Gentium conditio, cum enim gens haec in faucibus Turcarum sit posita, neque careat pluribus insidiis eorum, necessitantur ipsi Domini Barones et Magnates, praecipuique Nobiles arces et castella aliqua vel fortalitia habentes, in suis arcibus, castellis vel fortalitiis gentem aliquam seu militem pro rerum custodia propriis sumptibus intertenere, ita ut vix non tot Confinia in Hungaria dici possunt, quot sunt arces vel castella, sive fortalitia, et quidem id merito, lege enim Hungarorum capitale est, et nota Infidelitatis, per negligentiam et incuriam arcem aliquam etiam propriam, sive per torporem et desidiam, sive avaritiam possessoris amittere. Haec inquam, Baronum etiam Magnatum, praecipuorumque Nobilium conditio non postremum est juvandi Regnum tot Confiniis, quasi et praesidiis in Hungaria existentibus, quot sunt arces et castella, fortalitiaque praeter illa etiam, quae Sua M. et nonnullae vicinae Provinciae solvunt. In quibus quot et quantos alii interteneant, non enumero, sed dico saltem vel me solum ad arcium, bonorumque meorum custodiam, personaeque securitatem intuitu boni communis, ultra mille pedites et equites continua, vel annuali, vel menstruali solutione intertenere cum summa bonorum meorum proventuum jactura, quos ferme totos in hoc erogare debeo, et necessitor. Quod quidem juvandi medium ad bonum Patriae commune longe utilius esset, si publico sancitu statueretur, ut hi Dominorum Baronum Magnatum et Nobilium

servi in casu ingruentis necessitatis, quo scilicet Turcae in aliqua Regni parte hostilitatem aliquam attentare contenderent, et attentarent, consentientibus Dominis ipsorum, imo una cum ipsis Dominis (relictis in arcibus vel castellis quibusvis pro illo tempore necessariis) ad requisitionem saltem etiam Palatini Regni concurrerent, et conjungerent se cum Confiniariis. His praeteritis, quae in ordinem facilius, ut spero, redigi possunt, majorem video difficultatem in Confiniis tot annorum spatiis vix non desertis et ruinatis tum aedificio, cum etiam milite debito modo et debita solutione mediante ad normam antiquam laudabiliter a majoribus nostris institutam complendis et reintegrandis. Quàpropter si molestus non ero, in eorum solum gratiam, qui nesciunt numerum Confiniorum, tum vero solutionis eorum quantitatem (quantum ista per tot distractiones, investigare et scire potui) juxta antiquum modum fieri solitum, non obstante eo quod superius quoque de hoc solutionis modo meminerim, annotandum duxi, quamvis (ut haec in parenthesi dicta sint) vix media ex parte militem, quem olim Confinia Hungarica habebant, et ex his adduco pro exemplo unicum solum, idque principale Praesidium Novae Arcis, in quo alias secundum veterem ordinationem mille Praesidiarii milites Hungari esse deberent, verum exceptis ducentis illis peditibus, quos Camera Hungarica ex Proventu Dicali, seu Regio solvit, patietur defectum hoc unicum Praesidium octingentorum circiter Praesidiariorum militum, cum ingenti damno Regni: quod si Confinia pleno numero essent, facilius a tot, et pene quotidianis Turcarum excursionibus defenderentur, ac etiam Suae M. plurimo incommodo, tum quoad Regni vastationem, et terminorum per pagorum Turcis subjectiones contractionem, tum quoad solutionem ipsis Confiniariis praestandam, quae quidem solutio etsi rarius praestatur, semper tamen pro pleno numero Confiniariorum computatur: At cum in Confiniis pleno numero milites non sint, cui cedit lucrum, vel apud quos remanet, solutio, quae non erogatur? num Suae M. cedit, vel aliis? Relinquo hoc acri et sapienti judicio Suae M. Mihi cum Confiniorum, a Mari Adriatico usque ad fines et terminos Transylvaniae pariter ac Confiniariorum, qui in iis secundum veterem modum et ordinationem esse deberent numerum, nec non solutionis etiam eorum vim in quantum nimirum circiter se illa extendere potest, anno aret in cumbat, pergam: in fine discursus loco coronidis annectendo, quote-

converso Turcae quoque Confinia adversus Hungariam habeant, et quot millia hominum seu Confiniariorum Turcarum in illis sint, ac praeterea in hisce Cis-Maritimis et Europaeis partibus, quot iterum circiter millia extra Confiniarios habere, et assumere possunt. Quibus, ut indagare potui, enumeratis comperietur, quod si Hungari unanimes, et concordes essent, posse eos etiam tanta angustia ac defectu, aliquo saltem externo subsidio accedente, sese opponere Turcis Europaeis, eorumque excursiones ac ferocias devitare, et confundere, exceptis Tartaris. Et imprimis quidem, ut a numero Supremorum Generalium Capitaneorum, seu Capitaneatuum incipiam, sunt hujusmodi Supremi Generales Capitanei, seu Capitaneatus sub Iurisdictione Sacrae Coronae Hungaricae a Mari Adriatico usque ad limites et terminos Transylvaniae sex, utpote: Cassoviensis, Novae Arcis, Jauriensis, Praesidiorum Canisae oppositorum, Slavoniae, et Croatiae Regnorum, Confinia Banalia, quibus Banus Croatiae et Slavoniae praeest.

Ad generalem Capitaneatum Cassoviensem spectant novem Confinia una cum Praesidio Cassoviensi, in quibus juxta antiquam limitationem mille circiter equites, ac sesquimille pedites in universum esse deberent, exceptis Germanis, qui et ipsi in Confiniis quingenti circiter esse deberent. Ad hunc Generalem Capitaneatum pertinent etiam Haydones Transtibiscani, qui una cum Haydonibus in partibus Regni ad Transsylvaniam possessis existentibus constituunt adminus sex millia hominum ad arma aptorum, omnes fere equites, ita ut soli etiam Haydones, qui in Suae M. ditione resident, possunt ad arma insurgere tria millia, qui cum in libertate vivant, tenentur etiam insurgere juxta contractum cum ipsis initum.

Ad generalem Capitaneatum Novae Arcis una cum Arce Hajnácskő, quam Filekienses Praesidiarii custodiunt, pertinent quatuordecim Confinia, in quibus juxta antiquam limitationem deberent esse circiter equites quidem mille sexcenti, pedites vero bis mille, excepto Praesidio Germanico, quod ex sexcentis peditibus constare deberet; sed hoc tempore nec hoc Praesidium Germanicum est pleno numero.

Comaromium per se est, quod a nullo supremo Generali Capitaneo dependet, cujus causa ignoratur. In hoc Praesidio equites Hungari deberent esse centum, Nazadistae vero pedites ducenti, praeterea ducenti Germani Praesidiarii.

Ad generalem Capitaneatum Jauriensem, una cum Praesidio Gesztes, quod Tatenses custodiunt, sunt Confinia undecim. In his deberent esse equites circiter octingenti, pedites mille, praeter Germanicum Praesidium, quod deberet constare juxta veterem modum ex sexcentis peditibns.

Confinia Canisae opposita, ad unum Generalatum spectantia, cum Praesidio Legradiensi et insula Muraköz nuncupata, septemdecim sunt, in quibus circiter mille equites, et mille ducenti pedites esse deberent, praeter illos paucos Germanos, qui de recenti inducti sunt.

Ad Generalem Capitaneatum Regni Slavoniae septem spectant Praesidia, si Varasdinum quoque computabimus, quod cum sit in meditullio Regni, videtur sine necessitate Praesidium hic interteneri. In his Praesidiis equites sunt trecenti, pedites vero utpote Germani et Croatae mille septingenti, et quadraginta.

Ad Generalem Capitaneatum Slavoniae una cum Confiniis maritimis spectant septemdecim Confinia. In quibus equites Croatae et Germani deberent esse circiter ducenti, pedites vero mille septingenti, et triginta unus.

Excipiuntur hic Valachi, qui in privatorum Dominorum fundis, absque omni pensione census, vel servitii alicujus ipsis Dominis feudi debita, circum praescripta Confinia Sclavoniae et Croatiae, dependentes ab eorumdem Confiniorum Generalibus Capitaneis habitant, et gratis sine ullo stipendio serviunt, qui et ipsi apti ad arma sunt: ad octo vel decem millia hominum.

Ad Banatum Croatiae et Slavoniae spectant duodecim Confinia. In quibus Croatae equites sunt trecenti, pedites vero sexcenti et undecim. Quibus omnibus computatis a Mari Adriatico usque ad terminos Transylvaniae reperiuntur octuaginta octo Confinia. In quibus omnibus equites quidem Hungari et Croatae deberent esse circiter quinquies mille. Germani centum et quinquaginta, pedites vero Hungari et Croatae septies mille et quadringenti, pedites autem Germani circiter bis mille, sexcenti et octuaginta. In summa utriusque ordinis Praesidiarii pedites nimirum et equites constare deberent circiter ex quindecim millibus hominum. Quorum solutio equitum nimirum Hungarorum et Croatarum juxta modernam consvetudinem per quatuor Rhenenses facit per annum circiter centum nonaginta millia, et octuaginta florenorum Rhenensium, quae utraque summa simul computando facit qua-

dringenta et nonaginta millia, et octuaginta florenorum. Quantum vero Praesidiariis Germanis solvatur, nescio, cum eorum aliis plus, aliis minus pendi soleat, puto tamen adaequare, si non excedere eorum solutionem id, quod praefatis Hungaris et Croatis peditibus solvitur, licet hos Germanos milites, cum iis victualia etiam subministrentur, putem posse, paucioribus etiam exolvi.

Summa summarum itaque solutionis gregariorum seu Communium militum, computatis etiam Germanis facit per Annum octingenta et viginti octo millia, ac trecentos florenos circiter. Extra hos gregarios milites sunt ipsimet Generales, et alii post Generalem majores et minores Officiales, quorum si solutiones juxta qualitatem officiorum, vocationumque suarum ipsis debitae si vel saltem ad quadringenta millia florenorum computentur, tamen sic etiam in universum computatis solutionibus confiniariorum faciunt unum millionem, ducenta et octodecim millia, ac trecentos circiter florenorum exceptis erogationibus, quae annuatim ad munitiones Confiniorum fiunt.

De solutionibus vero Confiniorum praetactorum, qualis olim erat ordinatio, memini superius quoque, non obstante tamen eo placuit hic etiam eandem repetere, defectusque ob, non praestitam solutionem nonnullis Confiniis praecipuis, malaque illinc secuta, et sequenda, nisi obvietur, causasque eorum nonnullas, annectere. Et quidem quoad Confinia Croatiae: illa solvebant Carinthia et Carniolia, quoad hodiernum usque diem, absque querela, ut inaudio, praestant.

Confinia vero Slavoniae solvebat Styria, quod prestat adhuc, ut intelligo, sine querela.

Confinia Banalia, utpote trecentos et septuaginta quinque pedites Hungaros, solvit regnum Slavoniae. Jaurinum, et cetera adhaerentia confinia solvit Austria, quae si aliquando forte differat, supplet tamen defectum alio tempore.

Alia vero Confinia, ut sunt Banalia, Canisae opposita, ad Novam Arcem spectantia, in partibusque Regni superioribus existentia; uti etiam Comaromium in partibus Danubianis incertam habent solutionem, quibus olim solutio pendebatur per Bohemos, Moravos et Silesitas, cum summa alleviatione Regiae Mtis, quae non molestabatur pro solutione, ut jam fit, simulac satisfactione etiam Regnicolarum inter quos ob hoc tantae confusiones et querelae non erant. Quantum vero haec Confinia, quae praesertim

intra limites Hungariae incertam habent solutionem, tam quod milites Confiniarios, cum etiam aedificia, restaurationemque ipsam, detrimenti patiantur, notius est, quam ut declaratione indigeat; ut apparet etiam ex supra scriptis de Nova Arce, principali Confinio et quasi Porta Regni, ut de reliquis taceam. Unde vero sit haec tanta desolatio Confiniorum defectusque aedificiorum, facile consequemur, si considerabimus externorum auxilia aedificiis confiniorum deesse; gratuitos labores per Dominos Regni S. S. et O. O. pro restaurandis et aedificandis Confiniis non debito modo administrari quin imo illam etiam partem, quae administratur, per Capitaneos Confiniorum saepissime distrahi, ac quod inveniantur etiam nonnulli Dominorum, qui hujusmodi gratuitos labores a bonis suis praestare prohibent. Pro quibus abusibus tollendis editum annis superioribus Articulum effectuare quidem intendimus[3] sed cum Comitatus ad requisitiones nostras nihil replicassent, mansit in eo.

Toties repetitam insolutionem Confiniorum nec hic omittere possum, ex hoc enim solutionis defectu miseri Confiniarii rebus suis exhausti, nisi vicinorum Dominorum et Nobilium vineas, terras arabiles, prata et alia bona vastent, vel vero alioquin etiam furentur, et praedentur, miseramque plebem extenuent, saepe alias ad manducandum nihil habent, hinc saepe tales vel ibidem in flagranti deprehensi statim puniuntur juxta demeritum, vel si fugiunt ex loco delicti, juris ordine conveniuntur et plectuntur. Alii vero mendicare erubescentes, furtaque et praedonia inter Christianos committere vel timentes vel nolentes, convertunt sese ad praedas Turcicas, quibus Turcae incitati, decuplo aliquando et ultra hujusmodi damna ipsis illata resarciunt, et saepissime

[3] 1638. Art. XI: In confiniorum structuram et necessitates, gratuitos labores adinventos praestitosque esse clarum est apud SS. et O. O. qui ut deinceps sine fraude doloque praestari, praestitorumque ab anno 1625. infra decursum praesentis anni ratio possit iniri, decernitur ut iuxta anni 1618. art. 52 et 21. anni 1563, in eodem citatum, in partibus quidem cis et ultra Danubianis, D. C. palatinus, velipso D. C. palatino legitime impedito, D. D. comites Stephanus Pálfi et Adamus de Batthyán generales; in partibus vero regni superioribus D. C. iudex curiae regiae, convocatis comitatuum vicecomitatibus, aliisque ad id aptis personis, eorundem gratuitorum laborum perceptores, vel eorundem heredes et successores, in exigendis rationibus, omnibus iuridicis remediis abscissis et postpositis, etiam per occupationem bonorum possessionariorum, procedant.

eosdem ipsosmet trucidant, vel in captivitatem ducunt cum majori adhuc defectu Confiniorum. Propter hanc nimiam insolentiam fit etiam saepissime, ut deficientibus Confiniariis, eorum locum Dominorum, et Nobilium subditi, plerumque tales, qui vel cum dominis suis terrestribus litem habent, vel ut poenam propter scelus aliquod infligendam evitent, supplent, sed de hoc alibi.

In administratione etiam annonarii proventus ingentes irrepserunt abusus, et confusiones. Nam tam fertili hoc solo Hungariae, ubi dimidio pretio, quam alibi, forte victualia comparari possent, neglecto, frumentum et vinum ex Austria plane etiam et partibus Linzensibus per Danubium ad Confinia Hungarica demittantur, cum nonnullorum saltem privatorum lucro, e converso cum ingenti boni publici, ac Suae M. damno, ubi vel sola vectura, naves, et nautae, ac instrumenta, utpote vasa et similia pro istius annonae devectione accomodata, pluris saepe constant, quam res quae devehuntur, vel earum pretium. In munitionibus etiam patiuntur Confinia hungarica summas difficultates; cum enim in Regno aes, cuprum, ferrum, sal nitri, sulphur et similia necessaria abunde satis habeantur, ita ut bona provisione nonmodo necessitatibus Regni istius ac Confiniis succurri, sed vicina etiam regna et provinciae iis juvari possent: attamen triplo vel quadruplo pretio haec alibi in exteris provinciis comparantur magnoque sumtu in hoc regnum inducuntur.

Propter hos ipsos Confiniorum defectus ..... saltem infra revolutionem paucorum annorum, post praetacta etiam tempora disturbiorum, aliquot millia animarum posse numerari, quae diversis vicibus ex regno per Turcas in captivitatem abductae sunt, tam ex Confiniariis, quam nobilitate ac etiam misera plebe. Quot centeni vel milleni praeterea occisi? Dico pretium ad haec redemptorum captivorum ex Turcica captivitate intra spatium quatuor vel quinque ad summum annorum, ex bursa Hungarorum solutum et importatum est Turcis circiter vel ultra ducenta millia florenorum, ut observatum est.

Ubi insuper infinitus quasi numerus pecudum et pecorum, quae abacta sunt? Ad supplendos praefatos defectus dictorum Confiniorum Domini Regnicolae magnis sumptibus et expensis coguntur militem conductum in iisdem Confiniis saepe intertenere, ad arcendas scilicet praetactas hostilitates Turcicas, conservandosque se ipsos una cum ipsis Confiniis: quod necesse utique non esset

si Confinia modo supra scripto in suum pristinum statum reducerentur, Confiniariisque militibus in justum et antiquum numerum redactis et debite solutis replerentur, accedente ad hos alio etiam regnicolarum auxilio ut supra. Sic liberaretur regnum ab intertentione etiam militis campestris, quem Domini regnicolae, ob praetactos ingentes defectus Confiniorum, contra Turcarum hostilitatem cum oppressione etiam miserae plebis saepe intertenere debent. Ex tot Confiniorum defectibus emergit etiam, quod scilicet juventus istius Regni Hungariae ad regni et regiae M. servitium non exercitatur. Nam solutione non existente et Confiniis desertis, malunt potius, praesertim juniores Nobiles, aliud vitae genus sectari, vel domi suae circa oeconomiam occupari, quam in hoc statu et defectu Confinium intrare, ibique serviendo, se exhaurire. Non sic olim; sed Confiniis in statu integro constitutis et solutis, ardebat plane juventus et sangvis nobilis ad servitia in Confiniis penes Regem et regnum exhibenda, ubi strenue se etiam exercebat, facta postmodum apta ad utilia servitia Regni et Suae M. Nunc e contra propter tot defectus horrent hoc vitae genus ita, ut mox paucis, qui adhuc supersunt, exercitatis deficientibus, nemo loco eorum invenietur idoneus, nisi aliter de iisdem Confiniis, ut saepe dictum est, provisum fuerit. . . . Turcae hac occasione neglectus Confiniorum animati, intra spatium praescriptorum quatuor vel quinque annorum, ultra centum et quinquaginta pagos, qui vel nunquam antea deditii fuere, vel vero ante triginta quinque annos vel ultra per tractatus vel alio modo a jugo Turcico liberati fuerunt, jam minis jam armis (ut supra quoque dictum est) subjecerunt, sibique tributarios fecerunt, magnam per hoc regni partem cum damno ineffabili occupantes ditionique suae adjicientes.

Quibus sic constitutis, ad avertenda haec et majora adhuc cervicibus Hungarorum ac totius regni imminentia mala, reformandosque defectus dictorum Confiniorum, necesse est, ut animun et manum apponamus. In quo cum plus oculi, quam oculus viderent, non dubito Dominos S. S. et O. O. opportuna remedia quaesituros: si tamen iisdem S. S. et O. O. placet, quod superius circa hoc dixi, sequatur, quae hic pro repetitis haberi volo: primum saltem punctum ibidem positum, de modo scilicet praestandae contributionis, per Suam M. Dominos regnicolas et exteras vicinas provincias, paulo fusius deducere placuit.

Extra omne dubium est Dominos regnicolas, attenuatis et exhaustis tot regni istius mutationibus et ruinis facultatibus suis, non posse debito modo succurrere et juvare, vel ea saltem Confinia, quae certam solutionem non habent, aliisque variis expensis identidem pro communi regni necessitate occurrentibus. Ne tamen D. D. Regnicolae in tanta Suae Mtis distractione, penes aliquod subsidium ejusdem Mtis desint rebus suis, id ratio ipsa et natura rei postulat. Humillime igitur supplicandum esset Suae M. quatenus inter tot ardua etiam negotia, diversasque et graves expensas suas dignaretur benignis oculis intueri hoc quoque regnum suum, clementerque ordinare, ut proventuum quoque regni certa pars, nempe Dica integra, taxarum vero liberarum Civitatuum, et tricesimarum, ac proventuum etiam fodinarum et mineralium aliqua saltem pars applicaretur ad ea Confinia, quae certa solutione carent. Ex quibus proventibus Decimae quoque pro Confiniis cum magno lucro et commodo possent ac deberent ante alios emi, omnes proventus mediae etiam tricesimae, proventibus his adjectis, non contemnendam constituerent summam. Hic tamen addo, quod sentio fore nimirum longe utilius et majoris lucri: sicut in Moravia in loco depositionis a bobus et pecudibus tam ab emente, quam ab vendente, utraque nimirum parte, integra, et integra tricesima exigitur; ita pariter in Hungaria quoque a rebus et similibus pecudibus et pecoribus e regno expellendis, in certo loco depositionis ad id ordinato, pro media tricesima ab utraque parte, emente scilicet et vendente, integra, et integra tricesima in tanta regni necessitate exigeretur; ad haec ut exterae quoque provinciae et regna pro his ipsis Confiniis aliquid saltem contribuerent, efficiente id benigniter et ordinante Sua Mte: adjuvantes quoque eadem regna et provinciae hac ratione subsidium Suae Mtis. Verbi gratia Bohemia ac Moravia etiam et Silesia, quamvis multum passi, cum tamen et eorum res agatur, pro ratione moderni temporis et facultatum suarum certam summam contribuerent, antiquam suam consvetudinem in praestandis ad Confinia Hungarica contributionibus laudabiliter eo pacto reducentes. Verum tamen pro his omnibus proventibus seu contributionibus percipiendis fidelis aliquis et sufficiens aliquis ordinandus esset, ne, sicut hactenus, istiusmodi proventus frustra distraherentur.

Et expediret ut talis Perceptor Iuramento adstringeretur cum poena debita, sicut erat tempore Ludovici Regis Hungariae

in Comitiis Budensibus Ao 1518 Art. 7. qui quia ex generali Decreto éxmissus est, placuit apponere: Thesaurarii vero nominati ad fidelitatem Regiae Mtis observandam et in rebus regni sibi commissis executionibus peragendis et libertatem regni et regnicolarum tutandam, Iuramentum praestare tenentur. Qui si in executionibus praemissis negligentes fuerint, et eorum fidei officioque satis non fuerint, extunc in ventura Diaeta capite plectantur et puniantur. Ad haec accederet etiam subsidium extraordinarium Dominorum Regnicolarum praeter supra annotata media v. g.: sicut a vinis quoque juxta regni statuta regia tricesima pro Confiniorum necessitate solvitur: eo modo ab aliis quoque quibusvis rebus venditis, vel vendendis cujuscunque nominis vel speciei fuerint, eadem media tricesima solveretur. Praeterea posset aliquod etiam frumentum ad portas[4] imponi, quo exacto posset id in solutionem Confiniorum dari non sine lucro.

Est etiam quaestus salis in Hungaria, ac tam ab his quam ab aliis quibusvis rebus in foro venalibus quis vetaret exigere levem aliquem censum pro iisdem confiniariis? quorum omnium solutio ementibus potius, quam vendentibus regnicolis competeret; nec est novum in Christianis regnis et provinciis hujusmodi exactionibus uti ut palam est, et siquis in Polonia versatus est, aliquando potuit audire et experiri contributiones illas, quae in regno eo pro bono communi reipublicae ingentes imponuntur, quas ipsi Pobor nominant. Demum posset etiam sine omni injuria, damno et praejudicio DD regnicolarum tàm Ecclesiasticorum, quam saecularium, cum maximo regni bono et emolumento effici, ut Dni quoque Praelati, Abbates, Praepositi, Beneficiariique majores, qui scilicet Banderium non habent, darent aliquid a suis officiis et beneficiis juxta limitationem regni; uti etiam altarium rectores, Canonici, et alii minora beneficia tenentes adminus unum imperialem singuli contribuerent. Eodem modo Domini et nobiles saeculares, qui alias Banderium aliquod non habent, neque custodes pro arcibus et castellis suis intertenent, a singulis castellis 2 f. ab integra Curia nobilitari fl. 1. molas possidentes a singulis molis fl. 1. praedicantes, cum et ipsorum domus pro nobili reputetur, a singulis domibus fl. 1. et sic consequenter pro tanto bono conservando et promovendo contribuerent.

[4] Porta, akkor már nem egy telek vagy kapu, hanem az adókirovás idealis egysége.

Praeterea sunt in regno adhuc alia etiam media nos juvandi ut sunt Decimae, de quibus supra etiam, quas ab Ecclesiasticis arendant saeculares proprio lucro inhiantes, quae si pro Confiniis comparentur, Statusque Ecclesiasticus antiquitus solita arendatione liberaliter observata eas pro Confiniis remotis privatis personis arendaret, excresceret in tantum lucrum Confiniorum, ut non solum ipsi Confiniarii, pro quibus nunc ex adjacentibus provinciis cum maximo labore et damno Suae M. (ut de hoc memini etiam superius) victualia importantur, hoc modo sufficienter ali possent, sed etiam ex copia et venditione frumentorum, ex istiusmodi decimatione comparatorum, vel pecuniam in partibus aggregari, vel ex commutatione facta rusticis eorum frumentorum renovatio valde Confiniis utilis et necessaria fieri posset.

Sunt etiam educilla in Confiniis, quae hoc rerum tempore capitanei possident, nec sine causa cum solutione sufficienti carentes, nisi se lucro similium occasionum sustentent, vix persistunt. Si tamen Confiniariis debita praestaretur solutio, non esset ut conquererentur de ablatis educillis. Cum igitur ex Decimatione vinorum modo superius declarato ceteris Confiniis applicanda, sat magna, vinorum copia pro iisdem Confiniis cederet: ex lucro istiusmodi Decimatorum, educillatorumque vinorum quinquaginta, sexaginta, ausim dicere centum millia florenorum perfacile pro Confiniorum necessitate congregari possent.

Adsunt etiam in Regno variae quaesturae et negotiationes ad usuram institutae, quibus sauciantur privati se impignorantes, et usuram etiam persolventes. Qui modus negotiationis si committeretur uni vel pluribus in usum et lucrum Confinii, ordinareturque modus negotiationis, et facta etiam prohibitione in eo genere, maxime quoad quaestores boum; nemini dubium sit, multa etiam millia hac ratione accedere posse ad emolumentum Confiniorum. Nota est facultas testandi Dominorum Praelatorum data per Augustissimae Memoriae Imper. et Regem Ferdinandum II. dum ut nimirum memores sint D. Praelati in suis testamentis etiam Confiniorum. Cum igitur concessiones sine executione vanae reputentur: ut in hoc genere etiam D. Praelati satisfaciant Concessioni et benignae annuentiae Regiae Majestatis, aequitas requirit, qui si modo hactenus ab ipsa solum emanatione Literarum Concessionalium Suae M. decimam dumtaxat partem bonorum suorum, quae alioquin etiam relinquere debuerunt, pro usu Con-

finiorum reliquissent in suis testamentis, cum ditissimi medio tempore Praelati emortui sunt: quis dubitat bonam summam fuisse hactenus cumulatam pro necessitate Confiniorum, et si posthac facerent, sequeretur haud dubium effectus desideratus.

Sunt adhaec in regno caducitates, per quas ampla aliquod bona ad coronam devolvuntur, et aliis pro pecunia venduntur: quae pecunia, si ad Confinia converteretur, mirum quantum illa vel hac etiam ratione juvari possent, ut intra paucos solum annos ex hujusmodi caducitate acquisivit Camera S. M. ultra mediam millionem, ex quibus nihil ad Confinia redundavit. Non desunt alii etiam modi mediaque optima ...

Quibus omnibus sic praemissis, et in bonum ordinem redactis, nulli dubitandum est, posse illa Confinia, quae certa solutione carent, hac ratione exsolvi, defectusque eorum cum inaestimabili bono totius Regni, ac S. M. suppleri: hoc enim medio tot insolentiae Turcarum evitarentur, qui haud dubie videntes promptitudinem, alacritatemque nostram in defendendis, propugnandisque Confiniis nostris, ac Regno ipso: continerent se, et non tam facile, ut hactenus, excurrerent, nisi forte aperto marte, ruptoque foedere erumperent, contraque Christianitatem bella moverent: quo in Casu alia provisione, de qua supra, opus esset. Hoc modo miserae plebi desideratam securitatem facere, ac Genti quoque huic alacriorem animum ad quaevis pro Rege et Patria attentanda addere possemus.

Quae ut Sua M. cum fidelibus suis Regnicolis in ordinem redigere dignaretur, supplicandumque esset Suae M. i, nam alioquin ut in infinitas involvamur difficultates, Gensque haec tot Turcicis insolentiis vexata, ab omni ope destituta, mox in desperationem acta una secum Regnum quoque amittat, verendum est.

III.

A LEOPOLDI DIPLOMA.

A XVII. századi erdélyi fejedelmek nem csupán a vallási és politikai szabadságok helyreállításáért küzdöttek az osztrák ház ellen, hanem az erdélyi terület nagyobbításáért is. E kettős törekvés tulajdonképen egynek vehető. Mennél erősebb volt Erdély, annál jobban bizhatott a magyarság abban, hogy az udvar nem bántja a szerződésektől védett alkotmányt. Ezt az elvet vallotta Bocskay. A másik táborban küzdő hazafiak sem tagadták az elvnek helyességét. Bocskay a bécsi békében Tokaj várát, Ugocsa-, Bereg- és Szatmár vármegyéket kapta. Mivel Bocskaynak nem volt gyermeke, halála után az átengedett birtokok és jövedelmek visszaszállottak a magyar koronára. Bethlen a nikolsburgi békében Szatmár-, Szabolcs-, Ugocsa-, Bereg-, Zemplén-, Borsod- és Abauj vármegyékkel nagyobbította Erdély területét. Kassáról igazgatta magyarországi birtokait. Bethlen halála után a vármegyék ismét visszaszállottak a magyar koronára. A linczi békében I. Rákóczy György is ugyanoly feltételek alatt kapta meg a hét megyét, mint Bethlen a nikolsburgiban. De Szatmárt és Szabolcsot átszállíthatta fiára. II. Rákóczy György szerencsétlen lengyelországi hadjáratának következményei nem csupán a két megyétől fosztották meg Erdélyt, hanem jelentékenyen csorbították régi területét is és gyöngítették politikai helyzetét. Apafy a bujdosók mozgalmait abban

a reményben támogatta, hogy ezzel lendithet az üldözött protestantismus és a lealázott magyar alkotmány ügyén. De mást is remélt. Egy 1678-iki levelében az erdélyi terület növelését caput rei-nek mondja. 1681 végén fordulat állott be az erdélyi politikában. Ekkor világossá lett, hogy a török nem Apafyt óhajtja a bujdosók vezérének, hanem Thökölyt pártolja. A czél, a caput rei, most is a régi maradt, de az eszközök megváltoztak. Az erdélyiek most a terület nagyobbítását nem a török által, hanem a bécsi udvar jóindulata révén akarták kivívni. Kelletlenül követték az erdélyi csapatok a török tábort; Apafy pedig 1682-ben és 1683-ban azon volt, hogy közvetítse a török-osztrák békét. E közvetítésért az erdélyi udvar nagyobb jutalmat várt a bécsi udvartól, mint a portától, mert Bécsben akkor egy hatalmas párt nagyon óhajtotta a békét.

De ne higyjük azt, hogy Apafy mindjárt a bécsi diadal után kereste a magyar király fenhatóságát és hogy már akkor szabadulni igyekezett a porta pártfogásától. Kerülte a határozott pártfoglalást. Azonban 1685 elején döntenie kellett az egyik fél mellett. Ekkor küldé el Leopold kormánya Dunod patert Fogarasba. De a magyar koronától való szoros függést, melyet Dunod javasolt, Apafy minden aggodalom nélkül visszautasítá ekkor, midőn még a fölkelők s a törökök várai választották el az erdélyi határt a császári tábortól 1685 szeptemberében Leopold bejelenté Apafynak, hogy a töröknek az eszéki hidig való visszaverése után a császári seregek Erdélyhez közelítenek, kéri tehát a fejedelmet, hogy támogassa azokat a téli szállások elrendezésével s az élelem beszerzésével. Ép az ily terhektől irtóztak az erdélyiek, s midőn a kéretlen vendégek valóban megérkeztek, Apafy Dunod paterrel, ki ekkor újra megjelent Erdélyben, Ebesfalván november 27-ikén szerződést kötött, melynek értel-

mében a császáriaknak ki kellett volna vonulniok minden Erdélyhez tartozó helységből, mely a hódoltság területén kívül esik. E kedvezményért százezer tallért akart fizetni Erdély s azonkívül tömérdek eleséget igért »pro hac vice tantum, et sine consequentia«.

Caraffa a Dunodval kötött szerződés érvényét megsemmisíté azzal a kijelentéssel, hogy a csapatoknak a tavaszig az erdélyi területen kell maradniok. Caraffa jóval többet követelt a hadak kivonulása dijául mint Dunod, s neki ugyan hiában fejtegették az erdélyi követek, hogy az ő országuk nem »peculiuma« Leopoldnak. Készpénzfizetésre nehezen volt birható Apafy, azért Mármaros, Kővárvidéke s kivált a szerencsétlen Debreczen viselték a Caraffától kirótt terhet. S így valóban királyi peculiummá lett Erdély, az óvástételek ellenére is. E jogtalan állapotok szabályozására törekedett Apafy tanácsa már 1685 novemberében, midőn az idegen hadak a határszélhez értek. Bécsbe küldetett a Haller-féle követség. Ha a követségnek adott utasítás a szerződés alapjául elfogadtatik, Erdély oltalmat, területi kikerekítést, önállóságot s még közvetítői szerepet is nyert volna. Nevezetes, hogy az erdélyiek az alkút nem a magyar királylyal, hanem a római császárral szerették volna megkötni. Ily módon inkább remélte Erdély önállósága megóvását, kivált a vallás ügyében, mert főleg a vallásszabadság megőrzése s a katonai élelmezés kikerülése végett idegenkedett a magyar korona fenhatóságától. »Csak az időt töltitek«, mondá 1686 áprilisában egy minister Halleréknak, kik január óta időzve Bécsben, még az évi adó megadására sem voltak birhatók. Valóban időt akartak nyerni Erdélyben és csak a végső szükség esetén nyugodtak volna meg az államjogi viszony megváltoztatásában.

De Leopold kormánya unni kezdé a várakozást. Scherffenberg 1686. május elsején megizente Apafynak,

hogy csatolja hadi erejét az övéhez, mert azért vonul az ország belsejébe, hogy megvédje azt a török s tatár ellen. »Lehetetlen dolog az ő kegyelme kivánsága szerint magunkat a török ellen declarálnunk« — izenék a rendek a tábornoknak. Scherffenberg kényszeríteni akarta Apafyt semlegessége feladására. Erdély hűségének jeléül fontosabb várak átadását kérte s csak akkor szándékozott elállani a további előnyomulástól, ha jóval több élelmet szolgáltatnak neki, mint a mennyit Apafy adni akart. A várak átadásától irtóztak az erdélyiek s kérték Scherffenberget, hogy várja be Hallerék alkudozásának eredményét. Bécsben eleintén nem is kivánták Kolozsvár és Déva átadását s úgy látszik, hogy Scherffenberg ösztönzésére csatolták e pontot a diplomához. Csupán az utólagos jóváhagyás fentartásával fogadták el a követek e pontot s valóban Erdélyben, hol a portai fenhatóságnak a magyar koronára súlyosbító föltétel nélkül való átszállítása is igen népszerűtlen volt, a Kolozsvárra s Dévára vonatkozó pont miatt el nem fogadták a Bécsből küldött diplomát. Buda visszafoglalása előtt az erdélyiek még tartottak a töröktől s Teleki azt hitte, hogy kár volna sietnie oly föltételek elfogadásával, melyeknél az udvar úgy sem állapodnék meg, ha a körülmények neki kedveznének, mint az 1685 őszén Dunodval kötött szerződés története is mutatta.

Buda visszafoglalása után Erdélynek Caraffával kellett alkudoznia az 1686/7-iki téli szállás költségeiről.

Nem sok túlzással irták a deputatusok 1687 áprilisában, hogy 1685 novembere óta »milliókra mennek már fel, a mennyit adtunk, küldtünk és erőszakosan elvontanak együtt másutt rajtunk«.

De minden eddigi kirovást felülmúlt az összeg, melyet a lothringiai herczeg kivánt a harsányi diadal után. Tizennyolczezer embert vezetett téli szállásra Erdélybe s mivel

az erdélyiek nem eleget igértek s a török boszujára hivatkoztak, tényekkel akarta elejét venni a hosszas alkudozásnak. Somlyót, Kolozsvárt, majd Szamos-Ujvárt meghódoltatta és »óh szomorú idők,« — beszéli Alvinczi — »az alatt tractálván velek, beljebb-beljebb jöttek«. Az 1687. október 27-ikén megkötött balázsfalvai szerződés szerint nem két, hanem tizenkét várba kellett Erdélynek a német őrséget bocsátania s hétszázezer forinton kívül tömérdek eleséget és takarmányt szolgáltatnia. A szerződéshez csatolt pontok, s kivált az, melyben a herczeg igéri, hogy tavaszra kivonul a katonaság, az ideiglenes conventio jellemét adják a szerződésnek s jogilag épségben hagyják a fejedelemség önállóságát.

Az ideiglenes állapotokba vetett reményeket megszüntette a hír, hogy Caraffa veszi át a főparancsnokságot. Caraffa még négy várat s határozott hűségi nyilatkozatot követelt. Teleki most jónak látta végkép elejteni a halogató politikát. Gyorsan átadattak a várak s 1688. május 9-én alá volt irva a szebeni nyilatkozat, melyben Erdély kijelenti elszakadását a portától s elfogadja a magyar korona fenhatóságát. A szebeni nyilatkozat fentartja a balázsfalvai szerződéshez csatolt pontok érvényét s Teleki, a mennyire lehetséges volt, éreztetni is kivánta Caraffával, hogy a katonai invasio el nem temette Erdély önállóságát.

Thököly 1690-iki betörése gondolkodóba ejtette a bécsi udvart. Fölmerült ott az aggodalom, hogy a keletről és nyugotról fenyegető bonyodalmak közepette a császár hadai meg nem védelmezhetik Erdélyt, Magyarország e czitadelláját. Hogy elejét vegye az udvar e veszedelemnek, pártot akart magának szerezni az előkelő erdélyiek táborában.

Ily körülmények közt sikerült Bethlen Miklósnak 1690 végén megszereznie Erdély számára az 1686 óta hiában sürgetett diplomát, melyet 1691-ben bővítve adott

ki az udvar. Csakhogy a Haller-féle diploma lényegesen különbözött a leopolditól. Ebben többé nem volt szó a fejedelemválasztás jogáról. (L. mindezekre nézve Szász: Syllogéjét és az Alvinczi Levéltár három kötetét.)

»Az erdélyi nagy urak« — mondja Kemény Zsigmond a leopoldi hitlevélről — »azon alapszerződést, mely hazájok jövendője felett határozott, nem tekinték másnak, mint a fejedelmi conditiók legujabb, de a viszonyok miatt kisimított, megcsiszolt és meggyöngített kiadásának .... Erdély az új viszonyok közt egy hagyományos, egy másfél század óta megpróbált politika szabályait akarta követni, melyeknek csak alkalmaztatniok kell, hogy ismét hasonló eredményt idézzenek elő.« De a fejlemények alaposan kimutatták e várakozások hiábanvalóságát. A XVIII. században, mint Kemény megjegyzi, »a leopoldi kötlevél 17-ik pontján kívül egyik sem tartatott meg«; pedig e pont szerint a vezérlő tábornok magyar semmi esetre sem lehet.

A diplomát az Országos Levéltárban őrzött eredeti után közöljük:

Diploma Leopoldinum.

Nos Leopoldus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Dalmatiae, Sclavoniae etc. Rex etc. Magnificis Egregiis, Strenuis et Nobilibus, Prudentibus ac Circumspectis, Fidelibus sincere nobis dilectis, universis statibus provinciae Transylvaniae, et reliquis tam ecclesiasticis quam secularibus, quorum interest, gratiam nostram Caesaream Regiamque et omne bonum. Illis benigne perspectis quae Transsylvaniae ablegatus egregius fidelis dilectus Nicolaus de Bethlen uberrime exposuit, quidnam a Nobis quoad confirmationem Diplomatis de 28-a Junii A. 1686 desiderati, quoad religiones ibi locorum usitatas, quoad patriae leges et consvetudines, quoad privilegia, dignitates et officia, quoad sublevanda portionum et hybernorum onera, quoad provinciam in pristinum florem redintegrandam, aliave saluti publicae mul-

tum servientia, debita erga Nos veneratione et fidelitate efflagitet; supremi nostri Regii muneris (a quo si dominus exercituum adminiculetur, pro temporum vicissitudine felicia scaturire solent incrementa) esse dignovimus, charissimam hanc Transsylvaniae regionem, jam a saeculis Inclyto nostro Hungariae regno assertam, magis magisque veluti animam nostram amplecti: Posthabitis enim aliis contra communem christiani nominis hostem destinatis belli operationibus, Ludovici Marchionis Badensis Dilectionem, ad sistendas iniquissimi Tökelii eidemque adhaerentium rebellium, nec non Turcarum et Tartarorum, incursiones, illuc cum exercitu expedivimus; hac firma spe freti, illum per quem reges regnant et justa decernunt, in firmitudine brachii sui, justitiae causa, armis nostris Caesareis et militiae Transsylvanicae, benedictione divina affuturum, ac secundos regiae intentionis successus largiturum. Sacramentum fidelitatis jam ante a nobis transmissum, nihil ambigendum, quin immortalitatis studium non minus totam patriam, quam illos qui sub nostra regia protectione, consilio et curae commissam habent provinciae administrationem, cum nunquam intermoritura laude praestitam, et opere ipso in quibusvis emergentiis pro viribus comprobatam fidelitatem (quam ex aequo aestimamus) ad posteros transmittere, eoque omni conatu generose ad laborare animabit, ne hostes regionem montibus coronae ad instar circumseptam, rapinis et praedis igne et ferro misceant, jam tum ab omni aevo in unam mentem coalitas nationes pessimis stratagematum technis et irritamentis dissipando, graviori barbaris serviendi jugo mancipent, gentemque toti hactenus Christianitati antemuralem, evertant.

Confirmationem desiderati Diplomatis, pro successione Michaelis Apaffy in principatum quod attinet,[1] cum is, utpote adolescens

[1] A Hallerféle diploma 7-ik pontja igy hangzik: Legitimus Transsylvaniae Princeps Dominus Michael Apaffi nullatenus turbabitur; nec minus ejusdem Domini filii, Michaelis similiter Apaffi, electionem jam factam, gratam ratamque habebit sua Majestas; post eorum vero sera (ut sperandum est) fata, libera maneat penes Transsylvaniae Status, juxta eorum jura, electio.

Az erdélyiek könyörögtek, hogy a király erősitse meg fejedelemségében az ifjú Apafyt. Az 1693 május 14-ikén kelt királyi resolutio, melyet Alvinczianának is neveznek, e pontról igy nyilatkozik: Desideratam Confirmationem Domini Michaelis Apaffi in principatu quod attinet; inhaeret sua Majestas Clementissime iis, quae hac de re, tam in diplomate Caesareo regio, de 4-o Decembris Anni 1691 expressa, quam 31-a ejusdem mensis

quatuordecim annorum, per leges, (quarum sanctam generosi Status ducunt observantiam), ante vigesimum aetatis annum ad regimen non sit adultus; his a perfidia Tökelii turbatis temporibus, neque in rem Transsylvaniae neque in Patriae bonum vergere perbenigne judicavimus, si quidquam ad memoratarum legum transgressionem innovari contingeret, proinde minorennis in timore Domini, condignis apud Consiliarios intimos, qui commissam habent provinciae administrationem, virtutibus, in spem successionis usque ad annos pubertatis imbuendus, maturescentium in eo atque emicantium animi dotium specimina exspectanda, gratia demum Caesarea Regiaque in patriae emolumentum benignissime complectenda.

Ne vero interea temporis universi Transsylvaniae Ordines suspensis animis haerendi, aut vel minimum praeter paternam nostram intentionem ominandi ansam habeant, de sequentibus Articulis fideles Status et ordines in Universum, eorumque posteros, quos in omni erga Regiam Coronam Nostram fidelitate perstituros confidimus, sub verbo Regio et integerrima fide duximus esse assecurandos.

Primo. In causa receptarum ibidem Religionum, Templorum, scholarum, parochiarum, aut introductionis cujuscunque alterius cleri et personarum ecclesiasticarum, quam ibi nunc extant, nihil alterabitur; contradictionibus quibuscunque sive sacri sive profani ordinis nihil unquam in contrarium valentibus; ita tamen ut Catholici propriis suis sumptibus, adeoque citra omne aliarum religionum gravamen, Claudiopoli in praesenti devotionis suae loco sibi ecclesiam, nec non Albae Juliae templum minus olim a Christophoro Báthorio erectum, nunc desolatum reaedificent, iidemque Catholici ubique locorum, si pauci et peregrini sint privatim, si vero eorum multi, tunc publici religionis suae exercitii et condendarum ecclesiarum jure gaudeant, aeque ac aliae in Transsylvania receptae religiones tali casu, ubi nimirum in aliquo loco numero praevalent, gaudere consveverunt.

Secundo. Confirmamus fidelibus Statibus omnes Hungariae Regum, similiter omnium a tempore separatae ab Hungaria

et anni Dominis ablegatis Transylvanicis tunc temporis in aula Caesarea existentibus ad parem eorum instantiam responsa sunt, ad quae, durantibus adhuc iisdem circumstantiis et rationibus, Domini status remittuntur.

Transsylvaniae ejusdem Principum, donationes, collationes, privilegia, armales, titulos, officia, dignitates, decimas, et denique quaevis beneficia et bona, sive privatis sive civitatibus ac communitatibus et coetibus, sive cuicunque ex receptis religionibus addictae ecclesiae, parochiae vel scholae, tam in Transsylvania quam partibus Hungariae, in Siculia, et Debrezino, praedictis factas et data, etiamsi aliquando ad aliquam ecclesiam, conventum, vel capitulum pertinuerint; ita ut nemo omnino hac occasione in suis bonis, nec per Nos, nec per quemcunque sacri aut profani ordinis virum, impetendo aut actionando turbetur, sed unusquisque ea, quae nunc habet et possidet, imposterum etiam teneat et possideat, secundum dictas Regum et Principum donationes; exceptis iis, si quorum Principum Donationes ipsi per suas constitutiones abrogassent.

Tertio. Approbatas et Compilatas Patriae illius leges, Decreta, Tripartitum Verbeczii (expuncto tamen ibidem articulo nono decreti Andreae regis qui in ultima Posoniensi Diaeta abolitus fuit), Constitutiones, Ius municipale nationis Saxonicae, in vigore inviolabili permansura declaramus[2] quidem, Cum autem ipsimet

[2] Az első diplomában, mely 1690 október 16-án kelt, a harmadik pont itt végződött. A következő évben oda csatolt sorok hosszadalmas tárgyalásokra adtak alkalmat. A nem katholikus rendek a záradék elhagyását kivánták. A szebeni gyülésen 1692 márcziusában a katholikusok igy formulázták kivánságaikat: 1. Hogy minékünk is hasonlóképpen püspökünk lehessen mint az több bévött és bé nem vött vallásokon lévőknek szokott volt lenni. 2. Alsóbb és felsőbb egész iskolának szabad legyen létele, mint a több vallásoknak vagyon. 3. Az Római Anyaszentegyházban lévő személlyeknek hasonló szabadságok és jövedelmük legyen mint az többieknek az ő rendiben. 4. Egyenlő szabadság légyen mind az egyházi és világi személlyekben, számok meghatározása és személly válogatás nélkül, mindenféle tisztek tételiben. 5. Az városokon és egyéb helyeken is, a hol több templomok találtatnak, azoknak is légyen egyaránt való osztása, avagy egyike nékünk visszaadassék, az hol penig nem volnának épitteni szabad légyen. 6. Minden rendbéli szerzeteknek, kik ennekelőtte Erdélyben voltanak, ha akarattyok lészen az bejövetelre, szabad jövetelek és lakások lehessen. A három vallásbeli rendek e pontokra nézve nem birtak megegyezni a katholikusokkal. Az ügy az udvar elé került. Leopold 1693 aprilis 9-ikén kiadta a *Diploma suppletoriumot de negotio religionis,* mely igy hangzik: Leopoldus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis: optasse nos quidem, juxta appendicem articuli tertii diplomatis a nobis 4-a Decembris Anni 1691. Statibus et ordinibus benignissime concessi, controversias de exercitio et bonis inter Catholicos, et aliis in Transylvania

Status, tum ratione religionis, tum etiam constitutionum suarum ac privilegiorum, inter se discrepent, et Catholici in praefatis primo et secundo articulis gravatos se existiment; Saxones vero privilegiis suis antiquis et eorum usui ac consvetudini in arti-

receptis religionibus addictos, potuisse amicabiliter inter ipsos componi; cum vero ex relatione Gubernii nostri Transylvanici die 22-a Julii anni superioris uberius intellexerimus, tractatus inter illos desuper institutos fuisse irritos, et utrinque ad decisionem Nostram Caesareo Regiam provocatum sit, Nos visis et consideratis iis, tum quae hinc inde in medium allata, tum quae a dicto Gubernio proposita sunt, rem judicavimus sequenti modo terminandam: 1. Quatuor Religiones in Transylvania receptas in libero exercitio, juribus, bonis, et possessionibus, uti iis nunc fruuntur, sine turbatione qualicunque, quiete et pacifice in posterum reliquendas esse. 2. Cum Catholicis, ab addictis caeteris religionibus, Reformatum ut vocant Templum una cum Unitariorum Collegio Claudiopoli, et Albae Juliae Templum Bathorium, et simul oblatum sit: quod quindecim florenorum millibus pagum Monostor a moderno possessore redimere, et Catholicis jure perennali in usus Ecclesiarum et Scholarum Catholicorum — applicandum tradere velint; Nos id omne ratum gratumque habentes executioni quantocyus volumus mandari. (N. B. A Resolutio Alvinczіana e pontot igy egésziti ki: S. C. R. M. declarat tamen, sibi gratius fore, ut loco Reformati Unitariorum templum Claudiopoli Catholicis evacuetur et tradatur, accipietque illud tamquam singulare devotionis argumentum, Caesarea Regia gratia in aliis occurrentiis agnoscendum, et jussit etiam statim eo casu 5000 florenorum hungaricalium summam Unitariis, pro subsidio sumtuum iisdem incumbentium, numerari). 3. Curam habituri sumus, ut pro institutione juventutis Catholicae, et Scholis, tales adhibeantur Ecclesiastici, qui virtutum ac concordiae non minus, quam literarum studiosi, nulli religioni merito suspecti esse possint; (N. B. a nem katholikus rendek a jezsuiták kizárását óhajtották) agemusque ut Catholicae religioni de idoneo Vicario Apostolico, qui omnia Episcopalia, et quae muneris aut juris Ordinarii sunt, administrare rite possit, prospiciatur. Liberum denique Catholicis, juxta ipsorummet Statuum reliquis religionibus addictorum declarationem et oblationem, sit eritque, in residentiae suae locis ac Civitatibus, Ecclesias et exercitia, sine vitio aut detrimento exercitiorum, Templorum, aut redituum, aliis religionibus addictorum, stabilire. Et ita articulum primum et secundum praelibati diplomatis Nostri declarantes, omnia diplomatis capita, perpetuae sanctionis pragmaticae et fundamentalis sanctimonia, inviolabiliter volumus observari. — A szászok kívánságait barátságos alkúval intézték el a rendek. Ez alkút a király 1693 április 7-ikén kelt következő rendelete erősiti meg: Leopoldus etc. Visa conventione amicabili, in sequelam appendicis ad articulum 3-m diplomatis, a Nobis fidelibus nostris Transsylvaniae Statibus 4-a Decembris anni 1691 concessi in Comitiis 23-a Aprilis nuper Cibinii celebratis, inter Saxonicas nostras Civitates super eorum gravaminibus cum reliquis Transsylvaniae

culo tertio magis cautum esse efflagitent, e re ipsorummet Statuum duximus, ut difficultates inter illos, circa dictos tres Articulos vertentes, amicabili compositione et concordia, sub ratificatione nostra Caesarea Regia, complanare studeant; hac vero non succe-

Statibus et Ordinibus inita; clementissime annuimus: primo, Judices Regii in persona Castra sequi non cogantur sed tres primarios cives, et de bonis septem Judicum (ut vulgo vocant) et de bonis Cibiniensibus, equites bene armatos 36 cum apparatu hactenus solito, Coronenses autem equites 12 ad castra mittant; pedites vero, secundum eorum privilegium, in defensionem patriae 500 nec plures sistere teneantur. At si militia Transsylvanica ex aliis nationibus, nempe Hungaris et Siculis constans, fines patriae non excedit, neque ipsorum pedites eos excedere obligentur. Secundo, cum iidem occasione articuli 6-i Tit. 46-i P. 3. Approb. (A VI. Articulusból idézzük ezeket: A Szászságnak vármegye fundusán lévő jószágiban megfogatandó akármely latrokat, a Vármegye Tisztei kezében és nem másuvá tartozzanak vinni, juxta Regni constutiones. Ugyan azon Szászságnak specificált Jószágiban, ha kit a magok Jószági közül ki nem adnának Circáláson, és a Circálás után valami criminális vétekben találtatik, halállal büntettethessék a Szász Tisztek is, ugy mindazonáltal hogy a Vármegye Vice Ispánnyát, vagy Fő és Vice Szolga Biráját oda hivatni, a Törvény tételkor, nem bizonyságra ugyan, sem Executiora, hanem propter relationem adhibeálni tartozzanak.) ab Officialibus Comitatuum Albensis et de Küküllő, jurisdictionem ipsorum in bonis, ut vocant, septem Judicum privilegiis fundatam aliquando turbari questi sint; volumus ut talis in hoc posthac ordo observetur: Generalis malefactorum inquisitionis tempore septem Judices tanquam domini terestres inquisitionem peragant, in qua inquisitione pro testimonio adhibeatur unus V. Judex Nobilium, tempestive, in hunc finem: 1-o Ut si talem in illis pagis malefactorem extradari contingeret, qui in alios forte pagos, Officialium Comitatus jurisdictioni subjectos, transfugisset, per praesentiam V. Judicis Nobilium hoc innotescat, et impunitus non maneat. 2-do propterea ille V. Judex Nobilium adhibeatur, ut si Officiales septem Judicum malefactorem extradatum pro merito non punirent, in eo casu per V. Judicem Nobilium facta ad Comitatus Officiales relatione, admoneantur Officiales septem Judicum ut malefactorem extradatum puniant; qui si hoc etiam neglexerint, Comitatus Officiales summum Magistratum vel Gubernatorem Regni super eo informent, per quem Officiales septem Judicum ad malefactores puniendos sub poena homagii adigantur. Imo etiam praeter generalem malefactorum inquisitionem, si ex pagis Comitatus Officialium jurisdictioni subjectis aliquis malefactor se in pagos vel bona septem Judicum reciperet, talem etiam teneantur ad requisitionem Comitatus Officialium punire; quod quidem si posthabuerint vel neglexerint, modo proxime declarato erga ipsos procedatur. Similiter si ex bonis septem Judicum aliquis malefactor in pagos Comitatus Officialium jurisdictioni subjectos transiret, informati a septem Judicibus vel eorum Officiali, Comitatus Officiales teneantur tales malefactores punire modo uti supra dictum. Ulteriorem

dente, auditis partibus, opinioneque Consiliariorum nostrorum Transsylvaniae desuper intellecta, reliquum Nobis erit id denique, pro munere Nostro Caesareo Regio decernere, quod justum et aequum compertum fuerit.

autem jurisdictionem in dictis septem Judicum bonis Officiales Comitatuum non exerceant, sed citato articulo Cassato Saxonum privilegia per omnia serventur. In sede vero Szelistye maneat jurisdictio Comitatus Officialium juxta usum hactenus observari solitum.

Denique cum iidem etiam Status et ordines super Tit. 81 §. 2 et sequ. P. 3. (»a mint a városok külső jószágokat is egyaránt birnak, és minden szabadságival, hasznaival az Országnak ususát és fructusát nem csak egyaránt, sőt inkább fontosabban élik és vészik az országbéli egész statusoknál, . . . annakokáért concludáltatott, hogy akármely Natiobéli, Statusokbéli, Regnicoláknak szabados házak és örökségeknek vétele, adása, vevése, concambiálása, mind örökáron, s mind zálogképen vagy Sellérül, vagy megbérlés és alkuvás által, az alkuvás szerint lehető akármely időre megengedtessék, semminémü szin és praetextus, fenyiték, vagy egyéb alkalmatosságok által meg ne gátoltassék a köztök resideálandó egyéb Natiobeliek az ő ot valo állapottyoknak, és örökségeknek mivoltok szerint, ők is a városoknak oltalmára, igazságára és Törvényire kötelezvén magukat, ők is azon Városoknak Privilegiumával, szabadságival, és minden immunitassával egyaránt élhessenek, és semmiben fellyeb ne aggraváltassanak«) ita convenerint: quod quem admodum illo articulo hactenus usi non sunt, ita in posterum quoque non utantur, adeoque articulus ille pro cassato habeatur; ita tamen, ut Saxones enormem et excessivam in hospitiorum vel domorum locationibus caritatem, et locantium tam in civitatibus quam castellis exactiones et avaritiam corrigant, contractus nihilominus qui inter ipsos Saxones et duas alias Transsylvaniae Nationes intervenerant etiam in posterum sancte observentur. Nec refragamur, ut sedes Szelistye gratuito labore ad Salinas Vizaknaenses plus aequo et solito ab Officialibus nostris non gravetur. Casus vero notam infidelitatis concernentes quod attinet; vel a Gubernio Nostro Regio, vel a Statibus universis, delicta secundum leges hactenus observatas in Diaeta examinari, ac super processu ordine juris instructo sententia ferri poterit; eo tamen Nobis reservato, ut ante publicationem, ubi vita fama et bonis deliquentem nobilem jure priori contingeret, ad Nos latae sententiae notitia deferatur, et ejusdem approbatio desuper emanata expectetur. In quinque vero casibus P. 3. Tit. 13. art 1. (Ez a czikk igy hangzik: A Szász Atyánkfiai részéről concludáltuk Nsgod consensusából, hogy bizonyos casusokon kivül ő Kegyelmek közzül privata personák immediate Táblára ne evocáltatnának; Ugymint Quinque casusokat, Gyilkosságot és Depositumokat concernáló casusokon kivül egyéb casusokban ha ki pert akar inditani ő Kgmek ellen, az alsó Forumon coram judicibus competentibus prosequállja peresét. Ezen reciprocatio observáltatván, ha kiknek ő Kgmek közzül a Nemességgel valami causajok occurralna, a megirtt casusokban pedig in arbitrio Actorum legyen, ha Táblán-é, vagy alsó Forumon

Quarto. Morem usitatum, utpote quem supremae potestati non derogare invenimus, in Guberniis, Consilii Intimi, Comitiorum, suffragiorum politia ac libertate, in Tabulae Judiciariae, Magistrorum Protonotariorum, et Assessorum, item et inferiorum tribunalium authoritate, in administrandae justitiae solito ordine et usu, (omnia tamen salvo in gravioribus recursu ad Regem)

prosequállya perit: Ide nem értvén a fugitivus jobbágyok és szolgák dolgát, mellyekért Tiszteket vagy Communitást szoktak evocáltatni; mert e causákban az eddig való usus és Articulus szerint akarunk procedálni.) comprehensis, secundum Decretum Tripartitum Verbőczianum, contra privatum Saxonem in ejus competenti foro, Judicum nempe Saxonum ordinariorum procedatur, contra communitatem autem utpote pagum vel Civitatem in Tabula Regni ordinaria. In causis rationem depositorum, si quis contra aliquem privatam actionem habet, prosequatur illum eorum suo competente Judice, salva appellatione ad Tribunal Universitatis nationis Saxonicae; unde si summa 100 florenos excedens contravertitur, liceat etiam ad Tabulam Regni provocare illi qui judicio Tribunalis Universitatis se gravatum existimaverit. Si quis autem ratione depositorum contra aliquam communitatem litem moverit, is illam in Tribunali Universitatis Saxonicae prosequatur ubi etiam absque omni dilationi causa illius promoveatur, et stante eodem Tribunali vel congregatione ante omnes alias causas hujus modi actoris causa terminetur. Si vero tales litigantes vel novo judicio uti, vel vero exmitti voluerint, habeant tempus necessarium, ut causa sub eadem congregatione decidi possit, appellatione ad Tabulam Regni salva, si quae partium illam desideraverit. In talibus casibus autem, si quis aliquam communitatem ad Tribunal aut congregationem Universitatis admoneri vel citari valuerit, quoniam Consul Cibiniensis in illo Tribunali praesidere solet, teneatur ipse, ad requisitionem actoris, hominem idoneum dare per quem talis admonitio, vel citatio peragi possit cujus etiam superinde relatio acceptetur; citatio autem vel admonitio fiat ante octavam diem.

Corrigatur pariter Edictum 16. Part. 5. ac Comp. Constit. ut nimirum ex civitatibus Saxonicis tempore celebrationis Comitiorum artifices extra tribus vel Czéhas constituti vulgo Kontáros, ut et peregrini laniones Hentes vocati, excludantur; ita tamen, ut Saxones talem faciant provisionem, ne inde frequentia Comitiorum caritatem et defectum necessariorum patiatur. Caeterum uti abusus omnes a civibus nationis Saxonicae in eosdem hactenus exercitos tollere Articulo 18-o supra fati diplomatis diserte promisimus, ita eosdem occasione piscinarum et sylvarum glandiferarum inter illos in fundo Regio sitarum, a Fisco nostro Transsylvanico et Officialibus, supra aequitatem et morem usitatum gravari nolumus, cassatis in contrarium quibuscunque. Quibus Civitatum nostrarum Saxonicarum gravaminibus amicabili compositione, accedente hac nostra Caes. Regia approbatione, pro lege perpetua valitura terminatis omnia diplomatis nostri capita inmota semper inviolataque mansura sancimus.

illaesa praecipimus conservanda. In oeconomicis quoque quoad regalia et fiscalia, praevia fidelissimorum Statuum sincera informatione, eam habituri rationem et modum, ut per Commissiones Camerales aut alia via, nemo nobilium, civium aut privatorum gravari possit aut debeat.[3]

Quinto. In omnibus sive ad politiam sive justitiam vel oeconomiam administrandam necessariis officiis, utemur indigenis Transsylvanis, Hungaris nempe, Siculis et Saxonibus, nullo habitu religionis respectu; neque exterae nationes, aut quae Nobiscum ab illis inter exteras et inhabiles dignoscuntur, ad honores et munera, quotiescunque ea vacare contigerit, praevalebunt; salva tamen Nostra, cum illorum consensu, ad recipiendum aut non recipiendum in matriculam commendatione.

Sexto. Bonis ob defectum prolium aut notam infidelitatis, ad fiscum regium devolvendis, benemeritos Transsylvanos, Hungaros nempe, Siculos et Saxones indigenas, non attento religionum discrimine, propensi erimus dignari. Illa vero privatorum bona, quae armis nostris occupata sunt ab hostibus, antiquis possessoribus, aut eorum posteritati, ex mera benignitate Regia restituentur. Ad quem finem alicui Tribunali in Transsylvania, aut Nostro belliduci, ut visis instrumentis quod justum videbitur

[3] Az erdélyiek e pontra nézve kérték a királyt, quatenus dignetur Vestra Majestas S. benignissime annuere ut omnes et quaevis causae secundum patrias leges in eadem Tabula Judiciaria Transylvaniae finalem assequi decisionem valeant, nec in appellationem ascendant. Az Alvinczian a resolutio negyedik pontja erre nézve igy rendelkezik: Cum causae duplicis sint generis, vel criminales vel civiles; S. C. R. M. inter graviores illorum censenda statuit crimina laesae M.-is, perduellionis, proditionis, et alia quae statum et tranquillitatem publicam respiciunt; super quibus Gubernii votum seu opinionem libenter quidem audiet, decisionem autem tanquam rem ad Regem immediate spectantem sibi reservat; an vero, et in quibus aliis criminibus quae poenam corporis afflictivam cum jactura honoris et bonorum post se trahant, recursus ad R. M.-em concedendus sit, Gubernii opinionem exspectabit. In Civilibus porro eas duntaxat causas pro revisibilibus, et in quibus Majestati suae pro revisione supplicare liceat, pronunciat, quae 3000 aureos in summa capitali aut ultra important, nullo inter mobilia et immobilia discrimine, adnumeratis etiam juribus etsi minoris valoris aut considerationis. Circa tempus modum ac formam revisionis vero tam interponendae quam introducendae ac prosequendae, aliisque eo spectantibus, Gubernii opinionem sua Majestas similiter praestolabitur.

decernat in hoc speciali casu ex commissione regia benigne committemus.[4]

Septimo. Supremum Status directorem Nostrum, pristinis temporibus Vajvodam dictum, vel ejus vices gerentem, ex indigenarum Transsylvaniae nobilium ac procerum nostrorum numero, sive catholicae sive alterius ibi receptae religionis fuerit, si fidelitate et meritis praepolleat, sumemus. Idem quoque de munere Generalis Militiae Transsylvanicae, Cancellarii supremi, Consiliariorum intimorum, Comitum Supremorum, et Capitaneorum inter Siculos, Magistrorum Protonotariorum, aliisque dignitatibus antea solitis, observabitur,

Et haec

Octavo. Cum tali modificatione clementissime largimur, ut Gubernatoris, summi militiae Transsylvanicae Generalis, Can-

[4] Az erdélyieknek 1693 január 3-án kelt Memorialéjok e pontra nézve a következőket kéri: Quod ad bonorum in partibus Hungariae Augustissimis M. vrae armis recuperatorum investigationem et determinationem attinet; magno cum cordolio experiuntur eorundem praecipue in Comitatu Bihariensi existentium. investigationem et determinationem, Memorialium suorum ante expeditionem deliberative procedere, imo etiam quaedam eorum bonorum peregrinis collata exstitisse, cum tamen eorum investigatio alicui Tribunalium Transsylvaniae committenda, possessio vero legitimis haeredibus conferenda in 6-o benignissimo M. V. S. diplomatis articulo repraesententur; supplicant Majestati V. S. humillime, ut nunc etiam desuper juxta praecitatum articulum resolvere, nec eorumdem determinationem peregrinis aut vero praetendentibus quibusdam, sed Belli duci et Gubernio vel Tabulae Judiciariae in Transsylvania habitis committere clementissime dignetur; naturae quippe et legitimae jurium praxi consentaneam nullatenus videtur causarum diremtionem peregrinis vel praetendentibus committere, haeredes vero incontaminatae fidei, justis suis juribus, contra vim clementissimae M. V. S. resolutionis, destitui. Sunt autem hujusmodi haeredes praeclarae familiae utpote: Apafiana, Bánffiana, Bornemisziana, Kapiana, Serediana, Keményiana; ut et alii probatae jam fidei devotissimi M.-is Vrae S. subditi, scilicet: Domini Gábr. Kendi, Petrus Alvinczi . . . et alii multi, qui clementissimis M. V. resolutionibus gaudere cupiunt. — Az Alvincziana Resolutio erre nézve igy rendelkezik: Insistit etiam C. R. M. quoad investigationem bonorum armis Caesareis ab hostibus in Transsylvaniae finibus et partibus eidem annexis occupatorum, Art 6-o diplomatis; in cujus conformitate negotium illud alicui Tribunali in Transsylvania aut suo Belliduci, ut primum rerum circumstantiae id permiserint, peragendum committet; eos in hunc finem ex Transylvanis et Hungaris conterminis, quos excludi nec ipsis Dominis Statibus consultum ducit, adhibitura viros, quos pares tanti momenti negotio fore dignoverit.

cellarii, Intimi Consiliariatus, et Protonotariatus, candidatos, si quando similia munia resarcienda venerint, nobis ad confirmandum praesentent; ut tanto tranquillior diversarum nationum status persistat, periculosae machinationes aut ambitus exulent, atque omnium animis concordi desiderio salus publica, pro optimo regiminis fine in quem colliment universi, haereat radicata.[5] Quod autem ad alios officiales attinet, nempe Judices Regios inter Saxones et Siculos, Judices Nobilium, vice-comites in Comitatibus, Judices, Consules et similia Officia in civitatibus et oppidis, quae per liberam communitatum electionem apud ipsos constitui solent, in eadem etiam imposterum libertate et consuetudine maneant; confirmatione tamen pariter Nostra, sicut in praecedentibus, in quolibet ex dictis casibus impetranda.

Nono. Magnum inde salutis publicae incrementum redundare posse clementer existimavimus, si in Consilio intimo duodecim virali saltem tres sint Catholici, et in Tabula Judiciaria duodecim virali etiam tres Catholici, caeteris ex aliis religionibus ipsorum recipiendis. Et quidem inter illos in Consilio intimo etiam Judex Regius Cibiniensis juxta leges receptas ex natione Saxonica; inter Magistros Protonotarios vero unus sit Catholicus, ex modernis tamen quilibet in suo officio persistat.[6]

Országos Széchényi Könyvtár

[5] Az 1690 októberben kiadott diplomában a nyolczadik pont itt végződik.

[6] Az V., VIII. és IX. czikkek ellen sok panasza volt az erdélyieknek; 1691 végén kérik a királyt: ut electio officiolatuum minorum, et functionum Transsylvaniae et ei annexarum partium, unacum ratificatione eorundem immediate a Consilio intimo et directione Transsylvanica dependeat, nec Inclyti Status pro officiolatuum constitutione, eorundemque rectificatione, semper et identidem ad Augustissimam Aulam recurrere necessitentur. — A 8-ik articulus záradékáról igy nyilatkoztak 1692-ben: A most le hozott diploma 8-ik articulussában addált szók: Confirmatione tamen pariter nostra« usque ad finem, hogy kitörültessenek his rationibus: 1. Mert az Appr. Constitutióval (melyet már ő Felsége confirmált) aperte ellenkezik. Citetur Appr. Cons. P. 3. Tit. 43. (A rendek itt az id. törvény következő helyeire czéloznak: a Fő Ispánokat a Fejedelmek creállyák ... Vice Ispánokat a Decretum continentiája szerint, arra alkalmatos s azon Vármegyebéli zálogos embereket, a Fő Ispánok denominállyanak, és a Vármegyéken ez ideig roboráltatott mód szerint válaszszanak; járulván ahoz a Vármegyének Consensusa is. Fő és Vice Szolga Birákat hasonlóképpen a Vármegyék együtt a Fő Ispánokkal válaszszanak.) et sic clausula haec elidit articulum 3-um diplomatis in quo Approbatae confirmantur. 2. Mert a Fejedelmek

Decimo. Annua Comitia, ad negotia publica tractanda, justitiam administrandam, et propositiones regiae si quae fuerint intelligendas, necessaria, necnon terminorum octavalium celebrationem, nostro Gubernatori et intimo Consilio promulganda committimus, reservando Nobis eorum omnium, quae hic geruntur, regiam confirmationem.

Undecimo. Supremo Status directori nostro sua sit authoritas,

soha nem elegyitették belé magokat, excepto cum Judice Regio Cibinensi, kit is a Szebeniek választottak vagy candidáltak. 3. Az Vice Tisztek most is, és minden rend szófogadatlan; és annál is inkább az lészen, et Supremi Comites erunt Umbrae. 4. Fatigia et expensae confirmandorum singulis annis, quia juxta leges debeat singulis annis mutari, et ad 100 milliaria pro confirmatione fatigari. 5. Magyar Ország noha közel van az Udvarhoz, még sem practicáltatik ez ott is. 6. A religiok ebben latens et lenta persecutiótól félnek, ne occasione talis confirmationis semper Catholici promoveantur et alii rejiciantur. Uno Verbo: nintsen post punctum religionis ennél a clausulánál fájdalmasabb mutatio a diplomába, quae nisi ex benignitate suae Majestatis praecaveatur et omittatur, nunquam importunarum in Augusta aula sollicitationum numquam supplantationum, denique turbarum et Tempestatum finis erit unquam. — A IX. pontról ugyanekkor igy nyilatkoztak: Quod ad articulum nonum diplomatis, in cujus deletionem Status ad flagrantissimas Dominorum fratrum Catholicorum instantias tandem difficillime inducti sumus, attinet: Nos omnino nescimus an hoc pacto ipsorummet Dominorum Catholicorum bono, et publicae tranquillitati, consultum sit, nec non? stante enim vi diplomatis benignissimi libera Statuum candidatione, metui jure potest, ne ad ambitus, suffragiorum corruptelas, prensationes, et similes comitiorum popularium artes, porta patens aperta sit; et inde, uti admissio Consiliariorum plurium sperari, ita aeque exclusio vel pauciorum metui possit; quod nos in medio relictum, altissimae S. C. Raeque M. Vrae et excellentissimorum ejusdem Ministrorum sapientiae submittimus.

A király 1693 április 14-ikén kelt resolutiójában a római katholikusok gravamenjeire igy válaszol: Confirmavit insuper articulum 8-m et 9-m diplomatis de 4. Decembr. Anni 1691, declaravitque, ut eorum virtute ad duodecimvirale Consilium intimum et Tabulam Regiam pariter duodecimviralem, ex singulis quatuor receptarum religionum tria subjecta apta, si tot pro iisdem ex qualibet religione reperiri possint, assumantur; ubi vero ex Unitariis et Aug. Confessioni addictis tres idoneae personae reperiri nequirent, defectus hic ex Catholicis et Reformatis, ad Consilium intimum aeque ac Tabulam Regiam, observata inter ambas hasce Religiones in utroque Consilio aequalitate, supleatur ... Az Alvinczian Resolutio 6-ik pontja ismétli e rendelkezést. A nyolczadik pontban »resolvit sua Majestas, ut art. 8 et 9-us dicti diplomatis, prout de facto existunt, intacti relinquantur debiteque observentur«.

conditio, et praerogativa alias debita, semper ille in provincia praesens, legibus patriis tam quoad Sacra quam profana solemni juramento obstrictus; congrua etiam stipendia et illi et singulis de Consilio intimo ac Tabula Judiciaria, ex mediis aerarii nostri regii et fiscalibus, benigne decernemus. Quodsi utilitas publica et diversarum ibi degentium nationum tranquillitas illum quotannis mutare svaderet, liberrima Statuum ad alium quo citius eligendum fieri poterunt suffragia, pro Nostra ulteriori clementissima Resolutione transmittenda.[7]

[7] Az 1691 elején Bécsbe küldött erdélyi követek mindenekelőtt a gubernium intézményének eltörlését kérték, vagy legalább azt, hogy a gubernator tartozzék resignálni a guberniumot, ha az ifju Apaffy eléri a huszadik évet. A gubernium hatáskörével függnek össze az 1692 szeptember 3-án kelt erdélyi Memorialének következő pontjai: Magna cum animorum submissione recognoscunt Inclyti Status specialem M. V. S. gratiam in puncto benignissimi diplomatis sui 10-o expressam; profundissimo cum respectu, quatenus Majestas V. S. radios clementiae suae benignissimos super methodo Gubernii jam fundati largius emicare, ac authoritatem Gubernatori, ad minus viginti colonorum via legitima ad fiscum S. M. V. Regium devolvendorum, eo autem gradu minorum, ut Armalium, Primipiliarium, Consensualium, Tutoriorum, aliorumque id genus munerum collationes, nec non Judicis Regii Cibiniensis et Superintendentis Pastorum Saxonicalium et similium confirmationes conferendi, benignissime largiatur. — Továbbá: Inclyti Status ... humillime supplicant, ut expeditiones Cancellariae Transsylvanicae non a Cancellaria Hungarica dependeant, nec illi, rationes ob indispensabiles Status Transsylvanici, sive per subordinationem sive per coordinationem sive alio aliquo modo immisceantur, sed immediate a Sacro sancto ore M. Vae Regio Clementissime moderentur ... végül: Profundissimo cum respectu et reverentia repraesentant Inclyti Status M. V. Sacr. ut ratione sangvinis, matrimonii indissolubilis, processus juridici, ac administrationis legum usu et aequitate roboratorum, consvetudinis nec non necessitudinis vinculo, adeo conjuncti sint et uniti Domini partium regni Hungariae Transsylvaniae annexarum indigenae, miserae hujus patriae incolis, ut in unum corpus quasi coalitum merito reputentur; itaque juxta benignissimum M. V. S. placitum 2-do gratiosissimi sui diplomatis puncto assignatum, dignetur eosdem quoad jurisdictionis administrationem Gubernio, quoad portionum moderationes vero moderandas Supremo Commendanti Transsylvanico subjiciendos clementissime annuere. — Az Alvinciana Resolutio e kérdésekre igy válaszol: Negotium petitae a Dominis Statibus amplioris pro Domino Gubernatore facultatis, nimirum 20 colonos via legitima ad fiscum regium devolvendos, armales praeterea, primipilares, consensuales, tutorias, aliaque munera conferendi, ita comparatum est, ut suae Majestati, turbido hoc rerum Statu, resolutionem suam suspendendi

Duodecimo. Tempore pacis (quod Deus pacis approximet) quinquaginta mille Imperialium tributo, tempore autem belli contra Hungariam et Transsylvaniam, quadringentorum millium florenorum rhenensium contributione, computatis etiam naturalibus, contenti erimus; repartitionis et exactionis forma penes fideles Status et provinciae officiales relicta, et ab ipsis sine partium studio ad justam proportionem reducenda; caetera, quae ultra praedictas Summas, vel belli vel pacis tempore, pro defensione patriae requirentur, amore fidelium Statuum; et universae plebis sublevandae causa, ex bonis regiis et fiscalibus, necnon salis et reliquorum metallorum fodinis, tricesimis, decimis inter Saxones, arenda decimarum in comitatibus, aliisque Nostris proventibus allaturi.[8]

imponat necessitatem. Considerabit vero rem opportuniori tempore penitius, et ad officia Dominorum Statuum pro Regia sua benignitate reflectet. — Partes Regni Hungariae Transsylvaniae annexas, inter quas etiam Debreczinum comprehenditur, quod spectat: cum difficile sit ex iis tamquam notorio Hungariae membro Status Hungariae excludi, ita S. M. rem instituet, ut pro administratione officiorum quae illis in partibus vacare contingerit, (reciproco inter Transsylvaniae et Hungariae status stabilito incolatus jure) non minus Transsylvanicae quam Hungaricae nobilitatis et nationis ratio habeatur. — Existimasset quidem S. C. Rque M. cum Cancellaria aulica Hungarica expeditionem Transsylvanicam in aula avito jure ita potuisse reuniri, ut particulare tamen Archivum et Regestratura, uti et distincti pro hac expeditione Referendarii et Secretarii, instituerentur; cum tamen Status et hoc deprecati sint malintque separatum prorsus ab Hungarica Cancellaria expeditionem institui, ita et in hoc S. C. R. M. illis gratificari clementissime resolvit; a Gubernio suo Transsylvanico postulatam opinionem, ex quot et qualibus personis, cum qua pro singulis instructione, constitui convenientius possit.

[8] Az 1692 szeptember 3-ikán beadott memorialéban a rendek panaszkodtak, hogy tot onerum supportando minime valebunt quinimo adultimum forte desperationis gradum delabentur; supplicant ergo profundissima cum submissione, dignetur M. V. S. ipsis misellis, alias devotissimis, aliquid respirii clementissime elargiri... A porták felosztására megegyezett a három nemzet és ez egyezséget Leopold 1693 április 14-ikén megerősitette a következőkben: Cum Transsylvaniae Statibus et ordinibus, in diplomate 4-a Decembris 1691 a Nobis clementissime ipsis concesso articulo 12-mo facultatem reliquerimus contributiones et alia onera publica ex justitiae aequitatisque lege, et vera proportione inter se repartiendi, ortaeque desuper dissensiones inter nationem Saxonicam cum reliquis Statibus, sub nostra ratificatione, in Comitiis Cibinii superiori anno celebratis sequenti modo compositae sint: 1. Quod quamvis tam secundum compilatas constitutiones, quam alias

Decimotertio. Datias et alia apud ipsos inusitata exactionum genera introduci non curabimus, vectigalia aut tricesimas non augebimus.

hactenus inter dictos Status receptos consuetudines, numerus portarum in Transsylvania aliter sit determinatus, nihilominus tamen inposterum in Comitatibus Transsylvanicis censeantur 1000 portarum numero portis 25 in oppido M. Vásárhely censis, exclusis similiter septem Judicum (ut vocant) et Saxonicarum quarundem Civitatum bonis in proxime sequenti puncto specificatis. 2. In Saxonica autem natione censeantur 1400 portae in hoc numero intellectis toto Regio fundo, bonis ad arcem Törcs uti et ad Rubram Turrim pertinentibus, sede Szelistye, sede Tolmács, et bonis Septem Judicum, et Cibiniensium, et Coronensium, in Albensi et de Küküllő Comitatibus sitis; ita tamen ne huc trahantur bona Ladislai Bethlen ... sed illa numero portarum Comitatus de Küküllő accenseantur. 3. Quemadmodum in contributionem vel portionum et aliorum publicorum onerum repartitione hactenus in more positum fuit, quod pastoribus Saxonicis tam in Comitatibus quam Regio fundo habitantibus, onus contributionum separatim imponebatur, id in posterum non fiat, sed videat ipsa Universitas Saxonica quomodo dictos Pastores in suarum portarum sublevationem applicabit; in hoc tamen passu caveant Saxones, ne Pastores in pagis Saxonicis servituti vel ut vulgo vocatur jobbagionatui subjectis manentes supra vires onerent sed secundum proportionem justam et debitam, ac proventibus quibus unusquisque fruitur adaequatam. 4. Sacerdotum Valachicorum in Regio fundo et superius 2-do puncto specificatis Saxonum pagis habitantium conditio similis sit, sed alibi degentes Sacerdotes Valachici huc non trahantur; siquidem alii in aliorum, extra numerum portarum censeri et contribuere solitorum ordinum classe relinquantur. 5. Omnibus etiam in Regio fundo habitantibus mercatoribus in suorum onerum sublevamen Saxones utantur, exceptis tamen Graecis, Armenis et Judaeis. 6. In repartitione tam contributionum quam aliorum onerum, singulis tam in Comitatibus quam Regio fundo vel Saxonica natione constitutis portis, idem vel aequale onus imponatur. 7. Quandocunque repartitio contributionum fiet, tunc id quod justum et conveniens erit inponatur primo ordinibus illis qui extra Comitatum portarum numerum contribuere et censeri solent exceptis Pastoribus Saxonicis et Valachicis hic superius nominatis et exceptis; et tam fiat postea repartitio contributionum, portionum, et aliorum similium publicorum onerum, ad portas 2425; portas autem tam in Regio fundo nunc ipsis defalcatas, quam in Albensi et de Küküllő Comitatibus cessas, convertant in sublevamen maxime afflictorum et ruinatorum Saxonicae Universitatis locorum, bona conscientia illas in sua Congregatione dispensando; repartitionem vero illam Gubernio ac Comissariatui Regni pro directione tradant. 8. Fugitivi rustici tam ex Comitatibus et Siculia in Regium fundum, quam hinc illuc transeuntes, utrinque reciproce secundum articulos hactenus scriptos reddantur ... Midőn a király megerősitette a szász sérelmekre s a porták felosztására vonatkozó egyezségeket,

Decimoquarto. Siculi, genus hominum bellicosissimum, ab omni tributo, ab omni hybernorum aut aestivorum molestia, a

a Zabaniusnak április 28-án átadott resolutióban — remisit nationi, durante hoc bello Turcico, 6000 florenos ab eadem Principibus Transs. quotannis pendi solitos. A fiscalitásokra nézve az udvari kamara s az erdélyi rendek szerződést kötöttek, melyet Leopold 1693 május 30-ikán megerősitett a következőkben: 1. Ut antelatis fidelibus Statibus Regni Nostri Transsylvaniae cedant usufructuario omnes proventus cujuscunque generis de jure Fisco nostro Regio cedentes, quos Principes attacti Regni ibidem percipere solebant, exceptis tricesimis, erga defalcationem florenorum 30 millium ex summa arendae pro parte Nostra reservatis; nec non bona sub jurisdictione Fisci Regii de praesenti existentia, sub solito regestro seu inventario assignanda; (bonorum nostrorum fiscalium prae manibus aliorum existentium investigatione et redemptione ad ulteriorem resolutionem nostram reservata) cum jure fiscali nostro, hac in parte solummodo attributo, ut bonis fundisque ante hac fiscalibus usuantes, formalibus vero a Principibus legitime emanatis literis donationalibus destituti, potissimum in Dominiis Kővár, Szamos-Ujvár, Déva, etc. etc. nuncupatis existentes, in priorem fiscalem statum reduci possint, antelatique Regni Status priori fisci jure iisdem bonis et fundis (salva tamen rei substantia) uti frui valeant exceptis solummodo arcibus fiscalibus, praesidio nostro Regio Caesareo munitis, Nobis gratiose reservatis. 2. Item omnes decimas per Principes Regni jure et usu roboratas, praeter sequentium bonorum, nempe: Berethalom et Musna in Kőhalmiensi, Kis-Apold in Szeredahelyiensi, Lekentze in Bistriciensi, Erked in Segesvariensi existentes; nec non Bene, Márpod, et Báránkút, (quorum Decimae Catholicis solum modo exscindendae forent) tam in fundis regiis nostris, quam Comitatibus, non solum quoad partem pecuniariam, verum etiam naturalia, ubicunque obvenientes, ex praecedenti benigno nostro indultu ipsi Status percipere valeant. 3. Praeterea omnes salis fodinas, salvis juribus et praerogativis tam Fisci Nostri Regii, quam antelatorum Statuum Regni legitimis in hoc passu habitis, permanentibus, ea cum conditione, ut effluxo arendationis termino subinserto, eaedem salis fodinae in Statu quo tempore assignationis invenirentur, in eodem Statu et non ruinoso, una cum jumentis et necessariis instrumentis, tempore assignationis earundem salis fodinarum prout et annotatorum bonorum nostrorum fiscalium iisdem Statibus fiendae reperiendis, inventario desuper conficiendo inserendis, aut iisdem aequivalentibus, Fisco Regio restituantur. Idem intelligendum de omnis sortis inseminaturis, vinearum nostrarum fiscalium cultura, ut in ea quantitate et qualitate, praescripta modalitate, Fisco nostro Regio fiat resignatio. 4. Insuper census quoque Catedralis seu Saxonicalis Praedicantium, constituens aureos circiter mille, praelibatis Statibus cedet per eosdem levandos. 5. Similiter floreni 1000 in paratis, et alia si quae fuissent honoraria, a Graecis quaestoribus Fisco Regio obvenire solita. 6. Necnon omnis sortis metallofodinae fiscales, tam de praesenti prae manibus Fisci nostri Regii existentes, quam per alios usuatae, Fiscum Regium legitime concernentes,

decimis, et praestationibus ratione bonorum, quae cum onere insurgendi possident, velut hactenus ita in posterum penitus

fidelibus Statibus Regni nostri Transsylvaniae assignantur. 7. Praenominata itaque bona, exindeque provenientes reditus, antelatis Statibus ad Triennium usque, nempe annum affuturum 1696. a tempore apprehensionis eorumdem bonorum inchoando, in attacta summa florenorum 100 mille cedant; ea cum benigna declaratione et reservatione, ut moderni Catholici in officiis fiscalibus et salis fodinalibus constituti in eorundem functionibus et salariis consolati maneant, ne videantur absque delicto puniri; in posterum vero sub praescriptum tempus arendationis, habeat fidele Gubernium Regni Nostri Transsylv. facultatem alios quoque ex Reformatis et Unitariis, ex quibus de praesenti etiam constituti essent, habita ratione aequalitatis ad Catholicos surrogandi; consimili modo arendatores quoque constituendi: seu, tot eligantur personae Catholicae quot personae Reformatorum et Unitariorum; pariter etiam quoad pensiones: quantum nimirum omnis sortis proventuum et administrationum Ecclesiis, Collegiis, Professoribus, eorundemque Ministris ac Ecclesiasticis personis Reformatorum et Unitariorum reciperent, tantundem etiam Catholicis Ecclesiis, Sacerdotibus, et eorundem Ministris, tribuatur. Insuper decimae ex bonis supraspecificatis, praeinsinuatis Catholicis assignentur usuandae. 8. Demum, siquidem pro parte nostra reservatae essent Tricesimae; ex eo respectu ex annotata summa florenorum 100 mille defalcandi manerent floreni 30 mille, quibus defalcatis per saepefatos Status Transsylvanicos annue flor. 70 mille solvendi, vel potius cedant in exsolutionem praestitorum flor. 100 mille mutuo ab eisdem Statibus levatorum, necnon etiam restantiae anni praeteriti tam ex tricesimarum arenda, quam fiscalibus bonis nostris resultantes, ac mediante exactione revisionique rationum officialium fiscalium suo modo instituenda liquidandae, praelibatis Statibus erga eorundem quietantiam assignandae veniant; in quem finem, pro lucrando tempore, Gubernio Transsylvanico mandata nostra Regia Caesarea extradenda forent, ut de fidelibus et expertis Exactoribus disponere et quantocyus ab omnibus Officialibus bonorum nostrorum fiscalium indifferenter rationes exigere, ac per easdem liquidanda exequi possit. 9. Quod si autem Nos auri fodinas quoque pro nobis reservaremus, cum oppido Zalakna, Körpenyes et Abruckfalva ad culturam fodinam illorum locorum, simul cum urbariali eorum proventu; eo in casu ex saepefata summa arendae flor. 100 mill. vicissim floreni decem mille, pariter pro numero 100 mille lapidum salis pro aerario nostro reservandis, et per multoties dictos Status suo tempore in orificiis fodinarum, utpote in Desiensi 20 mille, in Tordensi 20 mille, in Vizaknensi itidem 20 mille, consignandis, floreni 10 mille desumantur. Quibus deductis manerent solum 50 millia florenorum, per Status Regni in exsolutionem praescripti debiti imputanda.

Pro ultimo per expressum declarato: quandoquidem in orificiis salisfodinarum tempore praeteriti festi Paschatis reperiebantur 174258 lapides salis, eadem salis quantitas, vel vero ab eo tempore adaucta, vel diminuta, prout denique tempore consignandae ipsis Statibus Fiscalitatis reperta

sint exempti. E contra pro tuenda patria propriis impensis militare obstricti permaneant, non tamen subintellectis rusticis vel jobbagionibus Siculis.[9]

Decimoquinto. Liberum, sicuti sub Principibus fuit, quaestum seu commercia rerum omnium concedimus, benigne volentes, ut et nobilium praerogativae ac privilegia hoc in passu observentur.

Decimosexto. Decimas etiam, consveta hactenus apud ipsos arenda redimi solitas, dominis terrestribus relinquimus, arenda tamen fisco reservata.

Decimo septimo. Magnis et non necessariis praesidiis, partim ex militia indigena instituendis, et ex nostro aerario alendis, provinciam non onerabimus; Generalem tamen et caput Germanum illis praeficiemus, qui reciprocam cum Gubernatore Consilio Status, et Generali militiae Transsylvanicae in omnibus negotiis bellicis correspondentiam habiturus, aliis, ad praedictum Statum aut Gubernium pertinentibus, se non ingeret.

Decimooctavo. Tollimus a Saxonicae nationis, et totius ubique miserae plebis cervicibus, per abusum inveteratam gratuitam viatorum cujusvis generis vel Conditionis victitationem, equorum ac omnis generis jumentorum angariationem, et quartiriorum, aliosque similes, praesertim in dictam Saxonicam nationem a viatoribus hactenus exercitos abusus; clementissime svadendo, et jubendo, ut postae, remissa prius ad aulam nostram informatione, a Consilio Status, diversoria vero pro benevole recipiendis, justa pecunia et pretio cibandis itinerantibus, a dominis terrestribus et Civitatibus constituantur.

Nos itaque, qui pientissimum regii muneris Nostri executuri officium, universorum et singulorum fidelium salutem, commune bonum, tranquillitatem publicam, rei christianae incrementum, et charissimam Transsylvaniam, nullo, Deo opitulante, Minotauri Turcici Labyrintho, deinceps implicandam cordi duximus, visis et examinatis praedictis articulis et punctis, pensantes eos honori

fuerit, talis quantitas salis Fisco nostro Regio, effluxo arendationis termino, extra orificia salisfodinarum restitui debeat. — Az országra rótt terhekre nézve az Alvinczíana Resolutio azzal vigasztalja a rendeket, hogy ha jobbra fordul az idő, ő felsége gondoskodni fog a lehető könnyitésekről.

[9] Az Alvinczíana Resolutio a Székelyekről: Consentit sua Majestas clementissime, ut Siculi Transsylvaniae finibus non educantur, nisi patriae ipsius tutandae ratio et necessitas id postularent.

quieti et commodo Statuum, ordinum et incolarum omnium, universaeque reipublicae christianae conducere, eosdem in omnibus suis partibus et capitulis approbamus et in perpetuum valitura lege sancimus tenore praesentium, promittendo in verbo regio, ac apud Nos et Serenissimam nostram domum nunquam violabili fide, quod illos firmiter et inconcusse servabimus et servari faciemus, majora et majora semper, in fidelissimam nobis gentem, ponere beneficia propensi. Datum in Civitate Nostra Viennae die 4-a Mensis Decembris, Anno post nativitatem Domini 1691. Regnorum Nostrorum Romani 34-o, Hungarici 37-o, Bohemici vero 36-o.

Leopoldus.

T. A. Henricus Comes de Strattmann m. p.
ad Mandatum S. C. R. Mis proprium
Stephanus Andreas de Werdenburg m. p.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IV.

A SZERBEKNEK ADOTT KIVÁLTSÁGLEVÉL.

A magyar királyok már régebben is kiváltságokkal ajándékozták meg a török elől Magyarországba menekült szerbeket. Nevezetes az 1495 : 45. t.-cz., mely elrendeli, hogy a keresztyéneknek bármely fekvő birtokain lakozó ráczoktól vagy más nemzetiségi schismatikusoktól semmiféle tizedet sem kell szedni. Leopold 1690-ben bővebb mértékben osztotta a szabadalmakat. Ez évben ugyanis a császári hadak vezetőiben felébredt a remény, hogy diadalmas fegyvereikkel Ázsiába szoríthatják a törököt. Április 6-ikán Leopold felszólította a magyar korona hajdani melléktartományainak népeit, hogy csatlakozzanak hadaihoz. De a császári hadak kudarczot vallottak s nem védelmezhették meg a hozzájok szító keresztyéneket. Csernovics Arzén, az ippeki patriárkha, elmenekülve Albaniából, a Szávához jött harminczhétezer családdal és engedelmet kért a magyar korona területén való letelepülésre. Leopold szivesen fogadta a jövevényeket abban a reményben, hogy hű katonái lesznek s hogy ép úgy használhatja őket majd a magyar végek védelmére, mint már régebben bevándorolt fajrokonaikat a horvát végek oltalmában. Sőt az ország belsejébe is hivogatta őket elpusztult vidékek népesítése végett. Ezért látta el a bevándorlókat a kiváltságok oly teljességével, mely, Szalay László megjegyzése szerint,

sajátszerű vegyülete a vladikaságon sarkalló albániai államjognak és a magyar alkotmány, vagy általában a polgári kormányzat elveiben való járatlanságnak.

Az 1791-iki országgyűlés 27-ik törvényczikke kimondotta, hogy a jus civitatissal megajándékozott nemegyesült görög szertartású országlakosok egyenlő jogúak más országlakosokkal. A jogok egyenlőségéből következett a kötelességek egyenlősége is. De azokat a kiváltságokat, melyek az ország alkotmányával nem állanak ellentétben, nem érintette a nevezett törvényczikk.

A szerb, sőt általában a görögkeleti egyház autonomiája Magyarországban a Leopoldtól adott kiváltságleveleken alapszik. Ezek közül Szalay László: »*A magyarországi szerb telepek jogviszonya az államhoz*« című munkája után közöljük az 1691-dikit:

Leopoldus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae rex etc. Honorabili devoto nobis dilecto Arsenio Csernovich, orientalis ecclesiae graeci ritus Rascianorum archiepiscopo, episcopis, omnibusque aliis ecclesiasticis et saecularibus, capitaneis, vicecapitaneis, toti denique communitati ejusdem graeci ritus et nationis Rascianorum per Hungariam, Sclavoniam, Illyriam, Moesiam, Albaniam, Graeciam, Bulgariam, Herczegovinam, Dalmatiam, Podgoriam[1] Jenopoliam,[2] caeteraque annexa loca; et quibuscunque aliis, praesentes nostras lecturis, inspecturis, vel audituris gratiam nostram caesaream atque regiam et omne bonum. Non solum ex demisso libello, nobis vestrum omnium nomine, per ablegatum ad nos episcopum Jenopolitanum, Isaiam Diakovich, verum et verbali ejusdem expositione luculentius clementissime percepimus demissam gratiarum actionem vestram, quod vos e faucibus barbarae Turcarum tyrannidis ereptos, pristinae restituerimus libertati, obligationemque perpetuam, qua nobis ob tanti beneficii exhibitionem obstrictos vos posterosque vestros profitemini, debito quidem vestro, nostra

[1] Károlyváros környéke.
[2] Jenő és környéke.

tamen eo majori satisfactione, quod, agnito jure nostro, vos in sinum gratiae, clementiaeque nostrae, qua domini et regis vestri legitimi, projicientes, sub umbra protectionis nostrae posthac vivendum vobis et moriendum esse, laudabili animi fortitudine declaretis. Cujus, nobis perquam acceptae contestationis et exhibitionis vestrae intuitu, vos universos et singulos in tutelam nostram caesareo-regiam clementissime non tam suscipimus, quam ad egregium propositum animis vestris figendum et filiis inculcandum perpetuo, omnibusque in occurrentiis realibus documentis magis magisque confirmandum; ad arma proinde contra infensissimum Christani nominis hostem et persecutorem vestrum sub auspiciis nostris, nostrorumque belliducum directione sumenda propulsandasque injurias, calamitates ac miserias vobis iniquissime crudelissimeque hactenus illatas paterne hortamur. Vicissim, ut lenitatem ac dulcedinem imperii dominatusque nostri in ipso limine sentiatis, petitionibus vestris pietate nobis connaturali annuentes, benignissime decrevimus, ut juxta orientalis ecclesiae graeci ritus Rascianorum consuetudinem, ad normam veteris calendarii libere conservemini, et prout hactenus, ita deinceps a nullis ecclesiasticis vel saecularibus statibus ulla afficiamini molestia; liceatque vobis inter vos, ex propria facultate, ex natione et lingua Rasciana constituere archiepiscopum, quem status ecclesiasticus et saecularis inter se eliget, isque archiepiscopus vester liberam habeat facultatem disponendi cum omnibus orientalis graeci ritus ecclesiis, episcopos consecrandi, sacerdotes in monasteriis disponendi, templa, ubi opus fuerit, propria facultate exstruendi, in civibus et villis Rascianos sacerdotes subordinandi: verbo, sicut hactenus, graeci ritus ecclesiis et ejusdem professionis communitati praeesse valeat, ex propria authoritate ecclesiastica, vigore privilegiorum a praedecessoribus nostris, divis condam Hungariae regibus, vobis concessorum, in tota Graecia, Rassia, Bulgaria, Dalmatia, Bosnia, Jenopolia et Hercegovina, necnon in Hungaria et Croatia, Mysia et Illyria, ubi de facto existunt, et quatenus ac quamdiu nobis universi et singuli fideles ac devoti erunt, facultate disponendi gaudeat. Statibus porro ecclesiasticis, velut archiepiscopo, episcopis, monachis, omnisque generis sacerdotibus ritus graeci, in monasteriis et templis maneat propria facultas disponendi, ita ut nemo in praedictis monasteriis, templis ac residentiis vestris violentiam exercere valeat; verum in decimis, contributionibus et quarteriis

antiqua immunitate gaudeant, nec super ecclesiastico statu ullus saecularium praeter nos, potestatem habeat arrestandi vel incaptivandi aliquem, sed archiepiscopus tales a se dependentes ecclesiasticos, poenam aliquam incurrentes, jure ecclesiastico seu canonico punire queat. Conferimus etiam et confirmamus graeci ritus templa, monasteria et ad haec spectantia, prout etiam archiepiscopum et episcopos concernentia bona, qualiacumque illa sint, iuxta collationem praedecessorum nostrorum possidenda; quae autem templa christiani nominis hostis Turca vobis ademit, ea quoque recuperata manibus vestris resignare demandavimus. Archiepiscopo denique, vel episcopis vestris, necessitate sic exigente, monasteria et ecclesias in civitatibus aut pagis visitantibus, a nemine tam ecclesiastico, tam saeculari molestiam inferri patiemur. Adhibebimus quoque pro omni possibili omnem conatum, ut per victoriosa arma nostra, auxiliante Deo, repetitam gentem Rascianam quo citius in territoria seu habitationes antehac possessas denuo introducere et inimicos abinde repellere possimus. Volumusque ut sub directione et dispositione proprii magistratus eadem gens Rasciana perseverare et antiquis privilegiis, eidem a majestate nostra benigne concessis, ejusque consuetudinibus imperturbate frui valeat. Insuper annuimus et in eo, quod si ex ipsis graeci ritus sine consolatione prolium et consanguineorum aliquis decederet, ex tunc talis omnis substantia in archiepiscopum et ecclesiam; non secus, si archiepiscopus et episcopus quispiam moriatur, talis etiam omnis substantia in archiepiscopum devolvatur. Denique, ut omnes ab archiepiscopo, tanquam capite suo ecclesiastico, tam in spiritualibus, quam saecularibus dependeant, clementissime volumus et jubemus. Quam munificentissimam clementissimamque concessionem nostram in vobis omni conatu et viribus demerendam, fidemque ac devotionem vestram inviolabiliter observandam continuo, nullisque procellis concutiendam fore, nobis firmiter promittimus. Et in reliquo vobis universim et singulatim gratiam nostram caesaream regiamque clementissime confirmamus. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Primo, regnorum nostrorum Romani trigesimo quarto, Hungariae et reliquorum trigesimo septimo, Bohemiae vero trigesimo quinto. Leopoldus. Blasius Jaklin, episc. Nitriensis, Joannes Maholány.

V.

II. RÁKÓCZY FERENCZ MANIFESTUMA.

Már Szalay László kimutatta, hogy az 1703-ból keltezett manifestum tulajdonkép 1704-ből való. Ráday Pál irja naplójában, hogy »Anno 1704. Az említett Fejedelem Intimus-Secretariusságra maga mellé vévén: irtam a Manifestumot«. Ráday fogalmazványát Rákóczy javította, Bercsényi pedig kinyomatta a kéziratot Nagyszombatban februárban. (Thaly: Rákóczy-Tár, I. 400. és II. 54. l.) A fejedelem a felkelés kezdetéről kivánta keltezni azt az iratot, mely a támadás törvényességét ország-világ előtt igazolta. Márcziusban már széjjelosztatta Bercsényi a példányokat. Az 1704 elején megindult béketárgyalások miatt szükségesnek látszott a vádirat terjesztése, mely itthon fokozta az ellenállás kedvét s a külföldiekben részvétet keltett a magyar ügy iránt. Bruyninx van Hamelnek, a hollandi követnek, a ki kormánya megbizásából a béke közvetítése végett Magyarországba utazott, Bercsényi a manifestum több példányát adta át; a hollandi az egyiket követtársának, Stepney Györgynek kezébe juttatta. Az angol követ, a kinek kormánya szövetségese volt Leopoldnak s így politikai okokból, de a magyarok iránt érzett sympathiából is, szivesen látta volna Rákóczy kivánságainak kielégítését, nagy érdeklődéssel olvasta a manifestumot. Úgy látta, hogy oly hazafi irta, a ki melegen védelmezi hazája szabadságait, de inkább a bosszúra gondol, semmint a békülésre. (Arch. Rákócz. II. o. I. 175.)

A békülés ekkor még korai lett volna. A Habsburgok uralomra jutása óta oly rendszeres s oly veszedelmes támadás még nem intéztetett a magyar alkotmány ellen, mint a XVII-ik század végén s a XVIII. század elején. A magyar ellenzék kipróbált szövetségese, a török, már magán sem tudott segíteni. Az volt a kérdés, hogy a magára hagyott magyar nemzet, elfeledkezve a százados felekezeti viszályról, bir-e annyi erőt kifejteni, hogy megbosszulja az alkotmány gyökeres felforgatását? Egy évi küzdelem még nem volt a kellő válasz e kérdésre. Midőn a manifestum szenvedélyes hangon vádolja az alkotmánysértőket, egyszersmind küzdelemre szólítja a nemzetet, történetének egyik legnevezetesebb fordulóján.

A manifestumot a *Histoire des Révolutions de Hongrie* után közöljük:

Universis Orbis Christiani Principibus et Rebuspublicis, nec non aliis quibusvis cujuscunque conditionis, gradus, honoris, dignitatis, officii ac praeeminentiae Statibus et ordinibus.

Nos Franciscus, Dei gratia, Princeps Rákóczi, de Felső-Vadász, Comes de Sáros, Dux Munkacziensis et Makovicziensis, Dominus perpetuus de Sárospatak, Tokaj, Regécz, Ecsed, Somlyó, Lednicze, Szerencs, Ónod etc.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Recrudescunt inclytae Gentis Hungarae vulnera, totiesque cura novercante sauciae Regni Libertatis lenita cicatrix, postea quam tacite labantibus membris, ad extremum lethalem, sub fatali Domus Austriacae dominio, metuitur sincerae partis serpere interitum, ense rescindi postulat. Stupent multorum animi, iterata tumultuantis Regni novitate attoniti: Gentemque hanc, inconcussa gloria ac leni tranquillitate per tot saecula florentem stetisse, jamque continuat a temporum serie, luctuoso vicissitudinum fato involvi, dum Orbis miratur; plurimi perfidiae in Regem innataeque excitandorum motuum aviditati, erronea opinione rerum haud gnari insimulant. Date justo dolori et querimoniae veniam,

laxatisque tantisper sinceri animi repagulis, quos vel praeconcepta male persuasae mentis opinio, vel effrenis privatarum simultatum ardor sentire jussit iniquius, dum causam justae exercituationis notam facimus, aequos agite Judices.

Praetereunt saecula, posteaquam ambitiosa regnandi libidine, irretitoque lubrico Procerum regni favore, Regiae Majestatis jura Austriacos sumpsisse pervolvimus. Repetita tamen altius omni temporum serie, dolosas semper avitae regni libertati perniciose struxisse technas, tam Annales probe referunt, quam sera ad posteritatem aetas loquitur. Quid inclytam Bathoriorum familiam ad arma olim adversus Domum hanc capessenda impulerit; quam Bethlenius vindicandae patriae causam sumpserit; quo motivo Bocskaius insurrexerit; quae praedecessores Rakoczios, quae Tekelium ratio moverit, patet orbi, nec ullis justa Regni gravamina obliterari quibunt fraudibus. Summum est et fuit semper, tot, ac tantorum motuum principium, nefanda legum patriarum convulsio. Ubi namque illectam prius illecebris suis Austriaci subditam sibi sensere gentem, tacita, ac serpente in dies dominandi licentia, lento gradu eo processerunt pudoris, ut jam effractis Diplomatis regii cancellis, quid quid luberet licere sibi existimantes, effuso in libertatem Regni captivandam campo, aperta tacitae ac perniciosae consultationis darent specimina. Hinc post extincta, proh dolor! inclyta Hungarici sanguinis stemmata, post violentas bonorum occupationes, ademptas indigenis dignitates, insolitas exterarum legum inductiones, ac imposita intolerabilium censuum onera, auream Regni libertatem, quae per tot saecula in libera Regum electione vigorem suum illibato cursu obtinuit, in haereditariam Regiminis speciem, incusso ad consentiendum terrore, servili metamorphosi commutarunt: ac ut ex eo majora liberrimi dominii sumerent incrementa, magnam magni Regis illius Andreae Hierosolimytani Legem, quae principaliores omnium Ordinum libertates, ad sequiora usque haec tempora perennaturas, gentis cum gloria complexa est, liberamque Regibus resistendi, in casu violatarum legum, facultatem in perpetuum attribuit, privato dominationis suae favore, coactoque Procerum Regni consensu, ignominiose abrogarunt. Et quamvis, praeter ademptam juris electitii, et iis resistendi libertatem, universas alias Regni leges, spontaneo praemissi Diplomatis nutu, salvas fore juraverint sancte observandas; strata nihilominus graviora et extrema quaeque

audendi via, in omnia patriarum constitutionum jura, sine discrimine, libero passu grassatum esse, procul omni dubio, et ambitione, merito et sincere querimur. Dolorosum est sane gentem Marti sociam, quaeque immensis laboribus, sanguine, ac expensis adversus hostes quosvis, per rerum aetatem, eximia cum laude, Christianitatem omnem tutata est, militari dignitate exui, eamque exterae nationi, non sine singulari postpositae virtutis Hungarae ludibrio (contra expressas Regni Leges et signanter conditionem IV. Diplomatis Regii art. I. Anni 1658 insertam, Art X. et XI. anni 1608, itemque XXXVIII 1659)[1] adeo communi usu conferri, ut vix uni ac alteri Fortalitio Hungarum praefici cernere quis possit: sicque sublata emergendi occasione, exterum patrio civi, patrio in solo exuli, imponi jugum (et quis haec ferre queat?) ingemiscere tantum supersit. Plena confusionum in Regno omnia: innovata Regiminis species: cunctaque Regni negotia, solo nutu imperiose administranda, Consilium Aulicum affectate usurpat: ac omni denique Procerum Regni excluso consilio, universa ea, quae publicum Regni statum redolent, vetantibus idipsum Constitutionibus patriis, et notanter Conditione III. praefati Diplomatis, Articulisque IV. 1681, L. 1655, nec non XIV. 1659 annorum[2] (teste nupero quoque inscio Carloviciensis foederis Tractatu) sine nobis, de nobis concluduntur. Quis ad haec nesciat licentiarum Camerae Aulicae imperium? Feriunt planctus aethera, divinamque pupilli ac viduae nemesim implorant vindicem. Horret animus ad solam, consilio tyrannico praetensam, juris neocaquistici commemorationem: quod et si publico ad Comitatus Regni dato decreto semel relaxatum, nulla Regni jura unquam admisere; ita nec conscientiae sane quoquo modo convenire, neque convenire potuisse praegnan-

[1] L. a IV. Conditiót II. Ferdinand hitlevelében. Az 1659. XXXVIII. czikk igy hangzik: Cum benigna suae majestatis annuentia statutum quoque est, ut sua M. officia et beneficia, tam ecclesiastica, quam saecularia personis nationalibus et indigenis regni bene meritis, nullo autem modo extraneis, gratis conferre dignetur.

[2] L. II. Ferdinand hitlevelét. Az 1681. IV. czikk igy kezdődik: Benigne annuente sua Majestate conclusum itidem est, ut Pax cum Turcis, et omnia Negotia Hungarica, juxta Art. 2 anni 1608 a. C. ac Cond. 3 et 13 Dipl. Regii, sicut et Art. 25. Anni 1613., 29. 1630., 28. 1635., 50. 1655., 8. 1659 cum Consilio Hungarico tractentur, et concludantur, taliterque tractata et conclusa, cum Regnicolis semper debito modo communicentur, ac Puncta quoque ipsius Pacis solemniter per Comitatus publicentur...

tissimae docent rationes.[3] Quantum tamen hoc mammonam acquirendi modo, variis excogitatis sub praetextibus violatoque verbo regis, intulerint detrimenti, magna Regni pars a legitimis possessoribus suis adempta, ac exterae nationi (contra Art. XXVI. Andreae Regis secundi, itemque X. Decreti. V.[4] Uladislai Regis, nec non Art. XXXI. anni 1599 tenorem) postpositis bene meritis Patriae filiis, collata, evidenter testatur. Nihil certe injuriosius, nihil ad abalienandum ab Austriacis gentis Hungarae animum intercedere potuit quidquam commodius, nihil ab aequitate communi alienius, quam bonis, a multis retroactis saeculis, sub dominio quoque Turcico, continuo ac pacifico usu tentis, ob solam Turcarum e Regno eliminationem (alias Regii vi Diplomatis sui debitam) legitimos possessores privari; ac iidem, qui se, bonaque sua, generosis, contra hostem actibus, sanguine ac infinitis expensis, et tum etiam fortiter vindicarunt, sub Christiano Rege, turpi jugo submitti. Nihil rationes, nihil hic profuere preces. Quinimo formatis passim Dominiis, Ecclesiastici simul ac Saecułares Regni Status et Ordines, contra omnium gentium jura, antequam citati, vel sententiati jam convicti, bonisque suis exclusi habebantur: nec supererat aliud, quam ut omnia ad eliminandam de Regno Nobilitatem consilia conjurasse, certo crederentur. Hinc taxatis, ac ad redimenda jura neoacquistica adactis plerisque Regni Comitatibus, superinducta Commissionalia Judicia, ad extinguendam Legum libertatem aperto prorupere passu. Quae etsi luculentis Regni Constitutionibus, quippe Articulis XII. 1603, XIV. 1618, XXVI. 1638, ac denique XLI. 1649.[5]

[3] A Kollonics-féle Einrichtungswerk azt az elvet fejtegeti, hogy ő felsége nem köteles a töröktől fegyverrel visszaszerzett jószágokat visszaadni hajdani világi birtokosaiknak. Kegyelemből azonban visszaadhatja annak, a ki bizonyos határidőre bebizonyítja birtokjogát és leteszi az esküt.

[4] András XXVI. czikke: Item, possessiones extra Regnum non conferantur. Si sunt aliquae collatae, vel venditae; populo Regni ad redimendum reddantur. (L. fönnebb 141. l.) Ulászló V. Decret. X. Art. igy végződik: Semota igitur omni ambiguitate et discrepantia, deliberatum est: Ut Regia Majestas, juxta suam voluntatem, de cunctis juribus possessionariis, ad ipsam devolvendis, libere disponere; externis tamen nationibus (prout etiam in priori Decreto cavetur) nulla jura possessionaria, Ecclesiastica videlicet, et Saecularia; conferre possit.

[5] Az Art. XII. 1603 igy hangzik: Hoc loco S. S. et O. O. regni majestati suae Caes. domino ipsorum clementissimo, humillime supplicant, ut, quum quandoque contingat, quod, ad nonnullorum simplices delationes et

annorum regiis Austriacorum Diplomatibus confirmatis, serio vetita extiterint; nihilominus Regnicolae ludibrio expositi, inordinato juris processu, extra Regnum, adversante Art. XLI. anni 1536,[6] itemque Conditione V. Diplomatis regii, Art. I. anni 1659 inserta, ad producenda literaria instrumenta, liquidandaque jura citati, non modo gravibus, ipsumque rei meritum plerumque exsuperantibus, onerabantur expensis, sed et ad extremum (Camera Aulica Judicem et Actorem simul, contra Art. XXXVII. anni 1681, praepostere agente)[7] tum ad concambianda summo cum detrimento bona coactis, tum sepositis ordinario Regni foro et judicibus, ad solam Fisci Regii opinionem convictis; succedentibus identidem novis in Regno hospitibus Germanis, non nisi tristam illam, *Veteres migrate coloni,* restabat audire sententiam. Ingemiscit antiquissima Cumanorum, et Jazigum libertas, gloriosis Regum

expositiones, fideles suae majestatis per mandata regia in praesentiam D. locumtenentis vel commissariorum evocentur; ac comparere et privilegia sua producere, iuraque accipere iubeantur; dignetur M. sua caes. hujusmodi regni legibus contrarias expeditiones et iudicia benigne interdicere: quod de sua M. caes. perpetuis studiis promereri non omittent. Super hac re M. sua caes. benigne inquiret, eique pro hujus temporis statu, quoad maxime fieri potuerit, clementer medebitur. Az 1638 art. XXVI. igy végződik: nobiles ad ius extraordinarium attrahi minime possint.

[6] Katonánál és a Histoire-ban hibásan: 1636. — Az 1536. Art. XLI. igy hangzik: Contra jurem et libertates Patriae, extra Regnum nemo cogatur juri stare; etiamsi Judices Regni Ordinarios Majestas Regia secum haberet: 1. Imo ne intra quidem limites Regni patiatur quempiam ad simplicem querelam, nisi citatum et ordine juris convictum damnari; ut a Praedecessoribus Majestatis Regiae, Hungariae Regibus fuit observatum.

[7] Az 1681. art. XXXVII. igy hangzik: Fiscus quoque Regius, ut Bona resque mobiles quorumcunque Regnicolarum, non propria authoritate occupet, sed Ius suum sive Titulo caducitatis, sive in casibus Notae Infidelitatis Titulo 14. Partis primae Decreti Tripartiti et aliis Legibus Regni expressis in iisdem praetensum, a modo imposterum virtute Legum Patriarum signanter vero Anni 1659. 104., 1638. 24., 1597. 27. nec non Partis primae Tituli 9 et Partis secundae Decreti Tripartiti Tituli 75. Item Matthiae Regis Decreti 6. Art. 26. Sigism. 6. Artic. 17 ac Uladislai Decreti Primi Artic. 63. hoc loci renovaturam acquirat. Ac de Iudicatu etiam Camerarum eisdemque subalternatorum Trisesimatorum tollendo Articulus 25. 1622. ad omnes Status et Ordines extendendas, nec non 46. 1659. eatenus renovatus strictius observetur sancitum est. — Az 1659-iki czikkből idézzük a következőket: iudicatus camerarum Hungaricarum deinceps in acquirendis et redimendis bonis iuribusque possesionariis, nisi forte partes ita sese obligassent... de facto nullum vigorem et locum habeat...

illustrata privilegiis, substrataque insueto Ordinis Teutonici dominio, eripi sese de jugo tacite ingemiscit.[8] Ingemiscit Nationalis Camera, suis exuta juribus, ac dum omnem, circa omnia rite disponendi facultatem, per Aulicam summo cum despectu adimi sibi queritur, (apertae legum in Articulis XVIII. 1622. XLVI. 1647. nec non XIII. 1681, fundatorum convulsioni, quae admissa mutua correspondentia dependentiam palam excludunt),[9] merito condolet. Quid? ministra Dei Natura nefandam Camerae Aulicae avaritiam exprobrat, quae cum inexhaustam rara Numinis benignitate Regno praebeat salis copiam, ea tamen pretii caritate, ut jam maxima incolarum Regni pars ad incitas redacta suum insalse quotidianum sumere panem necessitata fuerit, sublato quaestu divendit: hocque Naturae beneficio regnicolas privari, magno carere minus potest scelere. Praeterimus abalienationem bonorum coronalium, dictante Art. II. Uladislai Regis Decreti VII. inhibitam.[10] Duplicatas in Regno tricesimas, arendatitia mercium monopolia, solamque intolerabilem quantiportionalis exactionem, justa querimonia inducimus. Proh! quam copiosa prorumpit luctus materies! Postquam enim sumpto libere disponendi fastu, ingentem Ministerium Aulicum millionum summam Regno imposuisset et libertas Regni liberi (testante Art. 11. Mathiae Regis Decreti III. nec non Uladislai Decreti V.)[11] nullam sine

[8] 1702-ben adta el a kormány a német rendnek a Jászságot és Kunságot.

[9] Az idézett czikkek megerősítik az 1608. Kor. e. 5. czikket.

[10] Az idézett 2. czikk: De caetero vero, Regia Majestas proventus suos Regios, sine consensu, et deliberatione sui Consilii ordinati; nemini inscribat, qualicunque necessitate adurgente. Nam si quis Dominorum aut Nobilium hujusmodi proventus Regios, pro se inscribi fecerit; summa illa de facto amittatur. Et insuper, in aestimatione talis proventus, vel Civitatis Regiae, foenerator ille convincatur.

[11] Math. Dec. III. Art. 11. Item quod nos, de caetero, nullam dicam sive taxam (praeterquam lucrum Camerae) generaliter, a Regnicolis propter aliquam causam exigamus, aut exigere faciamus praeter voluntatem eorum, et consensum. — II. Uladislai V. Decr. I. Art.-ból kiemeljük az 5. §-t: Si quipiam vero Comitatuum motu proprio et non de consensu, et voluntate totius Regni, extra scilicet Conventiones Regnicolarum Generales, contributionem aliquam, seu quodcunque subsidium (praeter solitum lucrum Camerae) contra videlicet antiquam Regni libertatem, Regiae Majestati quovis modo et quovis colore exquisito offerrent, aut praestarent. Extunc Universitas Nobilium hujusmodi Comitatus universaliter, in poena fidefragii

pleno Regni conventu tributi exactionem admisisset; tanta hinc, et ad seram usque posteritatem deploranda emersit Regni ruina, ut post florentissimum rarisque divitiis affluentem dulcissimae patriae statum, non nisi speciosam pristinae felicitatis umbram intueri supersit.[12] Piget eloqui plebem miseram cunctis solvendi facultatibus exhaustam, variis exactam esse desperationibus; certe alios laqueo vitam finiisse, alios servitute Turcica sortem levasse, alios conjuges suas militari executioni, liberosque Turcis in pignus locasse, inaudito exemplo visum est. O diram servitutem, liberae genti haud ferendam! Meliorem se omnino sub Lunae regnantis dominio subiisse sortem, plebs regni etiamnum depraedicat, annuamque Austriacorum extorsionem pensiones Otthomanis lustra per decem praestitas longe exaequasse, publico scripto evictum est. Nec deferbuit immanis haec Austriacorum libido, donec in omnes Regni Status pari passu saeviret. Praelatus, Magnas, Nobilis, liberaeque Civitates tributis mancipabantur; et quamvis affidato Regno decretorium postremae pensionis jamjam adesse annum publicis resolutionibus saepius declaratum extiterit, postquam tamen tam grave et intolerabile tributi onus nullatenus cessare, quinimo indies contra praemissa praetextuose augeri, novum solvendi genus Accisas formari, militares executiones regnare, carceres et verbera adhiberi, tacitaque per Regnum suspiria multiplicari evidentia rei docuit, aeternum liberis cervicibus imponi servitutis jugum, facilis erat consequentiae.[13] Quid pluribus? ordinaria Regni Judicia, quae vi Diplomatis Regii Legumque patriarum quotannis celebrari sueverant, tum sublata, tum statis temporibus, ac per dimidium quoque saeculi (prouti octavalia) non admissa, exitio Regni erant certissimo.[14] Plena hinc confusionum seges enata est.

seu perjurii, amissioneque honoris, et humanitatis, convicta, et condemnata; et a consortio caeterorum Nobilium Regni relegata et segregata habeatur eo facto. (L. föntebb 316. l.)

[12] A kormány 1698. novemberétől 1699. novemberéig négy millió forintnyi adót vetett ki az országra azzal a kijelentéssel, hogy nem akarja állandósítani az adót, de bizalommal várja az országtól, hogy nem fogja tőle megtagadni a szükségest, ha a király követeli. Nemsokára ujra kivetette a XVII. század hetvenes éveiben annyira meggyülölt accisát.

[13] A Kollonics-féle Einrichtungswerk is elismeri, hogy a XVII. század nyolczvanas éveiben a katonaság úgy bánt az országgal, mintha ellenség földje volna.

[14] Az Einrichtungswerk ajánlja a nyolczados törvényszékek eltörlését,

Praevaricatae leges, innovatus processus, subsecutae rapinae, aucta potentiorum licentia, oppressi pupilli, depraedatae viduae; ac ubi regnicolae nec suis juribus uti permitterentur nec externum judicatum facile admitterent, omnia susque deque habita, exulante justitia commiscebantur. Quem ad haec latet coloratus turbatae in Regno Religionis praetextus? Sane Religionem impedire, patriis prout et Imperialibus admissam Constitutionibus, ut per hoc labefactatae Religionis libertati illudere possint, communi cum Bohemis indifferenter oppressis exemplo, res Austriacis dudum exercita. Secantur flumina, fiuntque rivi, ac sic scissis in diversa Procerum Regni mentibus, dum discordiarum sub praetextu Religionis sparguntur semina, enervatis tacite viribus, labescere Regnum experimur.[15] Testes complures Cathedrae, peregrino Praelatos suos ore loqui querentes; collataque contra Art. XXVII. anni 1681.[16] opima exteris altaria, dum pomposis dumtaxat inhiant proventibus, sine spirituali gentis Hungarae aedificatione, supina occupat negligentia. Jacent Leges Regni, Austriacae libidini subditae; ac aurea pristina Comitiorum Dietalium libertas uni consilio Aulico inservit. Quae ulterior aedificandi spes, corruente basi? *Nullum omnino ad promovendum Tyrannidis gradum signum est certius, quam liberum a pleno conventu avocare Regnum.* Crevit hinc inexplebilis majora audendi licentia, et quidquid privato statutum est consilio, vim supremae legis apud coactos obtinuit. Nihil intentatum relictum est, ut opimo hoc spolio Austriaca gaudere possit potentia. Obtrusa itaque Regno Dicasteria, locum Comitiorum habitura, per quae dum regnicolas ad arbitrium suum gubernat, non nisi despoticum in libero Regno restare imperium, aequus pensitet judex. Ast quid his immoramur diutius? Dedere Austriaci patula de gente hac consilii testimonia, dum ante quadriennium, convocatis illegali procedendi modo extra Regnum Optimatibus, praeter complura alia, notanter hujusmodi puncta, ut nimirum modus futurae continuae contributionis per antelatum putativum

mert azok soha sem ülnek össze s oly ügyeket utasítanak oda, melyeknek befejezése nem látszik kivánatosnak.

[15] 1701-ben a kormány rendelete kimondja, hogy az 1681-ben megengedett vallásszabadság csak az akkori királyi Magyarországra vonatkozott. A visszafoglalt országrészben a protestáns vallás gyakorlata el van tiltva.

[16] Ennek értelmében a világi és egyházi tisztek és javadalmak csak magyart illetnek meg.

Regni Conventum adinveniatur, Nobilitas minor rusticitatis sorti subdatur, majus arctis libertatis cancellis (contra fundamentalia Regni jura, quae omnibus Statibus unam eandemque libertatem attribuunt, ac in eadem magis et minus dari nequeat) circumscribatur, solitus denique Regni legum processus ad consvetum juris Austriaci praxim reducatur, ad pessumdandam patriae libertatem exhibuerunt.[17] En egregiam Diplomatum Regiorum sanctitatem! Huc praeterea ades, laniena Eperjesiensis, adinventa sternendae in Regno haereditatis via. Lugent viduae et pupilli, suis orbi parentibus; sublata principaliora Gabiorum capita; ac effusus innocens multorum sanguis plagas cum Abele ferit aethereas. Ast necdum ullus tantae crudelitati Austriacae modus est, necdum satiata multorum sanguine quiescit, donec ad explendam dominationis suae libidinem, nostrum quoque, cum aliis octuaginta duobus primoribus patriae civibus, specifice registratis, ac pari crudelitati destinatis, sitibunda appeteret. Viximus liberorum haeres Principum, privatam in Regno traducentes vitam, ruiturumque ad occasum dulcis patriae statum lacrymantibus saepe circumspeximus oculis. Ac dum, tuta conscientia, omne a nobis discrimen longe abesse crederemus, nihilque mali accessurum vel ipsa mentis suspicari quivisset meditatio, ecce subito Austriacorum primores Regni Proceres tollendi consilio, omissa (contra mentem Art. XXXIV. anni 1613)[18] citatione solita, incauti capimur, postpositaque personae qualitate, stricta circumdati custodia arcto carcerum squalori includimur. Horret meminisse animus tot ac tantorum malorum, quibus innocentia (teste divino Numine) toto orbi profitenda, Austriaca immanitate dirissime vexata est. Accusamur criminis laesae Majestatis, conducta est testium perfidia, promissa concaptivis praemia, adulterata literarum inter-

[17] Az 1698. szeptember 10-ikén kezdődő bécsi értekezletre a kormány a meghivott egyházi és világi uraktól, a megyei és városi követektől a négy millió forintnyi adóteher oly módon való felosztását kivánta, hogy a városok fizessék a tizenhatod részt, a többinek kétharmadát a jobbágyok, egyharmadát pedig az urak és nemesek vállalják el. Az értekezlet kijelentette, hogy ez ügy országgyülés elé való, az adó leszállítását kivánta s a tehernek oly módon való felosztását, hogy az urak és nemesek egy ötvened részt, a városok egy tized részt viseljenek, a többit a nép fizesse.

[18] A czikknek második része így hangzik: nemoque, nisi legitime citatus et iuris ordine consueto convictus, in persona vel bonis sub quovis colore damnificetur.

pretatio; Judiciumque Delegatum infinitis legibus vetitum, perfide, excluso foro ordinario, institutum est. Quid inter tam apertam jurium patriorum ruinam, certamque alta mente reposti furoris insidiantem indemni vitae cladem, agendum superfuit? Eripuit divina, cum Daniele, nos bonitas de inhiantis leonis faucibus, miraque de captivitate tetrica eliberatione eductos in securum perduxit portum. Lata est itaque iniqua adversum nos absentes sententia, tot imperfectionibus, ac aliena a vero accusatione, referta, ut aequo judici, pensiculatius eam ruminanti, profecta de animo malevolo lati praeposteri judicii iniquitas palam liqueat. Fatetur idipsum certus, sub finem praescitae sententiae, paragraphus, dum de rigore juris (prout ibidem expressatum est) Principem Austriacum ad instituendum contra nos processum minus fuisse obligatum, allegaret. Ergone solutum se legibus judicat? Clamant jura Regni cum Diplomate in adversum omnia, nullamque clare praecitati Art. XLI. anni 1536, Art. VI. 1687, itemque Titulus V. part II. Oper. Trip.[19] nobiles patriae cives, extra ordinarium juris processum Regibus inesse convincendi facultatem, palam loquuntur. Sed non prohibuit rubor in alio antelati Judicii paragrapho eloqui, formatum esse per Fiscum regium contra nos processum. Parcius! Submisimus caput, indemnitate tutum, patriis legibus, solamque (uti ex annexis sub calcem, datarum ad Caesaream Majestatem postremarum Litterarum nostrarum genuinis paribus videre est)[20] solito processu administrari justitiam, ingeminavimus. Nulla hic ad emoliendam male animati Principis mentem habita est legum ratio; quae, licet dictante Articulo VI. anni 1687, *si quos imposterum regnicolarum notorie delinquere contingeret; modalitate legum Regni superinde conditarum, et processus in iisdem fundandi, contra eosdem procedi debeat,* his expressis verbis innuerent; tantum tamen abest ut recentibus his constitutionibus satis fieret, quin potius ad incompetentem peregrini juris et processus rigorem, immemori Diplomatum mente adacti sumus

[19] Tripartitum P. II. T. V. így kezdődik: Ulterius si quaeratur; quos ligent Constitutiones, et Decreta? Sciendum, quod primo ligent ipsum Principem, qui eas populo postulante edidit. Iuxta illud: Patere legem, quam tuleris ipse.

[20] A levél, melyet Rákóczy asztalán hagyott, midőn börtönéből kiszökött, s melyet e manifestummal együtt kinyomatott, közölve van Szalay Történetében.

subeundum. Et quid porro ad comprobandam facti indemnitatem manifestius, quam concaptivos pari delatione complices nullius criminis reos adinveniri, absolvi et dimitti liberos?

Nec enim rem tanti ausus, excitandaeque in Regno factionis, unam eandemque singularem personam tractare quivisse prudentiae dictaret ratio. *Exulat justitia, ubi praeconceptus animi dominatur furor.* Lusere diutius expansis ambitionis velis ampla Austriaci regiminis navigia, donec luxuriantem in malis nostris ejus cursum justa divinae vindictae Charybdis, fatalibus reciprocae calamitatis fluctibus, obruat. Non vult divina clementia ulteriori liberum hoc Regnum Austriacorum exponi praedocinio; dum exemplari ad seram posteritatem benignitate, a praemeditata nece liberos, jamque christiano caeterorum Principum favore ad intima Regni penetrantes, justorum nos ducem armorum esse voluit. Ita a natura comparatum est, ut ingenui Hungarorum animi contumeliam ferre nequeant: natique in libertate liberi Regni cives, servilem subire sortem, dura nece durius censeant. Pateant itaque Orbi Christiano justissima gentis Hungarae arma, ac dum exitiosam avitae libertati nostrae insidiantem domum Austriacam, ex premissis aequo judicio ponderat, favore et auxilio genti, libertate sua praeter fas et aequum mutilatae, patrocinanter adesse cordi sibi sumat. Nos (nec enim toties Diplomata sua violantibus amplius fidere superest) ad eliberandam de jugo Austriaco dulcissimam patriam, (quae omnes omnium charitates una complectitur) vitam, fortunasque, ac ultimam sanguinis guttam sponte consecramus; nullamque dominandi sumptis his armis inesse ambitionem, lucrum, privatamve gloriam, coram Deo, Angelis, Sanctis, ac Orbe Christiano sana conscientia publice manifestamus. Militabit (fixa in Deum anchora) pro nobis aether; ac non imputatis afflictae genti communibus delictis, dum fluctuantem in tot malis justae causae cymbam amplo sequiorum progressuum oceano committimus, ad tutum pristinae felicitatis, secundis auxiliatricis providentiae favoniis, perducet portum, triumphaturaque jam tandem perpetuae malaciae coronabit classico.

Datum ex Castris nostris in Dominio Munkacsiensi positis, die septima mensis Junii, anno Domini millesimo septingentesimo tertio.

VI.

AZ ÓNODI ABRENUNCIATIO.

II. Rákóczy Ferencz 1706 deczember 13-ikára Rozsnyóra hívta az országtanács tagjait. Emlékirataiban a rozsnyói tanácskozásokról így nyilatkozik: »A kormánytanács egybehivásának legfőbb oka a franczia király válasza volt arra a szövetségi ajánlatra, melyet Desalleurs marquisnak Egerben tettem. A király rendeletet küldött neki, hogy ismerjen el engem Erdély fejedelmének és nyilatkoztassa ki, hogy utasítása szerint királya e minőségben tárgyalhat velem, de nem a szövetséges rendekkel, a kik szövetkezésükkor nem jelentették ki elszakadásukat az ausztriai háztól s látszatra még nem függetlenek; mert ellenkezik a király méltóságával az, hogy tárgyalásokba bocsátkozzék más fejedelem alattvalóival. A nagyszombati tárgyalások alkalmával az egész nemzet világosan észrevette, hogy törvényeinkkel és szabadságainkkal megegyező békére nem számíthatunk; továbbá, hogy a közbenjáró hatalmak, noha elismerték ügyünk jogosságát, kedvünkért nem fognak a császárral szembeszállni mindaddig, a míg fegyvereinek Franciaország fölött annyi győzelemmel kivívott felsőbbsége megtörve nincs. A kormánytanácsban mindenki azon a véleményen volt: mondjuk ki a függetlenséget, hogy a franczia királylyal szerződést köthessünk, a mely módot nyújt a királynak arra, hogy mint szövetségeseit pártoljon bennünket, midőn az általános békéről lesz szó. De ha

nem csalódom, figyelmeztettem őket arra, hogy kárt is okozhatunk a nemzetnek a függetlenség kimondásával. Mert ha szerencsétlenségünkre a császár fegyverrel legyőzi a nemzetet, a hódítás jogára támaszkodva eltörölhetné összes törvényeinket, mint II. Ferdinand Csehországban a prágai csata után. E nehézség, melyet csak azért is említhettem, hogy jobban megismerjem némelyek érzelmét, senkire sem tett hatást. Valóban, könnyen beláthatta akárki, hogy, ha szerencsétlenül járunk bármi módon, a kiméletes eljárásból nem lesz hasznunk; ellenben sok a veszteni valónk, ha elmulasztjuk a szerződést a franczia királylyal. E határozat volt oka annak, hogy a rendeket Ónodra hívtam a következő tavaszra, mert a nagy ügyben szükségünk volt hozzájárulásukra.«

A kormánytanács e határozatát 1707 január 22-iki ülésén hozta. Az ülés jegyzőkönyve (Thaly közl. Századok, 1896. 13. l.) így hangzik:

Die 22. Januarii celebraltatván sessio Rosnón, valának jelen a Senator Urak közül: Mélt. Generalis Gr. Bercsényi Miklós; Pettes András egri nagy prépost; cancellarius Sennyey István (báró), Petrőczy István (báró), Esterházy Dániel (gróf), Vay Ádám, Jánoky Zsigmond, Galambos Ferencz, Kálmáncsay István; kassai vice-generális, Berthóti Ferencz; Kajaly Pál, Gerhárt György és Soós István uraimék ő Ngok és ő Kglmek. Mely sessioba a Mélt. Vezérlő-Fejedelem Kegyelmes Urunk ő Nsga Senatussal consultálódván, elolvastattanak némely levelek, melyeket a Mélt. Fejedelem post tractatum pacis Tyrnaviensem a mediatoroktúl vett; mellyek által ujabb tractára láttatik provocáltatni, jelentvén azon Mediator Urak, hogy József király minden törvényes kivánságait a Magyar Nemzetnek meg akarja adni, — amint is ezen oblatiók, de dato 2-da Januarii Mélt. Fejedelemnek irott levelébül (a mediatornak, Hamel-Bruyninxnak) kitetszenek. De mivel ugyanazon levélben, megnevezett oblatiók után subjungálva vagyon formalibus: »nisi ipsius Regis et Regni, ratio et securitas communi consensu quaedam utcunque circumscribenda svadeant«, mely czikkelyekbül

kitetszik, hogy valamint ezelőtt fucate és nem sincere tractáltanak: úgy mostanság is a nemzet veszedelmére igyekeznek. Nem bizhatván azért a megbékélléshez továbbá, a Haza securitására mit kellessék cselekedni? Az Austriai Dominium abrenunciatiója, detronisatio és interregnumnak pronunciatiója, ezt tanácsos-é elkövetni, vagy sem? — Nagy kérdések és disceptatiók valának. Utoljára csakugyan az találtatott, hogy az Austriai Dominiumnak abrenunciatiója felettébb is szükséges, ex infrascriptis rationibus: I-mo. Az Austriai Háznak ily fortélyos és szines békességtractálását experiálván a Haza: vele való megbékéléshez nem bizhatik. Szükséges lévén azért a hadakozásnak való folytatása, pro 2-do. Előre feltévén azt magában, hogy az Austriai ház minden tüle kitelhető és gondolható erejit nemzetünk ellen fordítani el nem múlatja; kinek a Haza, megfogyatkozott állapotjához képest nem resistálhatván per se; de necesse a külső Fejedelmekhez kelletik recurrálni és azokkal való colligatiót munkálódni. Pro 3-tio. Feljebbnevezett külső Fejedelmekkel való colligatiója sok ratiókra nézve szükséges lévén: de legfőképpen, hogy az által az universalis békességnek tractatussában beléphessen és abból ki ne rekesztettessék; csakhogy Pro 4-to. Külső Fejedelmekkel való colligatióját nemzetünk nem consequálhatja, hacsak magát pro gente libera nem declarálja; mivel úgy, mint más Fejedelem jobbágysága alá vetett nemzetnek, egy külső Fejedelem is pártfogására magát nem resolválja.

Pro 5-to. Hogy pediglen magát szabad nemzetnek declarálhassa: szükséges az Dominii Austriaci abrenunciatio, úgy, hogy a ki ezen édes Hazánk eleitül fogvást szabad nemzetit maga jobbágyának és örökös vazallusának tartja: azt, régi eleitül származott törvényes szabadságához ragaszkodván, úgy mint azon szabadságinak megrontóját, urának ne tartsa. Járúl ezekhez, hogy az Austriai Ház dominiuma abrenunciatiójának, detrónizatiójára az mostan praetendens királynak, sok ratiók deserviálnak, úgymint: I-mo. Conditionatus király lévén, a conditio nem adimpleáltatott: mert a Regnicolákkal azokrúl, a kikrül meg kelletett volna alkudni és megegyezni nem egyezett meg. 2-do. Per libera vota választott király nem volt, nem is királyválasztásra publikált diaetakor választatott, hanem csak obtrudáltatott, olyankor pedig, a midőn az eperjesi véres theatrumon sok ártatlan nemesi rend felmészároltatásával a Regnicoláknak nagy terrort incutiált szivekben. 3-tio. A mely juramentumot praestált is: azt is meg nem

tartotta, sőt positive annak is contraveniált. 4-to. In possessione dignitatis Regiae, et Regiminis nem volt; hanem azon igazságos ügynek motusi alatt történt atyja halálának alkalmatosságával erőszakosan, hadakozással magát királyságnak possessiójában ingerálni kivánja. Annakutánna kérdés támadott: mikor és mi formában legyen meg az abrenunciatio? Úgy tetszett, hogy mostanság legalkalmatosabb ideje volna; azért, valaminthogy a Confoederatio per universalem Nobilitatis convocationem ment véghez; ezen abrenunciatio is úgy instituáltassék, rendeltetvén pro loco congressus Rosnó városa, ad diem 24. Februarii Anno modo decurrentis 1707. Az üdő alatt pedig minden potentatusokhoz követek expediáltassanak, melyek által Hazánknak igaz ügye s Austriai Házzal való, rende kivül való uralkodásra vágyódása miatt meg nem lehetett békéllése repraesentáltatván, patrociniumjok imploráltassék; signanter pedig franczia királyhoz, anglusokhoz és hollandusokkoz, lengyelországi Respublicához, és más királyokhoz is, a honnand valamely segedelemnek reménysége lehetne.«

A január 24-iki ülésen »Differáltatott azon Generalis Conventus pro prima mensis Maji, Nemes Borsod vármegyében, Ónod mező városa tájékán levő mezeire«. Az országgyűlés azonban május 31-ikén kezdődött. A június 13-iki gyűlésen a fejedelem indítványozta az abrenunciatiót. Bercsényi hosszú beszédben támogatta az indítványt. Beszédében utalt arra, hogy az abrenunciatio már akkor mondatott ki, midőn a rendek a szécsényi gyűlésen megalkották a confoederatiót. Beszédét e szavakkal végezte: »Eb ura fakó.« E szavakat az egész gyűlés ismételte és Rákóczy indítványa nagy lelkesedéssel elfogadtatott. A rendek rögtön megfogalmazták az abrenunciatióra vonatkozó törvényczikket, mely az országgyűlés articulusai közt a második. E második czikket külön is kiadták. A czikket az egykorú nyomtatott példány után közöljük:

Minekokáért az ausztriai háznak, oly csalárdul alattomban való alánk áskálásával, veszedelmünk munkálódása, és álnokúl velünk bánása, s nem egyébre, (hanem hogy maga kegyetlen uralkodása

és utálatos igája s erőszakos hatalma alá hajthasson bennünket,) czélozása avagy csak onnan is bővségesen kitetszik, hogy ő királyi hatalmával s authoritásával gonoszúl élvén, s nem lévén maga kötelességére, (mely hazánk irott törvényeiben és a hittel megerősített diplomákban bőven le van ábrázolva,) semmi tekintete: különb-különbféle szinek alatt nyilvánvaló erőszaktételre, vérontásra és ezen magyar nemzetnek feltett eltörlésére kifakadott, úgy hogy már többé nem a királyi igazgatói és oltalmazói hivatalban foglalatoskodott, hanem az ország lakos rendeinek és azok szabadságainak nyilvánvaló ellenségévé változtatta magát annyira, hogy sok rendbéli mély alázatossággal, nemkülönben mint isteni felségnek, mind az előbbeni ausztriai királyoknak s mind az első Leopoldusnak nyujtott esedező supplicatiókra is, a panaszoknak, a gravameneknek soha semmi orvoslását e haza nem nyerhette, sőt hovatovább naponként nagyobb s nagyobb gonoszba merült állapatja. Méltán fordítjuk tehát azon nehéz iga és kegyetlen tyrannusi uralkodásra nézve szemeinket mindazokra a gonoszokra, és szabadságink kiforgatására, melyeket kegyetlen tyrannusi országlásának kezdetitől, s derekasabban pedig a mi időnkbeli emlékezetünktől fogva, mindenféle szinek alatt elkövetett és elkövetni ugyan szokásba vett vala; melyeket másként is már ennekelőtte kibocsátott s nyilvánvalóvá tett közönséges irásinkkal a keresztyén világ itéleti alá bocsátottunk. És noha azon sok gonoszságoknak temérdek voltától indíttatván, avagy csak igazságos fegyverkezésünknek felfogásával is, és kegyetlen tyrannusi uralkodási ellen való szövetségkötésünkkel s az által tett vezérlő fejedelmi guberniumunknak megerősítésével hozzája való kivánt engedelmességünknek, nem jól folytatott királyi országlásának azonnal ellene mondottunk és magunkat azáltal felszabadultaknak lenni kijelentettük: mindazonáltal tovább is éles, és megért elmével vizsgálván és meggondolván a mostani országló első József császárnak a magyar koronához képzett jussát és álnokul koholt praetensióját, vagy ahoz jutásra való kivánságát, kit a pozsonyi országgyülésében, az ország statusi és rendei által magának örökös jussal adatottnak lenni állat. Minthogy azon országgyülésbeli decretumnak rendi így szól: ‚Mi Leopoldus sat. Midőn elménknek több szorgalmatossági között eleinkről reánk szállott Magyarországunknak hajdani boldog állapotjának helyrehozásában fáradoznánk, ezen hasznos orvoslás is juta eszünkbe, hogy e folyó 1687. esztendőbeli szent

Lukács napjára szabad királyi Pozsony városában az egész egyházi és világi, nemesi és több említett magyarországi és hozzája tartozó részekbeli statusoknak és rendeknek közönséges országgyülését hirdetvén, a hol magunk is jelenlévén, felséges ércz herczeg József elsőszülött fiúnk nekiek jövendő királyokká s urokká koronáztatnók' s. a. t. Ahonnat nyilván kitetszik, fennlévén épen akkoriban valóságosan az eperjesi mészárlásnak vérontó theatruma, annak rettentő s kegyetlen hóhérlásibúl, melyekre magunk is jól emlékezünk, bizonyosan tudjuk s kitanultuk az országnak abban az időben nagy szorongatásban s inségben lévő főfő rendei életeknek s jószágaiknek veszedelemben forgásával, minden előrelenni szokott választás nélkül, Józsefnek a királyi székbe erőszakos és tyrannusi kegyetlenséggel való betolását, fenntartott álokokkal lett hiti letételének semmirevalóságát, erőszakos voksolásoknak törvénytelenségét, annak felette tyrannusságának tovább is folytatását, melylyel annyi sok álnok trakták által is, nem hogy az országot előbbeni szabadságában helyreállítani ügyekezett volna, sőt inkább atyja gonosz cselekedetinek helybenhagyásával maga is hasonló tyrannusi kegyetlenséget üzvén, az ország raboltatásától, pusztításától s rajtavaló fenekedésétől, melyek mind a gyalázatos és tyrannusi szolgálat alá való hajtásunkra céloztanak, vérontó fegyverének dühösködése által eddig is meg nem szünt. Mivel pedig ezen mi országunknak még a legelső fundátora is, a szent István király I-ső decretumának 4-dik részében, maga fiának a szent Imre herczegnek és következendőképen minden magyar királyoknak kiadott parancsolatiban való sententiáját e következendő szókkal jelentette ki: Ezekből pedig — t. i. a fejedelmekből, ország báróiból, hadi főrendekből s nemesekből — senkit szolgálatra ne kénszeríts, vagy szolgának ne nevezz sat. Ha szelid erkölcsü leszesz, királynak mondatol és a király fiának, és szerettetni fogsz minden vitézlő rendektől; ha pedig haragos, kevély, irigy, és békételen lészesz és a grófokon s fejedelmeken nyakaskodó, kétségkivül a vitézlő rendnek erőssége, a királyi méltóságnak megtompulására, s csökönésére válik, és idegeneknek adják a te országodat! Mely sententiát a megholt Leopold császár is, az ország több úri rendeinek és státusoknak nyakokra ülésével és e szabad nemzetnek gyalázatos szolgálat és jobbágyi sors alá való hajtásával mint iga alá hajtattakon való bánásával, és minden Törvényeinek s szabadságinak kiforgatásával, magára hárította; Josephus is

nem királyi guberniumbeli, hanem valósággal tyrannusi successiót, minthogy nem választatott, hanem az atyjától erőszakosan elétaszíttatott, követelhet méltán magának. Minekokáért ezen mi mindnyájunk közönséges akaratjával végezett s megerősíttetett artikulussunkkal, magunkat említett első József császár és őáltala az egész ausztriai ház, rajtunk követelt királyi engedelmességétől s tiszteletitől, és minden magának tulajdoníttatni kivánt jussától a magyar koronánkhoz, országunkhoz annak igazgatásához, most avagy jövendőben, akármi módon való ragaszkodásától felszabadultaknak és megmenekedetteknek lenni végezvén, nyilvánmondván s declarálván: mindazoknak abrenunciálunk és ellene mondunk; és ekképen régi dicső szabadságunknak s legfelső törvényes jussunknak erejével, és authoritásával, mely mind isteni s mind emberi törvények szerént reánk szállott és származott, — senki arra bennünket nem kénszerítvén, sem abban ellent nem tartván, hanem teljes jókedvünkből és szabad akaratunkból hazánkban interregnumot lenni vallunk, tudniillik: országunkat király nélkül lenni jelentjük és hirdetjük. Declaraljuk azonkivül, és kiadjuk, hogy mindazokat az hazánk fiait publikus és nyilvánvaló ellenséginknek fogjuk tartani, valakik ezen artikulusoknak datumjától, avagy kiadásától fogva két hónapok elfolyása alatt confoederatiónkban, vagy szövetségünkben béállani nem akarván, a megírt ausztriai háznak hüségében, engedelmességében akármi módon és akárhol megállapodnak és országunknak törvényesen tartozó egyességére s hűségire vissza nem térnek; úgy hogy a megmondott idő eltelvén, azoknak minden javai, s jószági azonnal, mindjárt, közbenvetés nélkül, ezen artikulusunk erejével az ország fiskusára szálljanak örökösön, úgy azoknak tisztességök, méltóságok, szabadságok félben szakadtaknak és semmirevalóknak tartassanak. A szerént az egyházi rendek is mindnyájan, valakik ezen végezésünknek eleget tenni nem akarnának, jószágoknak avagy beneficiumoknak bírására érdemetleneknek, és nem méltóknak tartassanak, és minden politicai activitás, vagy külső világi társaságbéli jóknak vélek közlése, s affélékben való avatkozások nélkül ellegyenek.

VII.

A SZATMÁRI BÉKEKÖTÉS.

II. Rákóczy Ferencz 1711 január 29-ikén ezeket irja Bercsényinek: »Ha Károlyi Pálfit nem tartóztatta volna, csak legkissebb hirével is motusának: vége lett volna dolgainknak ezen sokféle rémülés között . . . úgy látom, hogy valóban kevés lesz, a ki a békességet quoquomodo ne amplectálja, avagy spe pacis evanescente, gratiára ne menne.« Rákóczy tehát hasznosnak vélte a Pálfival való alkudozást, de nem a császári tábornok igéreteitől várta kivánságainak valósulását. 1711 február 18-ikán irja Károlyinak: »In omni casu jobb s állandóbb békességet remélhetünk az moszkva interventiója által, mintsem az Pálfi hitegetési után. — Melyre nézve csak megyek, — az mint mondám — mert vett leveleimből azt collimálhatom, hogy Ilvóhoz [1] nem felettébb messze találom az Czárt, az kitül, Isten után, függ boldogságunknak minden reménsége . . . Így azért legdrágább kincsemet: édes hazámat, Munkácsomat és abban lévő másik mindenemet Kegyelmedre hagyom, s lelkire, hitire kötöm, bizom, — teljességesen elhitetvén magammal az Kegyelmed resolutiójának állandóságát, az melyet minap ujobban is adott Munkácson, hogy nemzete boldogulása nélkül nem békéllik, s egymást el nem hagyjuk; ennél is különben nem enged békélleni confoederationális hitünk, az mely által mind lelkünket, mind maradékinkat sub nota

[1] Lemberg.

perditionis in Patriam kötöttük édes hazánknak. Vezérelje s kormányozza azért Kegd. hadakozását absentiámban mennél jobban lehet, az midőn én is minden bujdosás és nyomoruságok által űzni s keresni kivánom boldogulását, s hitemre mondom, hiszem is annak elérését, vagy legalább szemben lévén az Czárral: megirom valóságosan: mihez bizhassék Kegyelmed s közönségesen mindnyájan?« Márczius 14-ikén Sztare-Szelóról Rákóczy ezeket irja Károlyinak: »Instructio gyanánt vehette Kegyelmed mindazokat, a mellyeket ... leveleimben tudtára adtam vala, s informálhatta Sennyei úr is Kegyelmedet akkor vett közönséges resolutiónkról, hogy tudniillik confoederationalis hitünk, — a melylyel mind lelkünket, mind maradékinkat sub nota perpetuae perduellionis in Patriam lekötöttük, — nem engedi, hogy törvényes szabadságunk felállítása nélkül letehessük fegyverünket; az melly nemcsak az jószágunk restitutiójában áll: de azoktúl függ, az mellyekre az Felséges Császárnak irott levelembe revocáltam vala magamat Kegyelmedre s Kegd előtt is elolvastam vala; s accedált ahhoz azólta az erdélyi fejedelemség dolga is: mivel hitemtül, — a mint Sennyei úr Kegyelmedet informálhatja, — fel nem szabadíttattam. De, megvallom, tovább is mindazok elérésére kevés reménséget nyújt Locher lejövetele, nem látván: mi köze légyen az Bellicumnak az magyarországi békesség tractálásához? s nem is magyarázhatom külömben, hanem, hogy egyedül csak, mint fegyverrel meggyőzötteknek, az Bellicum által offerálják az grátiát, s azon sententia meghallgatására hijták Kegyelmedet.« Mikes Mihálynak irja a fejedelem április 2-ikán: »A bécsi udvarnál való tractárúl úgy legyen informálva Kegyelmetek, hogy abban legkisebb synceritást sem látunk; a ki azon igyekezvén, hogy bennünket egymástól elszakaszszon: nekünk ugyan minden jószágainknak restitutióját megigérte, — de kivált erdélyi Hiveinknek

tractája felől hallani sem akar; mindazáltal bizonyossak lehetnek, hogy mi sem a Confoederatiótúl nem recedálunk, sem hittel megerősített fejedelemségünköt Kegyelmetek consensusa nélkül soha se nem abdicáljuk, sem másra nem transferáljuk.«

De Károlyi csak a békülésben látta a menekülés egyedüli útját s bizott Pálfiban. »A Kegyelmed lelke adjon számot érette,« — irja neki Rákóczy április 9-ikén — »a melyet bizonyára nem Pálfi, se nem egy császár széki eleibe citálok én az egész magyar ontott és ontandó vérrel együtt, — de az eleibe, a ki előtt nincs titok; meg fogja az, tudom, bírálni mindazokat, a melyektűl Kegyelmed magát a világ előtt kívánja immunisnak tartatni, mind azt: ki micsoda clausulákkal, reservátákkal és restrictiókkal tette le és tartja a hitit? s hol volt az igaz confoederatio? s ki mivel tartozik avagy tartozott Istenének s urának? — mert mindezeknek nem találhat a világ birót. Kinyilatkoztatik ott, ha a solennitas, pompa, és a diffidentiától való félelem tartóztat-é a békességtül, vagy az hamis hitnek elkerülése, és azon törvény- s igazságnak manutentiója, a melyet ellenségem kezében és rabságában lévén is, véremmel mertem kérni, manuteneálni, — nemhogy most, szabadságomban, ne merném!...« — (Thaly: Archivum Rákóczyanum I. oszt. III. k.) Károlyi nem állott egyedül. Sennyei István, a kire Rákóczy Munkács védelmét bizta, arra a kérdésre, hogy »vezérlő fejedelmünk nélkül, hozzá fogjunk-e a békesség tractájához, vagy a fegyverkezésnek tovább való folytatására resolváljuk magunkat?... elméjének és lelkének sok tusakodási között azon nyugodott meg, hogy nemcsak lehető, de szükséges is hozzá kezdenünk«. Okai a következők: »1. Ámbár a fejedelem bizonyos akadályi miatt ki nem jöhetne is, de az olyan akadályra nézve törvényeinknek s szabadságainknak visszaadatását

ezen alkalmatossággal, melyhez több időt alig reménylhetünk, siketségre nem vehetjük. 2. Meg sem bántjuk sem ő felségét, sem a confoederatióhoz való hitünket; mert mind a fejedelem sokszori resolutiói, mind hites kötelessége, s nekünk is az öszveszövetkezésre letett hitünk a szabadság keresésének kimunkálkodására nem csak hatalmat ád, sőt arra szorosan kötelez is. 3. Meglehet, jó is lészen, a fejedelem jelenléte nélkül is ezen mostani tractát elkezdeni, mert akármely országban, a népek között, ha az előljáró fejek helyes akadályokra nézve elmaradnak, az egész nép nevével és személyében a közönséges csendesség megszerzésében a jelenlévők végeznek, s végezni tartoznak is, kiváltképen ilyen végső szerencséltetésben. 4. Mostan módunk és időnk lévén, nemzetünk közjavának kimunkálkodására, ha elmulatnánk, következő romlásáról és veszedelméről méltán megfeddethetnénk, sőt magától is vezérlő fejedelmünktől elhitettem magammal, nem azért, hogy abban munkálkodunk, hanem hogy azt elmulattuk, neheztelést vennénk magunkra. 5. A külső segítség reménysége sem halaszthatja el ezen mostani békességnek végezését, mert azok nem csak bizonytalanok, de ha minden kétségen kívül valók volnának is, az ő győzedelmök igen kétséges, sőt ha azokat bizonyosan tudnánk is, de ha törvényeink és szabadságink mostanában úgyis megadatnak, minémű lelki esmérettel és mi okra nézve kellene fegyverhez kapnunk? meg nem foghatom.« Sennyei ez irásbeli nyilatkozata április 22-ikéről van keltezve. Az erdélyi és magyarországi rendek szathmári gyűlésén április 28-ikán Károlyi azt kérdezte, hogy a »pacificatio punctumai szerint kivánják és akarják-e venni a felséges császár gratiáját? Melyre egyenlő szabad szóval mind a két országbeli rendek felkiáltottak: hogy igen is, az ő felsége gratiáját alázatosan veszik, és aszerint magokat az ő felsége hivségére adják.

Továbbá azon generalis praeses úr megint kérdést tett, hogy a kik ezen ő felsége amnestiális gratiáját venni nem akarnák, és Isten után ezen már annyira elővitt jót és békességet titkon vagy nyilván háborgatni akarnák, az olyanokkal mint kellessék cselekedni? Melyre újra egy szóval felkiáltottak; hogy azok számkivetettek légyenek« (Pulay János: A szatmári békesség. Szalay: Magyar Történelmi Emlékek V. k.). A szatmári béke hosszú időre befejezte az alkotmányért vívott küzdelmeket s alapja lett az új rendnek. A béke okiratát az egykorú hivatalos nyomtatvány után közöljük:

Nos Eleonora Magdalena Theresia Dei gratia Romanorum Imperatrix, vidua et coronata Hung. Dalm. Croat. Sclav. Regina, utpote serenissimi ac potentissimi principis ac domini Caroli III. Dei gratia Hispaniarum, Indiarumque, nec non Hungariae, Bohemiae, Dalm. Croat, Sclav. regis etc. Regis, Filii nostri dilectissimi, nunc unici Mater et Regnorum ejusdem pro tempore Rectrix. Notum facimus universis et singulis, signanter autem Fidelibus Nostris Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Magnificis item Egregiis et Nobilibus, nec non Prudentibus et Circumspectis Supremis et Vice-Comitibus, Judicibus Nobilium, et Juratis Assessoribus, ac totis demum Universitatibus Dominorum Praelatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium praefati Regni Hungariae, et partium eidem annectarum quorumvis Comitatuum, non secus Liberarum ac Regiarum Civitatum, Privilegiatorum item Oppidorum, Villarum, Possessionumque Magistris Civium, judicibus, senatoribus et juratis civibus, ac inferioris etiam cujuscunque Conditionis hominibus, in praenotato Regno Hungariae, Agentibus ... Quod posteaquam his recenter transactis temporibus, sacr. quondam Princeps et dom. Josephus gloriosae memoriae Romanorum Imperator, ac Germaniae, Hungariae ... rex, filius noster gloriosae reminiscentiae desideratissimus pro ingenita sua clementia ... fideli nostro nobis sincere dilecto, spectabili ac magnifico comiti Joanni Pálffy ab Erdőd, praefatorum regnorum Dalm., Croat., Sclav. Bano, Campi mareschallo... nec non Carolo Locher de Lindenheimb, C. R. Consilii Aulae Bellici Consiliario, pro reducenda stabiliendaque ... dicti regni

Hungariae Transilvaniaeque quiete et tranquillitate cum illustri Francisco, alterius condam Francisci Rákóczy principis filio, ejusdemque hactenus asseclis universis, et quibusvis Hungariae et Transilvaniae Regnicolis conveniendi, et omnimodam transigendi dedisset, clementerque impertitus fuisset potestatis facultatem, speciali eatenus emanato, iisdemque in originali remonstrato, et in genuinis Paribus Communicato benigno mandato firmatam; vigore cujus memoratus Comes Joannes Pálffy, praehabitis ad invicem diversis, mutuisque colloquiis et Tractatibus tandem ad certa Conventionis Puncta ab utrinque condescendissent . . .

Et licet medio tempore, dum haec agerentur, altetitulatum Sacratissimum olim Principem Dominum *Josephum* Romanorum Imperatorem et Germaniae . . . de hac mortali vita ad beatae, et sempiternae immortalitatis securam quietem transire contigisset; quia tamen Divina Providentia, Serenissimum et Potentissimum Principem Dominum *Carolum* Tertium, Hyspaniarum et Indiarum Regem, praelibati Domini condam *Josephi* . . . Fratrem et . . . Leopoldi Consortis Nostri . . . Filium Nostrum . . . haereditarium videlicet et inmediatum Sacrae Regni Hungariae Coronae, Regnorumque eidem subjectorum successorem clementissime reservavit. Cujus moderna in absentia, usquedum Deo propitio, propria sua in Persona adesse . . . praedeclaratas benignas Caesareo-Regias memorato Comiti Joanni Pálffy praemissum in finem Clementissime elargitas Plenipotentiales . . . approbavimus . . . Hinc praefatus Comes Joannes Pálffy, praeattacta praevie jam Divino favente Numine initae, et sub dato Szathmarini die vigesima nona recenter elapsi mensis Aprilis anni modo currentis infrascripti conclusae conventionis puncta, nobis pro benigna Ratificatione etiam nostra humillime submisit. Quae nos clementer perpendentes, et altiori mente suscipientes . . . emananda esse duximus . . . usquedum per Summefatum S. Pr. D. *Carolum* Tertium . . . de plenitudine Regiae suae Authoritatis . . . ratihabeantur . . . superinde universos et singulos, quos supra firmiter assecurantes, ac id ipsum Nos omnino effectuaturas, in verbo nostro Reginali et fide publica spondentes et promittentes. Ac proinde Primo. Memorato illustri Francisco Rákóczy vigore praemissae caes. regiaeque Plenipotentiae, per nos quoque, ut praeattactum est, benigne ratificatae et confirmatae, gratiam vitae et universorum bonorum mobilium et immobilium, exceptis iis, quae ad praesidia

pertinent in regno Hungariae partibusque eidem adnexis, ac alibi etiam ubicunque existentium, cum secura permansione in regno, una cum suis domesticis, servis seu familiaribus impertitur. Ad cujus determinationem, si idem hanc gratiam complecti, sed juramenti fidelitatis praestationem differre velit, terminus trium septimanarum ab emanatione praefatae conventionis computandarum conceditur; ita tamen, ut in casu differendi secundum subnexam formulam juramenti, interim fortalitia, sub potestate prae manibusque suis existentia, in statu, quo modo sunt, praesidiis regiis illuc inducendis, bona fide tradantur; aut strictis mandatis tradenda, ipsis commendantibus imponatur, et una etiam omnis militia praesidiaria Rakoczyana exauctoretur, et dimittatur. Dum e contra benigne promittimus: praesidia regia in proventibus, et bonis Rakoczyanis, qua domino terrestri, jam ante hos motus propriis, nullum factura praejudicium, vel damnum, nostrisque seu regiis alenda stipendiis. Haec vero omnia intra praespecificatum temporis terminum explenda, et exequenda. Si porro istis probe peractis memorato illustri Francisco Rákóczy, permansio libera in regno displiceret, relinquitur ipsius arbitrio, eandem etiam sub praestito superius attacto homagio in Polonia habere, ubi citra laesionem homagialis obligationis erga nos, et filium nostrum serenissimum dominum Carolum regem Hungariae sese continebit. Filiique ejusdem supra memoratis conditionibus rite ac fideliter executioni mandatis per nos omnino extradabuntur et restituentur. *Secundo.* Universis tam superioris, quam inferioris ordinis et conditionis, seu ecclesiasticis, seu politicis, aut etiam militaribus Rakoczyanis Asseclis Hungaris pariter ac Transilvanis omnium trium nationum, qui modo in regno, vel penes illustrem Franciscum Rákóczy actu sunt, etiam si qui eorum de se reversales quaspiam, cuipiam antecedenter dedissent, similiter intra saepius memoratum terminum, vitae et universorum bonorum gratiam amnestialem pariter clementer impertimur, et in signum uberioris clementiae et benignitatis, iisdem quoque, qui ante modernam conventionem ad debitam sacro regio diademati fidelitatem, sola vitae duntaxat gratia ipsis appromissa, quandocunque rediissent fidelitatisque homagium deposuissent, quamvis per conventionis puncta exclusi fuissent, parem nihilominus bonorum gratiam tenore praesentium concedimus. Accorda nihilominus, si quae inter ejusmodi reduces, aut quempiam eorundem cum fisco regio inter-

cessisset, in suo statu permanente, bonorum vero talium quoque restitutio hic intelligenda venit; quae fors uno, vel altero titulo ac jure cuipiam collata, sive divendita, vel inscripta, et jam per alios possessa actu sunt; ita videlicet, ut illa quoque sine tamen fructibus medio tempore perceptis penes benigna mandata nostra, ad officiales fiscales, vel camerales generaliter in singulos comitatus, sed et lib. regiasque civitates inmediate exaranda, simpliciter et absque ulteriori mora ac delatione occupari queant; meliorationibus tamen, si quas moderni possessores, sive in reparationem aedificiorum sive oeconomiae promotionem impendissent, legaliter edocendis, praevie pro aequitate refusis; nec metus ullus alicui superesse debet, de quapiam commissione, aut alia quavis methodo inquisitione, respectu bonorum, per modernam amnestialem gratiam restituendorum in futurum instituenda; amnistialis siquidem gratia, omnes similes modos et pacificae possessionis impedimenta tollit et excludit, dum reginali fide, sinceram appromittimus bonorum restitutionem. Similiter benigne annuimus, ne quis possessorum, ubi rusticus solvendae contributioni par non erit, amissione bonorum mulctetur. Depositio etiam armorum non eo sensu intelligi debet, quasi non liceat alicui arma gestare, verum omnem hostilitatem cessare debere. Licebit igitur Magnatibus, et nobilibus, eorumque servitoribus iuxta antiquum, receptumque morem nobilitatis, in suis praerogativis cum gestatione armorum (nullo tamen modo ad offendendum parato) libere uti, ac incedere. Si porro aliquis non obstante hac amnistiali gratia publicae seu privatae regiae, vel legalis etiam vindictae successu temporis desumendae timorem obtenderet; regiae benignitati, et fidei publicae non levis per hoc injuria inferretur: cujus paterna charitas et justitia, abolito integre omni anteriori reatu, hanc amplius resumendam non patitur. Militibus demum inferioris ordinis, eandem amnistialem gratiam similiter benigne elargimur, neque ulli eorum vis inferretur ut servitia caes. regia militaria, sepositis jam ad quietem eorum armis et animis accipere cogatur, solum ut praestito fidelitatis juramento, ad suas aedes discedant, ibique oeconomiam colant, et quiete se se contineant. Militibus vero exterarum nationum, ut pote: Germanis, Gallis, Svevis, Italis, aliisque liber conceditur passus ad suos redeundi, exceptis illis, qui ex regiminibus caes. regiis profugissent; quibus tamen poena, quam propter desertionem regiminum meruissent, remittitur.

Caeteroquin tales ad suas legiones redire, et restitui debent. Si autem unus vel alius exterorum in servitio exiguae considerationis apud aliquem magnatum foret, dummodo non sint militiae caes. regii adscripti, quin ibidem permanere queant, nihil dubitandum. Si qui porro ignobilioris sortis pro libertinis quacunque ex ratione hactenus agniti sunt, in posterum etiam pro talibus habeantur, citra tamen praejudicium dominorum terrestrium.

Tertio. In religionis negotio, receptas regni constitutiones manutenebimus, nec non exercitium ejusdem, secundum easdem leges, et constitutiones, ac articulos regni tam in Hungaria, quam in Transilvania cum beneficiis eorsum de jure spectantibus clementer concedimus, nemini praeclusa via apud nos, et regiam majestatem, vel coram diaeta ratione gravaminum se se insinuandi.

Quarto. Ut his motibus demortuorum orphani quoque et viduae (erga quas ex innata clementia speciali reflexione ducimur) nec non alii legitimi successores, benignitate nostra gloriari queant, cum alias etiam amnistialis gratia, ex mero duntaxat regiae clementiae sinu proficiscatur, universa quoque sub his motibus demortuorum, eorumque viduarum, ac orphanorum, et legitimorum successorum bona, sive alicui collata, distracta vel divendita essent, in conformitate puncto secundo de restitutione bonorum uberius expressata, remittenda, et resignanda clementer annuimus; prout et universis orphanis, (qui sive pueri, sive puellae, vel jam matrimonio locatae in partibus Rakoczyanis acta sunt,) nec non aliis quoque ibidem existentibus legitimis successoribus, parem amnistialem clementiam, et integrum jus, ac bonorum successionem clementer impertimur.

Hoc tamen per expressum declarato, ne moderna haec regia munificientia et gratia, ullo unquam tempore, in aliquam consequentiam et exemplum trahatur.

Quinto. Qui porro regno exierunt, ac in conterminas, aut remotiores se se contulerunt provincias, ob praegnantia autem et legitima impedimenta, vel manifesta vitae pericula, ad praescriptum terminum non redire potuerunt, si absentiam suam ex praedictis rationibus causatam legitime docuerint; ac superinde apud aulam nostram regiam, vel generalem plenipotentiarium, quam primum fieri poterit, se se insinuaverint, illis secundum cognitionem aequitatis gratiam amnystialem puncto secundo caeteris concessam aeque benigne elargiemur. — Quam ad eos quoque exten-

dendam, ac iis etiam suffragaturam volumus, qui qualitercunque et quacunque ex ratione extra regnum occuparentur, dum et quando intra terminum, distantiae loci commensurandum competenter se se insinuaverint. Illis autem, qui superiorum annorum motibus implicati fuerant, adhuc superstitibus (salvo pacis Carlovicensis articulo 10.) gratiam vitae clementer concedimus.[2] Ratione eorum autem, qui in Moldaviam et Valachiam se se recepissent, et adhuc de facto ibidem commorantur, ne ii in Hungariam magnis sumptibus, et molestiis venire cogerentur, benigne commisimus generali in Transilvania commendanti comiti a Steinville, ut eosdem, ubi se se sub competenti termino, coram eodem generale insinuaverint, sicut in Hungaria, ita etiam ibidem gratiam vitae, et universorum bonorum ipso facto obtenturos recipiat. Hac addita declaratione, quod intervenientibus ne fors aliquibus impedimentis quae reditum eorundem in patriam morarentur, ipsis de sufficienti etiam redeundi remedio et securitate provideat. Quo magis autem hoc conventionis opus etiam in Transilvania, secundum benignam intentionem nostram, eo ordine et norma, quo in Hungaria procedat et componatur; hujusmodi conventionis actorum originalia dicto generali comiti a Steinville, pro directione jam transmissa, et communicata sunt. Dignitates magnatum et nobilium regni Hungariae, prout et Transilvaniae, quibus ante hos belli motus fruebantur, hic non comprehendantur, cum inter bona non sint censendae, non tamen ob id praecluso, ad augustam aulam nostram supplicationis recursu, aut praescissa omni eatenus spe; cumque in conservatione jurium, et manutentione principatus Transilvaniae libertatum, cujuscunque nationis incolarum, erga regiam clementiam nullatenus dubitandum sit, ejusdem secundum antiquas regni consvetudines, leges, constitutionesque approbatas, ordinationem et restaurationem benigne appromittimus. Jazygum, Cumanorum, Hajdonicalium item oppidorum privilegia, secundum conformitatem legum Regni, in futura regni diaeta considerabuntur et tractabuntur, ac determinabuntur.

Sexto. Amnystialis hujus gratiae cujuscumque sortis bello

[2] A 10. czikk azokról szól, a kik a Thököly-féle mozgalmak alatt Törökországba bujdostak. Róluk ez a czikk úgy intézkedik, hogy távol lakjanak a határtól s török alattvalók maradjanak, ha visszatérnek, a császár nem ád nekik menedéket, »quin immo deprehensi ottomanicis confiniorum gubernatoribus extradantur.«

captos nationales participes clementer reddimus; deposito tamen praevie homagialis fidelitatis juramento.

Septimo. Damna a tempore inchoationis modernae armorum suspensionis cuipiam illata, comperta rei veritate, ab utrinque bonificari debeant.

Octavo. Ad tollendum scrupulum, aut quamvis diffidentiam, clementissime resoluta haec vitae et bonorum amnystialis gratia generalis, praesenti solenni instrumento inserta, ad omnes comitatus regni, sicque ad universos magnates, nobiles, cives, libertinos, milites et rusticos, et cujusvis demum conditionis, ac ordinis Hungaros pariter et Transilvanos trium nationum, secundum conditiones superius praescriptas extenso, pro certiori omnium consolatione benigne per nos confirmatur.

Nono. Regni Hungariae et Transilvaniae juribus, libertatibus et immunitatibus inviolate et sancte conservatis nullatenus admittemus, ut contra hanc amnistialem gratiam novis contentionibus et litigiis ansa vel causa praebeatur, aut cuilibet quempiam molestiis impetendi, lacessendique modus, aut ratio subministretur, praeterquam servitores regiae majestatis, aliorumque dominorum, et nobilium, ante modernos motus ad dandas rationes obligati; qui hinc excepti dandis omnino rationibus obstricti manebunt. Imo vigore hujus clementissimae amnistialis gratiae generalis, ne quis se invicem scommatibus, jurgiis, et altercationibus proscindat, sub gravi animadversione, et serio inhibemus; unde generalibus praefectis, locorumque commendantibus nec non supremis et vice comitibus, judicibus nobilium, ac Magistratibus civium, districtim demandamus, ut pro contravenientium per competentem eorum instantiam coercitione severa adhibeatur, administreturque justitia.

Decimo. Salva manebit facultas in futura regni diaeta, caetera gravamina non modo proponendi, sed et quae pro salute et honore gentis e re visa fuerint, liberis votis, cum debita reverentia, legaliter clementiam regiam implorandi, ut sane nullus dubitare debeat, regiam Majestatem in conservatione legum praedicti regni Hungariae et Transilvaniae, ac adhibendis ad regni officia indigenis, toti orbi christiano testatum reddere velle, quod in paterno erga Hungariae regnum, et Transilvaniae principatum affectu, ab eadem regia majestate nihil magis desiderari valeat. Prout et eadem summe desiderat, et benigne confidit, ne gens hungara et cujuscunque nationis transilvanica juribus suis innixa, ulli gentium fide

in regem cedat. — Postremo et pro coronide, universis et singulis superius memoratis cujuscunque status, superiorisque et inferioris ordinis personis, qui hactenus partibus Rakoczyanis addicti fuerunt, amnistialem gratiam, quoad vitam et bona sub praefatis nihilominus conditionibus, benigne concedimus, et confirmamus.

Et si dictus illustris Franciscus Rákóczy ad praefixum terminum non compareat, proindeque praefatam ne fors amnistialem gratiam amplecti omnino recusaverit aut juramentum homagiale secundum propositam formulam per procuratorem sufficienti plenipotentia instructum, deponere noluerit; eo non obstante benigne confidimus, quod universi et singuli, ante hac partibus Rakoczyanis addicti, iisdemque renuntiantes in debita regiae majestatis fidelitate permanentes, securitati patriae quovismodo prospicere, et quibusvis Rakoczyanis, aliisque machinationibus nullum ulterius locum dare, sed omnia ea rite observare velint, ad quae homagialis eorum obligatio ipsos secundum jura, et leges patriae obligat et obstringit. Si vero mentionatus illustris Franciscus Rákóczy, praegnantibus causis impeditus, dictum juramentum in praesentia praestare et conditionibus ab eo exequendis praesens esse nequiret, eidem demum benigne indulgemus idem juramentum per plenipotentiarium in animam suam deferre et gratiam amnistialem amplecti, datisque veris et sinceris mandatis, traditionem fortalitiorum ordinare et disponere. Insuper clementer annuimus, ut in casu, quo praefatus Franciscus Rákóczy, circa postulatam, Fortalitiorum Traditionem et militiae dimissionem praestitis modo ac sine mora praestandis, juramenti fidelitatis depositionem secundum praescriptam formulam, ad terminum duarum vel forte trium septimanarum differre vellet, illud etiam ipsi concessum sit. Cui etiam tam ad redeundum, sub verbo regio plenaria securitas patebit. Quae praecensita conventa puncta, singulari homagialis submissionis declaratione firmata, et tandem ab utrinque propriis singulorum syngraphis et sigillis corroborata fuerunt. Quorum subscriptiones sequuntur in hunc modum. S. C. R. et Ap. Mtis. consiliarius intimus, camerarius, banus Croatiae . . . et per r. Hungariae plenipotentiarius, commendans generalis Comes Ioannes Pálffy, Carolus Locher de Lindenheimb. Ex parte Hungarorum Alexander Károlyi, Nicolaus Perényi . . . Ex partibus Trans Danubianis Dániel Rátki, Ioannes Beleznai . . . Ex parte Transilvanorum Barcsay Miklós, Michael Teleky . . . Deputati hucusque Transilva-

norum Rakoczyo, adhaerentium plenipotentiarii; Stephanus Daniel deputatus eorum, qui in Transilvania, Moldavia et Transalpina commorarentur. Ex parte Cottus Maramarosiensis plenipotentiarii Ladislaus Sztojka, Daniel Ajtai. Ex parte militiae antehac Rakoczyanae Transilvanicae: Gabr. Haller, Daniel Josika, . . . Ex parte interessatorum regni Hungariae oppidorum et liberarum regiarumque civitatum: Stephanus Hunyady judex r. ac l. civitatis N.-Bányaiensis, Georgius Szász m. p. judex Felső-Bányaiensis. Nomina autem ceterorum universorum et singulorum, qui in hoc concursu actis et conclusionibus hisce praesentes fuerunt, homagiaque deposuerunt extradata per Danielem Bulyovszky, ex parte Hungarorum notarium, Georgium Pongratz, ex parte Transilvanorum notarium. Formula praestiti juramenti tenoris est subsequentis: »Ego N. juro per Deum vivum omnipotentem coeli terraeque creatorem. Postquam ss. regiaque majestas, ex superabundanti clementia, amnystialem vitae et bonorum gratiam vi plenipotentiae illustrissimo ac excellentissimo comiti domino Ioanni Pálffy ab Erdőd, ejusdem generali campi marschallo, per r. Hungariae supremo armorum praefecto, Croatiae bano, cataphractorum tribuno, concessae per jamdudum emanatas et publicatas declarationes, propter hosce praeteritos motus largita, et impertita sit, nec non regni Hungariae et Transilvaniae jura, leges ac libertates, tam in politicis et provincialibus, quam et ecclesiasticis receptarum religionum negotiis per se, suosque successores sancte conservanda promiserit, imo suam confirmationalem quoque ratificationem obtulerit: me proinde imposterum et semper, usque ad ultimum vitae spiritum, eidem ssae. c. regiaeque majestati, ejusdemque in regno legitimo successori futurum fore fidum ac fidelem, nec quidquam contra debitum homagialis vinculi obligamen directe, vel indirecte, alieno vel proprio motu, et conatu in contrarium commissurum, sed ea omnia rite, ac probe acturum, et praestiturum, re et opere, quae homagiali devotioni, obedientiae et servitio agenda et praestanda incumbunt, et incumbent. Ita juro, spondeo, et me sancta, et inviolabili fide obligo, per sacrosancta evangelia, uti me Deus trinus et unus adjuvet.«

Nos itaque pientissimarum et salutarium praelibati condam filii nostri gloriosae memoriae Iosephi Caeo regiarum in reducenda regni Hungariae et principatus Transilvaniae, quiete, et tranquillitate intentionum, seriaeque voluntatis, ac superinde elar-

gitae plenipotentiae, per nos quoque uti praetactum est, ex post ratihabitae, et confirmatae, condigna habita reflexione, ac universorum et quorumlibet, sive occasione modernae conventionis nunc et de facto, sive ad terminum ibidem praefixum, vel ante hac etiam quandocunque ad fidelitatem legitimo regi, ejusque sacro diademati debitum reversorum, et praestitis ut supra declaratum est, praestandis redituronum, humillima submissione, ac per juramenti depositionem, renovata homagiali obligatione benigne perpensis, pro peculiari etiam nostro, quo erga praefatum regnum Hungariae et principatum Transilvaniae, ducimur affectu, praedeclarata universa et quaelibet praenotatae conventionis, et conclusionis puncta, iisdemque hisce comprehensa singula membra, clausulas et articulos praevio modo jam in forma, solennis et benignae annuentiae concessionis, ratihabitionisque, et confirmationis nostrae emanatos, adeoque generalem amnistialem gratiam, pro universis et singulis praefati regni Hungariae, Partium, principatusque Transilvaniae, cujusvis status et ordinis regnicolis, superioris item aeque ac inferioris conditionis, militibus, nationibus, incolis imo et ipsis rusticis percepto eatenus etiam Consilii Hungarici voto et opinione, non solum benigne acceptamus, approbamus et ratificamus, verum etiam universos et singulos, quos supra in verbo nostro reginali et rectrici authoritate, ac bona fide publica assecuramus, quod praenotatos omnes et singulos articulos, in omnibus eorum punctis et clausulis tam nos ipsae sancte et inviolabiliter observabimus, quam etiam per alios quosvis quorum interest, vel intererit, cujuscunque status, et conditionis sint, observari faciemus. Ac in super eodem in verbo nostro et fide publica spondemus, et appromittimus, praemissa omnia summefatum serenissimum ac potentissimum principem dominum Carolum IIIum, regem catholicum et apostolicum, filium nostrum dilectissimum, ut primum fieri poterit, regia sua authoritate et potestatis plenitudine, denuo, iterumque, ratihabiturum et confirmaturum, ac etiam sancte et inviolabiliter observaturum, et observari facturum. Harum nostrarum manus Nostrae subscriptione, et Reginalis, Rectricisque Sigilli Appressione munitarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Civitate Vienna Austriae die 26-a mensis Mai Anno Di. 1711. Eleonora Magdalena Theresia. Illésházy, Hunyady.

III. Károly megerősítése 1712. márczius 30-ikán kelt.

VIII.

HORVÁTORSZÁGI STATUTUMOK.

A bécsi béke Szlavoniát, Horvátországot és Dalmátiát Magyarország csatolt részeinek (partes annexae) nevezi a régebbi »partes subjectae« helyett. Ez az elnevezés váltakozik a magyar törvényekben a »regna Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae« elnevezéssel. A magyar törvények elismerik e tartományok bizonyos fokú önállóságát. A csatolt részeknek tartományi gyűlése, az úgynevezett Congregatio generalis Statuum et Ordinum regnorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae a magyar országgyűléstől függetlenül határozott a közigazgatás egyes kérdéseiről. A gyűlésen alkotott czikkeket a király szentesítette. E czikkek azonban mégis csak statutumok, mint a vármegyék, vagy városok statutumai. Megvan bennök a statutumoknak az a jellemző vonása, hogy, bár különös helyi érvényű állapotokat teremtenek, nem ellenkeznek a magyar országgyűlés törvényeivel. Eltérhetnek azoktól, mint például a XVII. században a horvát vallási törvények eltérnek az ország törvényeitől, de mégsem ellenkeznek velök, mert a magyar országgyűlés elismerte az eltérés jogosságát Horvátország területére nézve.[1]

[1] V. ö. ezzel a Hármaskönyvet, III. 2. (fönnebb 370. l.) és az 1715 120. törvényczikket, mely így szól: Quum occasione confirmationis, et observationis statutorum municipalium praefatorum regnorum (Croatiae et Sclâvoniae), sub decursu praesentis diaetae plures et variae subortae

Szegedi János *(Tripartitum Juris Hungarici Tyrocinium)* és Kukuljevics (Jura Regni Croatiae ... P. II.), kiadták a horvát tartománygyűlések XVII. századbeli czikkeit. E két kiadás alapján közlünk itt néhány czikket:

Articuli Statuum et ordinum Croatiae et Sclavoniae Regnorum ab A. 1609. adusque 1635. in diversis eorum Congregationibus Generalibus conclusi. A Ferd. II. Regi ac Imp. felic. record. Viennae die 8. Mens. Augusti, A. D. 1636. confirmati.

Articulus I.

Praeterea iidem Status et ordines, unanimi voto et consensu priores Articulos, de non admittenda libertate Exercitiorum in hoc Regno alienae Religionis, confirmant; et si quispiam Praedicatorum haereticorum, sive spontanee, seu ope cujuspiam in hoc Regnum venerit et Zizania seminaverit, praedicatorem liceat unicuique capere, captumque ad Dnum Banum, vel Episcopum Dioecesis deducere: Introductores vero talium et transgressores hujusmodi conclusionis publicae, puniantur poena in Tripartito contenta.

Articulus IV.

Quod vero ad fixos et Indigenas malefactores, Nobiles possessionatos et ignobiles, attinet, utpote fures, praedones, homicidas, raptores, publice audentes minari neces, verberatores et oppressores Nobilitatis, combustores et similium enormium facinorum patratores; item intoxicatores, meretrices, adulteros et strigas, eorumque receptatores, conservatores et fautores: Domini Vice-Banus et Vice-

fuissent quaestiones; S. majestatis R. atque communi SS. et OO. voto decisum est, ut I. statuta eorundem municipalia, regia auctoritate specifice confirmata, in nullam amplius de sui validitate veniant quaestionem. II. Pariformiter etiam per art. 66. anni 1681. generice confirmata,[1] salvo dumtaxat privati cujuspiam ex eorum aliquo gravati ad R. majestatem recursu, itidem pro validis et firmis habeantur. III. Quae neutro modo praedeclarato hactenus firmata fuissent; dispositio tamen eorum adhuc duraret et pro futuro obligare posset; ea et talia infra anni unius spatium suae majestati c. regiae producenda, examini et confirmationi vel reprobationi regiae subjiciantur.

[1] Az idézett czikk így végződik: Quae regna (Croat. et Scl.) ut in suis juribus, privilegiis, statutis, articulis et consuetudinibus, quae hoc loci renovantur et confirmantur, conserventur, conclusum est.

Comes Varasdiensis eos ex Officio citent et juridice convictos, juxta Articulos Regni, brevi Juris processu, poena condigna puniant. Vagabundi autem et impossessionati Nobiles, similis criminis rei, per eosdem capiantur, itidemque poena condigna puniantur. Et singulis annis faciant inquisitiones, de hujusmodi malefactoribus, Domini Vice-Banus et Vice-Comes Varasdiensis. Qui autem juridice jam proscripti, et convicti sunt, eosdem etiam iidem persequantur et capiant, debita poena afficiendos.

Articulus VI.

Confirmatur Articulus, de locis depositionum editus, ita ut quicunque extra loca depositionum mel et porcos Majales extra Regnum educens repertus fuerit, privetur eisdem, per quoscunque privari poterit. Quodsi tamen aliquis Regnicolarum cum extraneo aliquo Mercatore convenerit et in loco depositionis sese praesentaverit, liceat praescriptas res venales extra Regnum educere, ita tamen, ut post praesentationem in loco depositionis rerum venalium, Suae Majestati Tricesimam et tributum telonii Dominis terrestribus, emptor solvere teneatur.

Articulus XI.

Statutum insuper est, ut Vice-Comites, et Judices Nobilium penes querelas procedere, executionesque peragere valeant, ante terminum Diaetae in Regalibus Suae Majestatis specificatum. Exceptis tamen quindecim diebus ejusmodi Diaetam immediate praecedentibus.

Articulus XVI.

Zingari, prout hactenus, sic nunc quoque proscribantur.

Articulus XXI.

Statutum insuper est: Ex quo nulla legitima de causa plurimi Magnatum, qui majorem partem Regni possident, fructusque et utilitates ejusdem percipiunt, et pro communi permansione in medium consulere deberent, se se a Congregationibus Regni abstrahant; ut in posterum quicunque Magnatum hujusce Regni, sine justa et rationabili excusatione sese a praemissa Generali Congregatione Regni absentaverit, extunc ipso facto in byrsagio centum florenorum Hungaricalium convictus sit: quos Dominus Banus pro tempore constitutus, in duabus sibi, in tertia vero partibus Proto-Notario Regni, pro labore cedentibus, per se, vel medio

ejusdem Proto-Notarii, ex bonis mobilibus et immobilibus, hujusmodi sese absentantis Magnatis, vigore duntaxat praesentis Articuli, quibusvis Iuridicis remediis obstare non valentibus, exequi possit, ac teneatur.

Articulus XXIII.

Contingere consuevit, ut nonnulli Regnicolae, non curato Salvo Conductu, Diaetas Regni publicas interturbare, invicem sese verbis inhonestis afficere, vituperare et minari, publice se ad duellum provocare non vereantur. Ideo statutum est, ut nullus Dominorum aut Nobilium ad publicas Regni congregationes armatus, sub amissione eorundem armorum ingredi praesumat. In violatores autem salvi Conductus posthac juxta leges patrias animadvertatur.

Articulus XXV.

Statutum insuper est, ut a modo deinceps futuris semper temporibus, venditio et forizatio, quarumcunque rerum venalium (demptis comestilibus, pane videlicet, obsonio, vino et fructibus arborum, quae peractis Divinis, vendi poterunt) diebus Dominicis ubique interdicta sit et habeatur, sub amissione rerum venalium, in facie tamen fori, et non alibi per Dominos terrestres, vel iisdem negligentibus, per quosvis alios accipiendarum. Celebrationibus autem Nundinarum majorum, suis diebus salvis permanentibus. Contra contumaces Reverendissimus Dominus Praelatus Zagrabiensis censuris Ecclesiasticis utatur. Parochi vero, sese tempori, et populi necessitatibus ita conforment, ut divina usque ad decimam antemeridianam horam peragere, et perficere possint.

Articulus XXVII.

Quia cum gravi animi eorum dolore intelligunt Regnicolae, plurima Parochialium et Filialium Ecclesiarum Bona ac reditus, quae et quos pietas Christi fidelium Deo antea dicaverat, per nonnullos Regnicolas occupata, et usurpatos esse: Ideo unanimi consensu statuunt, ut Vice-Comites Comitatuum hujus Regni, quilibet in suo Processu, habeant vigore hujus Constitutionis plenariam authoritatem, ad instantiam Parochi vel Archi-Diaconi, vel vero Dni Eppi, facta in facie loci inquisitione, et partibus interessatis de termino tali et inquisitione instituenda certificatis, illico et sine omni ulteriori Processu Iuridico, Bona, seu reditus ejusmodi ab A. D. 1592. occupata, et res usurpatas, comperta mera rei

veritate, ex inquisitione, vel aliis ex Privilegiis, seu Instrumentis aliis literalibus, Ecclesiis talibus statim et de facto exequendi et restituendi, omnibus Iuridicis remediis praeclusis, praeter unicam Appellationem, qua uti extra Dominium licebit. Per Ecclesias vero Parochiales, non intelligantur Ecclesiae Cathedrales, Abbatiarum et Praeposituarum. Et Bona Ecclesiarum ante praedictum 1592. Annum occupata, ad ordinarium Iuris Processum remittuntur.

Articuli Statuum et Ordinum.

Croatiae et Sclavoniae Regnorum, in diversis eorum Congregationibus Generalibus conclusi et a Leopoldo I. Imp. confirmati.

Articulus I. Anni 1643.

Quoniam Vice-Comes et Iudices Nobilium Comitatuum in faciendis contra malefactores inquisitionibus, minus diligentes sese frequentius exhibuerint, statutum est, ut iidem Vice-Comites et Iudices Nobilium, deinceps Articulum 4-tum horum Regnorum superinde editum et per suam S. M. in A. D. 1635. confirmatum, perquam diligenter observent. In capiendis vero ex mandato Dni Comitis Bani, aut etiam in certis casibus Vice-Comitum, malefactoribus, penes Iudices Nobilium, Nobiles unius Sessionis sub poena flor. 12., irremissibiliter exigenda, assurgere et proficisci teneantur et sint obligati.

Articulus III. Anni 1644.

De inductione et eductione Militum, renovantur articuli superinde conditi, et ut inposterum nemo sine praescitu Dni Comitis Bani inducere, vel educere milites praesumat, decernitur: alioquin idem Dnus Comes Banus, in contra facientes, sua authoritate absoluta utatur.

Articulus VII. Anni 1649.

Et ne aliqui Regnicolae, cursum Iuris in octavalibus Iudiciis hujus Regni, sibi in parte aliqua praeclusum querantur, pro communi idcirco Justitiae administratione decernitur: Ut in causis, per alios contra Magistrum Proto-Notarium (qui unicus in hoc Regno est) et per ipsum contra alios, in Octavalibus Iudiciis, motis vel movendis, alius in Sede Banali, loco Proto-Notarii, in talibus duntaxat causis, substitui et surrogari possit.

Articulus X. Anni 1654.

Decernitur etiam, ut stipendia merentes Regnicolae loco personarum suarum et a portis quoque suis, adinstar aliorum Regnicolarum, nec non etiam quomodocunque in Regno possessionati, tempore Generalis Insurrectionis, alios milites expedire cum caeteris Regnicolis debeant et sint obligati.

Articulus XIV. Anni 1659.

Statutum pariter est, ut libera Regia Civitas Montis Graecensis Zagrabiensis, mandatis legitimis Dni Comitis Bani, veluti Iudicis istius Regni Ordinarii, locum dare debeat, innuente id ipsum etiam articulo 45. A. 1659. Diaetae Posoniensis.[1]

Articulus XV. Anni 1660.

Ratione mercium ex Turcia importandarum, conclusum est, ut pro exigenda Tricesima ordinaria et auctione, a talibus meroibus proveniente, Capronсae vel in Dernie, locis Tricesimalibus officium erigatur, ibidemque ab inducentibus legitima Tricesima exigatur: a rebus tamen per Captivos pro lytro inferendis, Tricesima exigi non debeat.

Articulus XVI. Anni 1674.

Innotuit Statibus et Ordinibus Regni, nonnullos Regnicolas inquietudine sua et causarum propriarum diffidentia motos, ordinarios Iuris Processus, forumque istius Regni, veluti primas, debitas et ordinarias instantias praetereundo, et declinando, ex Regno Hungariae, penes mandata Superiorum Judicum quoscunque Judices et Justitiarios cum gravi praejudicio, Judicum et Tribunalium Iurisdictionisque et Authoritatis Officii, ac Sedis tam Banalis, quam Comitatensium, contra conditionem quintam Diplomatis Regii, nec non privilegia a Divis quondam Hungariae Regibus, Regnis nostris Croatiae, Sclavoniae et Dalmatiae benigne concessa, inducere velle.

Ad praecavendas proinde ejusmodi inconvenientias, communi hujus Regni Statuum et Ordinum voto sancitum est, ut si qui Regnicolarum Judicem et Justitiarium ejusmodi penes mandata

[1] Az említett czikkből idézzük: Legitimis porro tam D. C. palatini, quam aliorum regni ordinariorum judicum, et in Sclavonia D. bani mandatis, tam in comitatibus, quam liberis civitatibus, iuxta tenorem art. 12. anni 1635. ubique locus detur.

taliter inducerent, et ad instantiam suam quempiam judicio, aut executione aggravarent, extunc pars damnificata medio unius Vice-Comitis taliter adjudicata, ac executa bona, una cum damnorum, et expensarum refusione, praevia duntaxat unica certificatione, sine omni mandato, et ulteriori exmissione restituere et satisfactionem impendi facere et si opus fuerit, etiam Illmus Dnus Comes Banus, vel Regni Capitaneus assistere possit, valeatque.

Articulus XVIII. Anni 1675.

Siquidem non raro in hoc Regno Croatiae et Sclavoniae accidit, quod Status Ecclesiastici, ac etiam saeculares homines, tam videlicet Nobilitari praerogativa gaudentes, quam etiam Ignobiles, praesertim pauperiores, in variis suis necessitatibus, bona et jura possessionaria ad duo, subinde tria, plus minus jugera terrarum, et foenilium, pro exigua pecunia et summa, potentioribus et ditioribus Nobilibus seu etiam Magnatibus, aliqui ad certum tempus, alii vero simpliciter oppignorare, et hypothecare consuevissent: cumque successu temporis, sive evoluto termino conditionis, hujusmodi Bona, et Jura possessionaria, seu terras ac foenilia, talis impignorans, vel vero ejusdem successores, pro se rursum redimere vellent. Tunc ipsi emptores et eorundem successores, ratione talium bonorum impignoratitiorum admoniti, pecuniam oblatam levare recusant, taliterque impignorantes et ipsorum successores in magnas expensas (quas in Comitatibus in extractionem expeditionum, et praestolationem eventus causarum ejusmodi, erogare coguntur) ipsum meritum, et summam impignoratorum Bonorum excedentes, in summum praejudicium et damnum eorundem adducere solerent: quocirca ad tollendas et abbreviandas tot et tantas in quibuslibet Sedibus Judiciariis expensas, et ob rariorem Celebrationem Sedium Judiciariarum, concursumque in iisdem gravioris momenti causarum, decernitur, ut omissis in Sedem Judiciariam Cottuum hujus Regni quibuslibet admonitionibus, et citationibus, Vice-Comes, et Judices Nobilium in partibus, Vice-Comes quidem ad 50. Judices Nobilium vero ad 25 flor. Hungaricales hujusmodi leves Impignorationes (salva nihilominus parti succumbenti extra Dominium, ad Sedes Cottuum hujus Regni Croatiae et Sclavoniae appellatione permanente) judicare possint ac valeant, etiam ad amissionem pecuniae, vigore solummodo praesentis statuti.

Articulus XIX. Anni 1676.

Articulus anni 1674. de non inducendo externo judice in hoc Regnum, per Status et Ordines ita declaratus est, quod si quis Dnorum Regnicolarum Personalem Praesentiae Regiae, aut Magistrum Proto-Notarium in hoc Regnum inducere praesumpserit, executionemque alteruter eorum peregerit, talem executionem Personalis quidem praesentiae, Comes Banus: Proto-Notarii vero extranei, Magister Proto-Notarius hujus Regni, ipso facto reexequi possit, valeatque.

Articulus XX. Anni 1681.

Et quia unicus in hoc Regno Sclavoniae et Croatiae Magister Proto-Notarius Regni haberetur, ex alio autem Regno adducere Proto-Notarium, Privilegia Regni vetant, ne itaque justitia communis, aliquam remoram patiatur, additur articulo septimo supra specificato, ut in causis omnibus non tantum in, sed etiam extra Tabulam Banalem, sive Octavas, pro parte ejusdem Magistri Proto-Notarii Regni, et e contra etiam adversus eum, pro parte aliorum, ea prorsus authoritate, qua Proto-Notarius discutiendi aliorum causas habet, procedere et determinare Dnus Vice-Banus Regni possit. Interessato vero etiam ipso Dno Vice-Bano, Dnus Comes Banus pro tempore constitutus, alium judicem non interessatum, tam in Tabula sua, quam extra eam, habeat authoritatis facultatem substituendi: qui similiter omni authoritate Proto-Notariali ea in parte polleat.

IX.

TÖRÖK-MAGYAR SZERZŐDÉSEK 1606—1718.

1. A zsitvatoroki béke.

A zsitvatoroki béke a tizenötéves háborúnak befejezése. E háború alatt a magyar király fegyverei visszahódították Füleket, Somoskőt, Hollókőt, Hajnácskőt, Dévényt, Kékkőt, Szécsént, Balassa-Gyarmatot, Palánkot, Váczot és Nógrádot. A törökök ellenben elfoglalták Egert és Kanizsát. A békekötés a háború végével fennálló status quot erősíti meg.

A formákban bizonyos haladást mutat e szerződés a XVI. századiakhoz képest. A magyar király többé nem fizet évi adót a török szultánnak, hanem ajándékot ád neki. A szultán római császárnak nevezi Rudolfot s nem bécsi királynak. Egyszersmind kötelezi magát arra, hogy a római császár követségeit megfelelő rangú követek küldésével viszonozza, a kik illendő ajándékot visznek magokkal. A magyar követek nem Konstantinápolyban kérik a békét, hanem a Zsitva torkolatánál alkudoznak a szultán követeivel. S a mi még lényegesebb, Erdély mint közvetítő hatalom szerepel, az erdélyi fejedelem biztosai is aláirják a szerződést, melyre évtizedeken át hivatkoznak az államférfiak, ha a török-magyar viszonyok szabályozásáról van szó. (Salamon: Magyarország a török hódítás korában.) A szerződésnek hivatalos magyar szövegét a kismartoni levéltárban őrzött eredetiből adta ki Salamon Ferencz a *Két Magyar Diplomata* függelékében. E kiadás után közöljük az okiratot:

Nos Joannes a Molart, liber baro in Reineck et Trossendorff, S. C. r. majestatis consiliarius bellicus, supremus capitaneus Comaromiensis et supremus praefectus tormentariorum in confiniis suae majestatis; Adolphus ab Althaim liber baro in Goldpurg et Murstetin, S. c. et r. majestatis consiliarius bellicus, supremus praefectus tormentariorum campestrium et gubernator exercitus s. c. regiaeque majestatis; comes Georgius Thurzó de Bethlenfalva, perpetuus comes Comitatus Arvensis dapiferorum regalium in Hungaria magister, s. c. r. majestatis consiliarius; Nicolaus Istvánffy de Kisasszonyfalva, janitorum regalium in Hungaria magister, s. c. regiaeque majestatis consiliarius; Seyfridus a Kolonics, s. c. r. majestatis, partium regni Hungariae Cis-Danubianarum generalis capitaneus, consiliarius bellicus et eques auratus; Franciscus de Batthian comes Comitatus Soproniensis, S. c. r. majestatis partium regni Hungariae Ultra-Danubianarum generalis capitaneus; Christophorus Erdődi de Erdőd, perpetuus Comes Montis-Claudii, serenissimi archiducis Matthiae cubicularius, ad tractatum pacis designati Commissarii; ac per illustrissimum Principem Stephanum, Transylvaniae Principem, Siculorum Comitem ac Partium Regni Hungariae dominum ad tractatum ejusdem pacis delegati: Stephanus Illésházy, comes Comitatuum Trincsin et Lipthó; Paulus Nyáry de Bedegh, Michael Czobor de Czobor-Szent-Mihály et Georgius Hoffmann.

Adjuk ez mi levelünknek jelenvoltával mindeneknek tudtára, hogy minekutána az mi kegyelmes urunk és fejedelmünk második Rudolphus, isten engedelméből az felséges római császár, Németországnak, Magyarországnak, Csehországnak, Dalmátiának, Horvát és Tótországnak királya között és az hatalmas második Murates s harmadik Mehmet megholt császárok között megbomolván és megszegetvén az békesség, had támadott, és az mind ez mostani hatalmas Achometes török császár ideiig tizenöt egész esztendeig különb-különbféle egy-más szerencsékkel tartatott, ugyanazon fejedelmek szánakozván az sok Szegénységnek ennyi ideig való nyomoruságikon, és akarván azoknak s az több alattok valóknak is nyugodalmat és csendességet szörzeni és az hadaknak tulajdon való háborgatásokból valamennyire kivenni, az békességnek megújitására elméjeket fordították, és az ő felsége császár urunk, az mi királyunk, az följől megnevezett commissariusokat és követeket az hatalmas török császár penig, Achomates, az tekén-

tetes nagyságos Ali pasát, Budán főhelytartóját és gondja viselőjét s Habil effendit az főkadiát választottanak, kik sok traktálások és egymás közt való szóllások után végtire az következendő békességnek conditióira mind az két felől erősen megtartandókra, jöttünk avagy jutottunk.

Kolinovics (1698—1770.) megirta pártfogójának, gróf Esterházy Józsefnek életét, Postuma Memoria Comitis Josephi Esterházy, Tyrnaviae 1754. czím alatt. Esterházy szereplése különösen az 1728—29. diéta alatt és a szilézíai háborúk idején volt országos fontosságú. Kolinovics előadása, bár természetesen nem részrehajlatlan, mégis nagy értékű, jól értesültsége és igazságszeretete miatt.

Keresztesi József naplója (Krónika Magyarország polgári és egyházi közéletéből a XVIII. sz. végén). Keresztesi 1748-ban született Veszprémben; Debreczenben tanult, 1779—1780-ban külföldön járt és az utrechti főiskolát látogatta, 1782-ben a nagyváradi ref. ekklézsiának lett papja, honnét később Szalacsra ment át. A napló 1809-ig terjed és Napoleon hires proclamatiójának közlésével vég-

ződik. Az iró, mint tudós, világlátott ember, nagy érdekkel kiséri kora nevezetes eseményeit, különösen azokat, melyek egyházát érdeklik. Nemzeti tekintetben korántsem oly elfogult, mint felekezeti kérdésekben és így József császárnak igen nagy dicsőítője. Különösen becses az 1790—91. diétának leirása, melyen mint egyházkerületének egyik küldöttje fordult meg. Jó magyar, de erősen gáncsolja az urak gőgjét, szájasságát, fényűzését. Munkája 1868-ban jelent meg Pesten.

Kazinczy Ferencz, Pályám Emlékezete. Kazinczy több ízben is hozzáfogott élete fő viszontagságainak elbeszéléséhez; e munkája nem kevesebb mint 7 szerkesztésben maradt reánk. Személyes élményeit mindig összeköttetésbe hozza az országos eseményekkel. Nem annyira hű és részletes naplót ad, mint művészi előadást. Mindamellett a József császár koráról és az 1790-iki diétáról szóló részek igen jelentékeny történeti becscsel dicsekedhetnek. Kiadta Abafi Lajos. Budapest, 1879.

*Zágoni Mikes Kelemen*nek irodalomtörténeti szempontból oly fontos törökországi levelei egyúttal főforrásai a magyar emigratió történetének. Az ellenkező nézettel szemben azt vitatjuk, hogy ez iratok valódi nagy részt levelek, nem pedig naplójegyzetek, csakhogy nem egy helyre szólnak. Nem annyira a nagy politikát világítják meg, mint az emigratió belső életét. Kiadta először Kulcsár István, Szombathely 1794., majd Toldy Ferencz 1861. és Abafi Lajos 1878.

Rákóczi Ferencz önéletirása e korszakra nézve inkább vallásos elmélkedéseknek gyűjteménye, mint történeti munka. Csak francziaországi tartózkodásának és első élményeinek Törökországban elbeszélése némileg bővebb és részletesebb.

Szirmay Antal, Historia Arcana. A szerző, ki József császár idejében Zemplénmegye főjegyzője volt, később kir.

tanácsos lett és ki mint nagy gyűjtő és több északkeleti megye monographusa tette nevét ismeretessé, e munkában Magyarország belső történetének adja rajzát. Mária Terézia uralkodásának első éveiről általános kulturhistóriai bevezetést nyújt, aztán 1764-től fogva 1810-ig igen bőven és elmésen mondja el az egyes évek érdekesebb eseményeit. Udvari szertartások leirása, leiratok és törvények ismertetése váltakozik benne országos pletykákkal és jellemző anekdotákkal. A külföldi események közül leginkább a szomszéd Lengyelország ügyei érdeklik. Egyáltalában ő egyik valóban nevezetes mintaképe a nálunk annyira divatozó anekdotás történetirásnak. Jelentősége és értéke leginkább a közhangulat ismertetésében áll; az egyes eseményeket máshonnét jobban ismerjük. Az 1809-iki nemesi felkelésnek és a győri csatának és az ahhoz fűződő nagyon elterjedt hagyományoknak ő a főforrása. (Latin kézirat a Nemzeti Múzeumban.)

Szirmay Antal, Jacobinorum Hungaricorum Historia. Szirmay 1810-ben, Napoleon hatalma tetőpontjának korában irta e művét. A per idején Pesten volt, mint az igazságszolgáltatás dolgában kiküldött országos deputatió tagja, sokat érintkezett a birákkal, az akták egy részét is látta. Azonkívül sokat hallott Kratucsek exjezsuitától, ki a vádlottak gyóntatója volt. Az összeesküvést gyalázatosnak és károsnak mondja, és nemcsak a franczia forradalomban, hanem a szabadkőmüvesek páholyában is keresi eredetét. A főrészeseket igen rossz szinben tünteti fel, kivéve Hajnóczyt. Az egészből azt a tanulságot vonja le, mennyire őrült dolog Magyarországon forradalmat, lázadást kivánni. Magában az elbeszélésben az anekdotikus rész túlnyomó.

Nemzeti Múzeum, latin kézirat, de sok magyar rész is van benne. A munkához az ítéletek is mellékelvék.

Külföldi források.

Lady Mary Wortley Montague, Letters. A híres angol írónő 1716-ban utazott át Magyarországon, hogy férjéhez menjen, Konstantinápolyba. A dunántúli vidéket ismerteti Belgrádig. Érdekli őt a nép viselete és erkölcse, de különösen azon termékeny országrész lakatlansága, elhagyatottsága, néptelensége hat reá. Leveleit sokszor kiadták, legjobb kiadás a londoni 1861.

Johann Georg Keyssler, Neueste Reisen. E nagy terjedelmű munkának tudós szerzője 1730 nyarán járt Bécsben és onnét Pozsonyon és a bányavárosokon át Pestre és Budára utazott, Komárom és Győr felé vissza. A bányászaton kívül különösen a felekezeti viszonyok érdeklik. Sok megjegyzése van a bécsi udvari életről és a magyar viseletről és szokásokról. Magyarországról 84. levele szól, az 1266—1285. lapon. Második kiadása megjelent Hannoverben 1751.

Briefe eines in Deutschland reisenden Franzosen. A névtelenül megjelent munka szerzője Risbeck Gáspár, a mainzi választó tanácsosa. Épen Mária Terézia halála idejében járt Bécsben és onnét beutazta Magyarország nyugoti vidékeit is. Az állapotokat és embereket egyaránt a felvilágosodás szempontjából ítéli meg. Mindamellett a magyarok iránt nagy tisztelettel viseltetik, komolyságuk és hazafiságuk miatt. Különösen becsesek a német kivándorlókra vonatkozó megjegyzései. Magyarországot a birodalom legfontosabb, de elhanyagolt részének tekinti. Nagyon rosszalja, hogy a magyar kereskedést elnyomják és minden lehető tisztséget idegenekkel, németekkel töltenek be, a kikből gyakran a leggyalázatosabb despoták válnak. Politikai, gazdasági és felekezeti szempontból egyaránt tanulmányozza a magyar viszonyokat és felőlük általában helyesen ítél.

Megjelent 1784-ben két kötetben. A Magyarországra vonatkozó részek az I. k. 307—357. lapokon találhatók. Franczia fordításban is megjelent.

Townson Róbert, Travels in Hungary. Townson angol természettudós 1791—92-ben bejárta hazánkat és szorosan vett állattani és növénytani tanulmányai mellett nagy gondot fordított az ország gazdasági és műveltségi viszonyainak ismertetésére is. Különösen a kereskedelem és földművelés, aztán az urak és jobbágyaik viszonya, a kormányzás és a pénzügy érdeklik. Terjedelmes és igen tárgyilagos művéhez jó térképet is csatolt, mely az egyes vidékek főterményeit is feltünteti. Megjelent Londonban 1797. egy nagy quart kötetben. Franczia és hollandus nyelvre is lefordították.

Graf Hoffmannsegg, Reisen über Ungarn. Hoffmannsegg is természettudós volt, ki különösen az állatvilág tanulmányozása végett jött hazánkba, de a ki aztán érdeklődését az emberi társadalomra is kiterjesztette. Benyomásait nővéréhez intézett leveleiben fejezte ki. Megfordult a budai udvari körökben is, megismerkedett Sándor főherczeggel, a nádorral és különösen b. Podmaniczky József helytartósági tanácsossal, kinek jellemrajzát is adja. Az országot bejárván, nagyon megkedvelte a népet, megtanult magyarul és magyar öltözetben járt. Ez felkeltette ellene a gyanút, — épen a magyar jakobinusok üldözésének volt a kora — Baranyamegyében franczia kémnek nézték és 1793 júliusban elfogták. E fogsága alatt, mely különben igen enyhe volt, még több alkalma nyilt megismerkedni a magyar élettel és azt megkedvelni. Beutazta még Szlavoniát, Bácsot, Szeged és Temesvár vidékét is egész Mehádiáig. Azon feljegyzései, melyek a vidéki társaséletről szólnak, művének legbecsesebb részei. Művét 1800-ban kiadta Görlitzben; magyarul, Berkeszi István fordításában, megjelent 1887-ben.

Bright Richard, Travels through Lower Hungary. A híres angol orvos 1813—14-ben Bécsből kiindulva beutazta Magyarország nagy részét és ez utazásról egy igen terjedelmes munkában számolt be (megjelent Edinburgban 1818). Különösen az úrbéri és gazdasági viszonyok érdekelték és hazánk akkori állapotát illetőleg alig van becsesebb forrásunk az ő művénél. Különösen a Dunántúlt és Pestet írja le nagy részletességgel és beható tanulmány alapján. Úgy látszik, hogy a műveltségre és irodalomra vonatkozó adatait leginkább gr. Széchenyi Ferencznek, vagy az ő körének köszönte.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

I.

AZ ÖRÖKÖSÖDÉSRE VONATKOZÓ TÖRVÉNYEK.

(1687. és 1723.)

A Habsburgház kezdettől fogva azon igénynyel lépett föl, hogy Magyarország koronáját örökös jogon bírja, de e jogát harmadfélszázadon át nem bírta érvényesíteni. I. Ferdinánd elismerte, hogy választás tette őt a magyarok királyává és összes utódai alávetették magokat a választásnak. Viszont a nemzet I. Ferdinánd óta mindig a Habsburgház fejét vagy örökösét választotta meg királyául, és még azon egy esetben is, midőn II. Mátyás megválasztásakor e szabálytól eltért, egyetértésben járt el az ausztriai rendekkel. Rendesen még a király életében választották és koronázták meg örökösét ifjabb királynak. A választás elvének törvényes fenntartása mellett, tényleg meg volt az örökösödés teljes folytonossága.

Mióta I. Leopold korában a császári seregek nagy diadalokat arattak a törökök és a kuruczok fölött, mind erősebben előtérbe lép az a törekvés, hogy Magyarországgal úgy bánjanak, mint jogtalan, fegyveres hatalommal elfoglalt országgal. Ezt kívánta a német közvélemény is. A meg nem szünő pártviszályok és belső háborúk megmutatták, hogy a régi szabadság teljes fenntartása nem biztosíthatja az ország nyugalmát. Ezen tényezőkből eredt a két véglet megegyezése. A király az 1687-iki pozsonyi országgyűlést biztosította az ország szabadságainak meg-

tartásáról, de azt kívánta, tegyék a koronát örökössé családjának fiágában, és töröljék el az aranybulla azon záradékát, mely megengedi a fegyveres ellenállást. A főrendeknél csak az országbíró, gr. Draskovics Miklós, mondott ellen; a rendek is hozzájárultak, midőn megnyugtatták őket a felől, hogy nemesi jogaikon nem esik csorba. Mindenesetre nagy lépés történt a királyi hatalom fejlesztése felé, de az sem szenved kétséget, hogy az ország belső nyugalma megkövetelte ezt a változást. Hazánkat részben e törvények mentették meg Lengyelország sorsától.

Az aranybulla híres záradékának eltörlését e szavakkal iktatták törvénybe:

4. czikkely: »A karok és rendek megemlékezve Ő Felsége azon kegyes előterjesztéséről, mely az előadott okoknál fogva óhajtja a II. András király 1222-iki törvényének 31-iki czikkelyébe foglalt záradékának, vagyis inkább a királyokkal szemben az ellenmondás és ellenállás szabadságának [1] reformatióját: t. i., hogy az említett czikkely azon részének igazi értelmét némelyeknek rossz magyarázata csalárdul el ne ferdíthesse; és noha Ő Felsége hű karai és rendjei józanabb részének sohasem volt az a felfogása, hogy azon czikkelynek bármikép az az értelme lehetne, melyet a rosszakarók és lázadók tulajdonítanak neki: hogy t. i. bárki fegyveresen felkelhet és feltámadhat törvényes királya és ura ellen. Mindazonáltal, hogy e pontban is kimutassák hódolatukat és mocsoktalan legalázatosabb hűségöknek kötelességét, és hogy gyökeresen kiküszöböljék a bizalmatlanságot, mely a király és a birodalom és kapcsolt részei közt eziránt netán a jövőben eredhet; a karok és rendek alattvalói lélekkel hozzájárultak, hogy az ellenmondás és ellenállás szabadságáról szóló említett záradék

[1] A törvény szövege mindig a megrovó »licentia« szót használja.

II. András törvényének 31-ik czikkelyéből és következőleg a királyi hitlevélből is kimaradjon és kizárassék, jelen törvény erejénél fogva.«

Az örökösödési törvény a török kiűzését és különösen Buda visszavételét jelenti ki e nevezetes felajánlás okának. Eredetileg csak a Habsburgház német ágának örökös jogát mondták ki, de az udvar kívánságára kiterjesztették e jogot a spanyol ágra is. Ennek azonban tényleges következése alig lehetett. A spanyol ágból akkor csak a beteges gyermektelen II. Károly volt életben, kinek 1700-ban történt halálával magva szakadt a Habsburgok spanyol ágának.

Hasonló sors fenyegette nemsokára, legalább férfiágon, a német Habsburgokat is. I. Józsefnek, az első örökös magyar királynak csak leányai voltak, és utódjának, III. Károlynak házassága több éven át magtalan maradt. 1712 márcziusban a horvát rendek kijelentették, hogy óhajtják a dynastia női ágának örökösödését is, hogy mindenkép egyesítve maradhassanak Ausztriával. A király azt válaszolta, hogy ez ügy a magyar országgyűlés elé tartozik, és még az év nyarán megkezdte a tárgyalásokat a magyar főurakkal. Ezek azonban az örökösödés kérdésével kapcsolatban szerződést óhajtottak kötni az ausztriai és cseh rendekkel, különösen a felől, mennyivel járuljanak azok Magyarország védelméhez. Az uralkodó, kinek különben sem volt még közvetetlen érdeke a női successio megállapításában, félbenszakította e tárgyalásokat és 1713 ápr. 19-én, titkos tanácsosai előtt bemutatta mint házi törvényt a *pragmatica sanctiót*. Ennek értelmében az összes királyságok és tartományok, Károly halála után, az ő leányára szállanak, ha az nincs, I. József, majd Leopold leányaira és örököseikre. Midőn Károlynak 1716-ban fia született, az egész ügy egy időre abban maradt. De ennek halála és Mária Teréziának 1717-ben történt születése után az ural-

kodó teljes buzgalommal hozzáfogott a pragmatica sanctio keresztülviteléhez.

Magyarországot illetőleg a szorosan vett örökösödési kérdésen kívül nagy fontosságú volt, a török elleni védelem szempontjából, az örökös tartományokkal való elválaszthatatlan kapcsolat (unio) megállapítása. Hogy ebből elnyomás, beolvasztás, ne következhessék, más részt biztosítani kellett az ország szabadságainak és önálló kormányzatának fenntartását. Ily föltételek alatt a nádor, Gr. Pálffy Miklós mellett volt kuruczok, mint Károlyi Sándor és Szluha Ferencz, lettek a női örökösödés legbuzgóbb előharczosai.

III. Károly a pragmatica sanctiót elfogadtatta az ausztriai örökös tartományok rendjeivel, majd Erdélylyel is és csak azután, 1722 junius 20-ra hívta össze Pozsonyba a magyar rendeket. A kir. meghívóban nem volt szó az örökösödés szabályozásáról, de a rendek elő voltak készítve és a megyék utasításai már megemlékeznek e fontos tárgyról. A magyar országgyűlés, Szluha Ferencz felszólalása után, maga ajánlotta fel, egy értelemmel, a királynak a női örökösödést. (1722 jún. 30.) A főrendek azt is kimondták, hogy a felajánlás a szintén elválaszthatatlan összes, a magyar koronához tartozó országok nevében történik.

A magyar törvényhozás büszke függetlenségét és következetességét mutatja, hogy e fontos czikkely is be van foglalva a törvények sorában és nem külön törvény, mint azt az udvari főkanczellár kívánta volna. A monarchia egysége, elválaszthatatlansága ki van mondva, de egyuttal Magyarország különállása is megerősítve. Már akkor úgy vélekedtek, hogy ez kétoldalú szerződés: az egyik mintegy feltétele a másiknak. Károly, I. József és I. Leopold női ágának kihalása esetével (»mitől Isten mentsen«) fenn van tartva a nemzet szabad választási joga.

A pragmatica sanctió fordítását kiadtam: M. o. tört.

III. Károlytól a bécsi congressusig (Millenn. tört. VIII. k. 198—200. l. Ugyanott meg van az oklevél első és utolsó lapjának facsimile-je is).

1687. Artic 2. Et si quidem sua Majestas Sacratissima, Caesarea et Regia, Victricibus, et Gloriosis Armis suis immanem Christiani nominis hostem Turcam, crebris, cruentis, generalibus conflictibus fusum, Divina praeauxiliante ope, ab eorundem quotidie capitaliter infestatis cervicibus propulsare; deque ipsius faucibus in quibus hactenus a tanto tempore non absque summa totius hujus nationis pernicie gemebant; nominatissima istius Regni Fortalitia, interque eadem florentissimam olim Sedem Regiam Budam, et Antemurale totiesfati hujus Regni, cum potiore ejusdem parte eripere; ac in eliberationem istius dulcissimae Patriae, haec et alia superius fusius enumerata impendere dignata est:

§. 1. In perpetuum proinde recolendorum tantorum beneficiorum memoriam, et in aeviternum recognoscendam humillime complacentium animorum suorum gratitudinem, prefati Universi Status, et Ordines hujus Regni Ungariae, et Partium eidem annexarum declarant; Quod amodo imposterum, neminem alium, quam altetitulatae suae Caesareae, et Regiae Majestatis propriis ex Lumbis suis descendentium Masculorum Haeredum Primogenitum, in perpetuum (id ipsum statuentibus, Articulo 5. Anni 1547. aliisque superinde extantibus) pro legitimo suo Rege, et Domino sint habituri; et erga semper, totiesque quoties ejusmodi Inauguratio instauranda erit, praemittendam praeinsinuatorum Articulorum Diplomaticorum acceptationem, seu Regiam Assecurationem, deponendumque superinde Juramentum, in ea, qua a Majoribus suis praestitum esset, forma; Diaetaliter intra hoc Regnum Ungariae rite coronaturi.

Artic. 3. Quodsi vero (quod Divina bonitas in omnia Saecula clementer avertere dignetur) ejusdem suae Caesareae, et Regiae Majestatis semen Masculinum deficere contingeret; extunc istiusmodi devolvendi, et suscipiendi Regiminis successio (erga aeque praeviam, praedeclaratoque modo praemittendam Regiam Affidationem, ac acceptandos praementionatos Diplomaticos Articulos, et praestandum desuper Juramentum) redundet, et transeat in Serenissimi quoque Hispaniarum Regis, Domini Caroli Secundi pariformiter Masculinum semen, adeoque duntaxat eo in casu

(quem Divina Clementia benignissime arceat) quo, tam altenominatae suae Sacrae Caesareae, et Regiae Majestatis; quam praefati Serenissimi Hispaniarum Regis Masculinum Semen deficeret; avita et vetus, approbata consuetudo, praerogativaque praefatorum Statutum et Ordinum, in Electione, et Coronatione Regum, suum locum habeat.

1723. Artic. 1. Paternam sane, et Clementissimam Sacratissimae Caesareae, et Regiae Majestatis erga Status, et Ordines Regni in praesenti Diaeta, felicissime, et in frequentissimo; vix aliquando viso numero congregatos propensionem et ad permansionem Eorundem, ac incrementum publici Status Regni Ungariae, Partiumque eidem annexarum, proque stabilienda in omnem casum, etiam contra Vim externam, cum vicinis Regnis, et Provinciis Haereditariis Unione, et conservanda domestica tranquillitate directam curam et sollicitudinem; ex benignis Ejusdem Sacratissimae Caesareae et Regiae Majestatis, ad Status et Ordines Regni, Partiumque eidem annexarum Clementissime emanatis Literis Regalibus; ac novissime factis Propositionibus; devoto sane homagialis Fidelitatis Eorundem zelo, et constanti fervore humillime intelligentes; pro hoc erga Eosdem Clementissimae exhibito Paterni affectus Gratiarum singulari voto, quodve non obstantibus in adversum quibusvis gravissimis, Sacrum Romanum Imperium, et Europaeam quietem tangentibus curis, et laboribus, in medium fidelium Statuum suorum semet conferre; et Eosdem in Altissima iisdem summe Veneranda Persona sua, paterne consolari; et primum ac ante omnia, nullaque praevia fidelium Statuum, et Ordinum eatenus praemissa humillima Supplicatione, ex puro erga Eosdem Paterno affectu, universos Status et Ordines Regni sui Haereditarii Ungariae, Partiumque, Regnorum, et provinciarum eidem annexarum, in omnibus tam Diplomaticis, quam aliis quibusvis Juribus, Libertatibus, Privilegiis, Immunitatibus, Consuetudinibus, Praerogativis, et Legibus, hactenus concessis, et conditis, ac in praesenti Diaeta, et in futurum etiam, Diaetaliter condendis conservaturam offerre; et easdem, ac earundem singulas Clementissime confirmare dignata fuisset; humillimas, et quam possunt, maximas Sacratissimae Caesareae ac Regiae Majestati ideo etiam gratias referunt;

§. 1. Quod Foemineum quoque Sexum Augustissimae Domus Suae Austriacae, usque ad Ejusdem et ab Eodem Descendentium

defectum, ad Regiam Ungariae Coronam, Partesque, Regna, et Provincias, ad eandem Sacram Coronam pertinentes, unanimi Universorum Statuum et Ordinum Regni, Partiumque eidem annexarum libero voto proclamatum; et per solennem Eorundem Statuum et Ordinum ad Sacratissimam Caesaream, et Regiam Majestatem, Viennam expeditam Deputationem vocatum;

§. 2. Et ejusmodi oblationem tam pie, et clementer, gratoque animo acceptare; et fidelium Statuum, et Ordinum suorum piis, ac Salutaribus Votis, non tantum annuere dignata esset;

§. 3. Sed ejusmodi in Sacra Regni Ungariae Corona, et Partibus, Regnis et Provinciis eidem annexis Successionem, eodem, quo Masculorum Primogeniturae Ordine, secundum normam in reliquis Suae Majestatis Sacratissimae Regnis et Provinciis Haereditariis, in, et extra Germaniam sitis, jam per Eandem ordinatam, stabilitam, publicatam, et acceptatam, inseparabiliter, habitaque in graduum aequalitate, ejusdem Lineae Praerogativae Masculorum ratione, dirigi, servari et custodiri vellet;

§. 4. Ita, ut illa, vel Masculus Ejusdem Haeres, qui, vel quae, praemissorum Augustae Domus Austriacae Regnorum et Provinciarum Haeres, juxta memoratam normam Primogeniturae, in Augusta Domo Austriaca receptam existet; eodem Successionis, pro his, et futuris quibuscunque casibus, Haereditario Jure, etiam pro infallibili Rege Ungariae, Partiumque, Regnorum et Provinciarum eidem annexarum, aeque indivisibiliter intelligendarum, habeatur, et coronetur.

Artic. 2. Tametsi Suae Sacratissimae Caesareae et Regiae Majestatis Fideles Status et Ordines Regni Ungariae, Partiumque eidem annexarum, Vividam et florentem, optimeque constitutam Aetatem, Vires et Valetudinem conspicientes; Divinaeque Benedictioni quam optime confisi; Eandem Magnis, et Gloriosis Sexus Masculini Successoribus, ad praeces quoque fidelium suorum Statuum, eo fine ad Deum Ter Optimum fusas, et incessanter fundendas, largissime benedicendam: et indesinenti Masculorum Haeredum suorum ordine fideles Status Regni consolandos fore, vel maxime confiderent;

§. 1. Quia vero apprime etiam perspectum haberent; Reges pariter, et Principes, aequali aliorum hominum mortalitatis sorti subjectos essse; mature proinde, et consulto perpendentes, tot, et tanta, cum Praedecessorum Suae Sacratissimae Caesareae, et

Regiae Majestatis, Divorum olim LEOPOLDI Genitoris, et JOSEPHI Fratris, Gloriosissimorum Ungariae Regum; tum vel maxime propria Clementissime Regnantis Suae Sacratissimae Caesareae, et Regiae Majestatis, pro incremento Boni Patrii publici, prove fidelium Civium suorum perenni salute, Bello aeque ac Pace, exantlata Gloriosissima Acta, et Facta; dum non modo Haereditarium Regnum hoc suum Ungariae, Partesque, Regna, et Provincias eidem annexas, in statu per praeattactos Gloriosos Praedecessores suos positum, conservavit; sed occasione etiam novissimi Ottomanici belli,[1] contra ferventissimos ejusdem impetus, idem animose tutata; Victricibus, felicibusque Armis, in annexa eidem Regna, et Provincias, cum immortali sui Nominis Gloria, Statuumque et Ordinum, ac privatorum Regni Civium perenni securitate protenderit: ut successivis quibusvis temporibus, ab omnibus externis, et etiam domesticis confusionibus, et periculis praeservari; imo in alma, et continua tranquillitate, ac syncera animorum Unione, adversus omnem Vim etiam externam felicissime perennare possit;

§. 2. Quosvis praeterea etiam internos Motus, et facile oriri solita, ipsis Statibus et Ordinibus Regni ab antiquo optime cognita Interregni mala, sollicite praecavere cupientes;

§. 3. Majorum suorum laudabilibus Exemplis incitati;

§. 4. Volentesque erga Sacratissimam Caesaream, et Regiam Majestatem, Dominum Dominum Eorum Clementissimum, gratos, et fideles semet humillime exhibere;

§. 5. In defectu Sexus Masculini Sacratissimae Caesareae et Regiae Majestatis (quem defectum DEUS clementissime avertere dignetur) Ius haereditarium succedendi in Ungariae Regnum, et Coronam, ad eandemque Partes pertinentes, Provincias, et Regna, Divino auxilio recuperata, et recuperanda; etiam in Sexum Augustae Domus Suae Austriacae Foemineum, primo loco quidem ab altefata modo Regnante Sacratissima Caesarea et Regia Majestate;

§. 6. Dein in hujus defectu; a divo olim JOSEPHO;

§. 7. His quoque deficientibus; ex Lumbis Divi olim LEOPOLDI, Imperatorum, et Regum Ungariae Descendentes, Eorundemque legitimos, Romano-Catholicos Sucessores utriusque Sexus Austriae Archiduces, juxta stabilitum per Sacratissimam

[1] Az 1716—18-tól folyó győzelmes török háború.

Caesaream, ac Regiam Regnantem Majestatem in aliis quoque suis Regnis et Provinciis Haereditariis, in, et extra Germaniam sitis Primogeniturae Ordinem, Jure et Ordine praemisso, indivisibiliter, ac inseparabiliter, invicem, et insimul, ac una cum Regno Ungariae, et Partibus, Regnis, et Provinciis eidem annexis, haereditarie possidendis, regendam, et gubernandam transferunt;

§. 8. Et memoratam Successionem acceptant;

§. 9. Taliterque, eandem Successionem Foemineam, in Augusta Domo Austriaco introductam, et agnitam (extensis ad eam nunc pro tunc Articuli 2. et 3. Anni 1687. et pariter 2. et 3. Anni 1715.) juxta Ordinem supradictum stabiliunt;

§. 10. Per praeattactum Foemineum Sexum Augustae Domus ejusdem, praevio modo declaratos Haeredes: et Successores utriusque Sexus Archiduces Austriae; acceptandam, ratihabendam, et una cum praemissis, aeque modo praevio per Sacratissimam Caesaream et Regiam Majestatem clementissime confirmatis Diplomaticis, aliisque praedeclaratis Statuum et Ordinum Regni, Partiumque, Regnorum, et Provinciarum eidem annexarum Libertatibus, et Praerogativis ad tenorem praecitatorum Articulorum, futuris semper temporibus, occasione Coronationis observandam determinant;

§. 11. Et nonnisi post omnimodum praedicti Sexus defectum avitam et veterem, approbatamque, et receptam Consuetudinem, Praerogativamque Statuum et Ordinum, in Electione et Coronatione Regum, locum habituram; reservant intelligendam.

Artic. 3. Sacratissima Caesarea, et Regia Maiestas, universorum fidelium Statuum et Ordinum Regni, Partiumque eidem annexarum, omnia tam Diplomatica; quam alia quaevis Jura, Libertates, et Privilegia, Immunitates, Praerogativas, Legesque conditas, et approbatas Consuetudines (Conformitate Articulorum 1. et 2. modernae Diaetae, in sensu Articulorum 1., 2. et 3. 1715. Formulaeque Juramenti ibidem contentae, intelligendorum) clementer confirmat, et observabit:

§. 1. Pariterque Successores, legitime coronandi Ungariae, et Partium eidem annexarum Reges; in iisdem Praerogativis, et praemissis Immunitatibus et Legibus. Status et Ordines Regni, partiumque eidem annexarum inviolabiliter conservabunt;

§. 2. Quas, et quae, praeterea Sua Majestas Sacratissima, per suos cujuscunque Status, Gradus et Conditionis: observari faciet.

II.

AZ ORSZÁG BERENDEZÉSÉRE VONATKOZÓ TÖRVÉNYEK.

1715—1729.

Az 1712—15-iki diétának, a Rákóczi-forradalom nagy mozgalma után, az ország új berendezésének feladata jutott. Mennél bizonyosabbá vált immár, hogy az ország a Habsburgok uralma alatt marad, annál erősebben kellett, legalább törvényczikkelyekben, körülsánczolni alkotmányát. E czélra szolgált különösen a koronázási hitlevél és az 1715 : III. t.-czikkbe foglalt az a biztosítás, hogy az örökös királyok is mindenkor saját törvényei szerint fogják kormányozni Magyarországot, nem pedig más tartományaik módjára.

Másrészt éppen a lezajlott forradalom tette szükségessé a hűtlenség bűnének szorosabb körülhatárolását. A felségsértést különválasztották a többi, a régibb törvényekben meghatározott hűtlenségi esetektől és a felségsértőre nézve fölfüggesztették azt a sarkalatos nemesi jogot, hogy előzetes idézés nélkül senkit elfogni ne lehessen. Az ily ügyekben maga a királyi felség biráskodik. Viszont azonban, épen Rákóczi Ferencz hűtlenségi pörének és a régibb nagy hűtlenségi pörök tanulságain okulva, a király kijelenti, hogy csakis magyar tanácsosainak meghallgatásával, a magyar törvények szerint fog ítélni.

III. Károly koronázási hitlevele azonos az első örökös király, I. József által 1687-ben kiadottal. A rendek óhaj-

tották volna a régibb, a királyi hatalmat jobban megszorító diplomák megujítását, de e törekvésök nem sikerült. Ez a hitlevél maradt a későbbieknek is mintája. Törvényesen sem változtatható meg: az ország területi integritásának és külön kormányzásának biztosítása (1715. III.), majd Mária Terézia koronázásánál az 1741. VIII. czikkben a nemesi birtok adómentessége *(ne onus inhaereat fundo)*.

A kormányzat új szervezetének a rendek munkálatán (systematicum elaboratum) kellett volna alapulnia. Tényleg azonban ebből csak az vált törvénynyé, mi a kormány szándékának is megfelelt. Így az állandó sereg és vele együtt az állandó adó (1715. VIII.), mely felől már az 1708-iki diéta tanácskozott. A császári sereget itt czikkelyezték be és Deák Ferencz az 1865—67-iki kiegyezési bizottság tárgyalásain e czikkelyre hivatkozott, mint a védelem közösségének törvényes alapjára. Az adó mennyiségét azonban sem akkor, sem később nem foglalták törvénybe: annak megszabása mindig külön diétai határozatnak és alkúnak képezte tárgyát.

A jogszolgáltatás rendezésére, »mely nélkül az országok fenn nem állhatnak«, az országgyűlés bizottságot küldött ki, melyet a törvények átnézésével és javításával is megbizott. Egyúttal elhatározta, hogy a jövő diétáig is, a midőn azon bizottság munkálata fölött döntenek, a királyi és a hétszemélyes táblához más jogtudósokat is nevezzenek ki.

Nagyot haladt a berendezés ügye az 1723-iki diétán. A bizottság munkálata alapján ekkor szervezték újra a kir. táblát és curiát (24—27.) és felállították, a király egyenes kívánságára, a kerületi táblákat (29., 30., 31.). A megyei ügyek tárgyalásáról rendelkeznek az 56. és 58. §-ok. Végre főkormányszék gyanánt felállítják a kir. helytartó-tanácsot és kitűzik annak hatáskörét. Ennek törvé-

nyesen biztosított függetlensége azonban irott malaszt maradt, amint hogy már utasítása is a cseh kormányszéknek adott utasítás mintájára készült.

Caroli VI. Imp. et Reg. III. Decretum I. Anni 1715.

Articulus 2. Fideles Status, et Ordines Inclyti Regni Ungariae, et Partium ei annexarum peroptime recordantur, qualiter dictante Articulo 2. Anni 1687. ob magna Divi olim Leopoldi piae reminiscentiae Imperatoris et Regis in Regnum hoc Ungariae cumulatissime praestita beneficia, in citato Articulo fusius deducta, ejusdem Inperatoris et Regis ex propriis Lumbis descendentium masculorum Haeredum Primogenitum, in perpetuum pro Legitimo suo Rege et Domino; erga semper, totiesque, quoties ejusmodi Inauguratio instauranda erit, praemittendam Diplomaticorum Articulorum acceptationem, Juramentique ibidem descripti, et mox subinserti depositionem, se habituros et coronaturos declaraverint:

§. 1. Cum autem Sua Sacratissima Caesareo-Regia Majestas, via legitimae et immediatae Successionis, Regimen Regni hujus suscipiens, Deo propitio feliciter regnet, ejusmodique Articulos, ac Juramentum, iu ea, qua a Majoribus Suis depositum esset, forma clementer acceptasset; et Diaetaliter faustissime Coronata esset; ac insimul etiam, Diaetas Annorum 1687. ac secundum earundem sensum; Leges, Jura, Libertates, et Privilegia antiqua, adeoque et ipsum Leopoldinum Diploma (salvis semper, et inconvulsis permanentibus, quae per ultimas Dietas, et Diploma suum mutata, aut in meliorem formam redacta fuere) clementer confirmasset; Visum est iisdem Statibus, et Ordinibus, praeattactos Diplomaticos, Articulos id est; ipsum Sacrum Diploma, Generalibus ipsorum Constitutionibus verbotenus inseri, inscribique facere.

§. 2. Cujus quidem tenor sequitur in hunc modum:

Diploma Regium, per Sacram Caesaream Regiamque Majestatem, tempore suae felicis Coronationis, Statibus, et Ordinibus Regni datum, publicis Regni Constitutionibus inseritur.

§. 3. »Nos Carolus VI. Divina favente Clementia Electus »Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniae, »Hispaniarum, Castellae, Arragonum, Legionis, utriusque Siciliae,

»Hyerusalem, Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, »Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariae, »Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galletiae, Majoricarum, »Hispalis, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Giennis, Algarby, »Algecirae, Gibraltaris, Insularum Canariae, nec non Indiarum »Orientalium, et Occidentalium Insularum ac Terrae firmae Ma»ris Oceani, etc. Archidux Austriae; Dux Burgundiae, Brabantiae, »Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Lucemburgi, Vir»tembergae; Superioris et Inferioris Silesiae, Athenarum, et »Neopatriae; Princeps Sueviae; Marchio Sacri Romani Imperii, »Burgoviae, Moraviae, Superioris et Inferioris Lusatiae; Comes »Habspurgi, Flandriae, Tyrolis, Barcinonae, Ferreti, Kyburgi, Gori»tiae, Rossilionis, et Ceritaneae; Landgravius Alsatiae; Marchio »Oristani, Comes Gocceani; Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus »Naonis, Biscajae, Molini, Salinarum, Tripolis, et Mechliniae, etc. »Qua praelibati Regni Ungariae, et aliorum Regnorum, ac Par»tium eidem annexarum Rex; Agnoscimus, et memoriae commen»damus tenore praesentium, quibus expedit Universis:

§. 4. »Quod posteaquam, ex inscrutabili Divini Numinis »judicio, Serenissimum et Potentissimum olim Principem, Domi»num Josephum, hujus nominis Primum, Electum Romanorum »Imperatorem, ac Germaniae, Ungariae, Bohemiae etc. Regem, »Archiducem Austriae, Dominum germanum Fratrem nostrum »felicis recordationis desideratissimum, Anno proxime praeterito, »de hac mortali vita, et temporaneo Regimine, ad sempiternam »immortalitatem ac aeternae gloriae coronam evocari, et trans»ferri contigisset; ac ex eo, quod nullam superstitem masculam »Prolem post se reliquisset, Nos, qua aliunde Haeres, et immedia»tus Successor in Regno Ungariae, et Partibus eidem annexis, »vigore etiam Articuli 2. Diaetae Posoniensis, Anno 1687. cele»bratae, legalem successionem nostram declarantis, et stabilientis, »legitime successissemus; ac ad mentem praecitati Articuli secundi »Diaetae Posoniensis, pro felici, eaque faustissimis Votis, Deo Ter »Optimo Maximo auxiliante, instauranda Inauguratione nostra, »fidelibus nostris universis Inclyti Regni nostri Ungariae, et »Partium eidem annexarum Statibus, et Ordinibus, Conventum, »seu Diaetam, intra idem Regnum Ungariae, utpote in Regiam »Liberamque Civitatem nostram Posoniensem pro Dominica in »Albis, seu die tertia Mensis Aprilis, Anni modo labentis infra-

»scripti, indixissemus, et promulgassemus; ad eandem Nos etiam »personaliter comparentes, eidemque praefuissemus; Fideles nostri »universi Domini Praelati, Barones, Magnates, et Nobiles, caete»rique Status, et Ordines mentionati nostri Inclyti Regni Unga»riae Partiumque eidem annexarum, ad praefatam Diaetam pleno, et »frequentissimo numero comparentes, praementionataeque Diaetae »Posoniensis Actorum, et Constitutionum haud immemores, pro »exigentia eorundem, et signanter praecitati Articuli secundi, »debitam, et homagialem erga Nos, qua legitimum, et Haeredi»tarium Regem suam, ac Dominum, devotionem, et fidem testati, »desiderioque auspicandae felicissimae Inaugurationis nostrae ducti, »supplicaverunt Majestati nostrae humillime, et rogaverunt: ut »innuentibus praecitatis Constitutionibus, omnino ante adhuc »faustissimam Coronationem nostram, Nos infrascriptos Articulos, »omniaque et singula in iisdem contenta, ratos, gratos, et accepta »habentes, nostrumque consensum illis praebentes, benigne accep»tare, et Authoritate nostra Regia approbare et confirmare, et »tam Nos ipsi benigne observare, quam per alios, quorum interest, »firmiter observari facere dignaremur. Quorum quidem Articulo»rum tenor sequitur in hunc modum:

§. 5. »Primo: Quod praeter ab antiquo deductam haeredi»tariam Regiam Successionem, Coronationemque; in reliquo uni»versas et singulas communes istius Regni Ungariae, Partiumque »eidem annexarum Libertates, Immunitates, Privilegia, Statuta, »communia Jura, Leges, et Consuetudines; a Divis condam »Ungariae Regibus, et gloriosae memoriae Praedecessoribus nostris »hactenus concessas, et confirmatas, in futurumque conceden»das, et per nos confirmandas (ad quas, et quae, dicti Status, et »Ordines formulam quoque Juramenti, ad initium Decretorum »Serenissimi olim Principis, Domini Ferdinandi Primi, gloriosae »reminiscentiae Antecessoris nostri positam, extensam, et reduc»tam habent) exclusa tamen et semota Articuli 31. Decreti Divi »Andreae Regis Secundi de Anno 1222. clausula incipiente: »Quodsi vero Nos, usque ad verba: in perpetuum facultatem: in »omnibus suis Punctis, Clausulis, et Articulis, prout super eorum »usu et intellectu, Regio et communi Statuum consensu, Diae»taliter conventum fuerit; firmiter et sancte observabimus, per »aliosque omnes et singulos inviolabiliter observari faciemus.

§. 6. »Secundo: Sacram Regni Coronam, juxta veterem

»consuetudinem ipsorum Regnicolarum, Legesque Patrias, per »certas de eorum medio unanimiter ad hoc delectas, et deputatas »personas seculares, in hoc Regno conservabimus.

§. 7. »Tertio: Hactenus recuperata, et expost Deo adjuvante »recuperanda, quaevis hujus Regni, Partiumque eidem annexarum »Tenuta, et Partes; ad mentem etiam juramentalis formulae, »praenotato Regno, et eidem annexis Partibus, sub modalitate »supradictae Interpretationis, de usu, et intellectu Legum, et »Privilegiorum, de toto reincorporabimus.

§. 8. »Quarto: Quod in casu (quem Deus procul avertere »velit) defectus Masculini Seminis nostri; Praerogativa Regiae »Electionis, Coronationisque antefatorum Statuum, et Ordinum in »pristinum vigorem, statumque redibit, et penes hoc Regnum »Ungariae, et praedictas Partes, ejusdemque antiquam consuetudi- »nem illibate remanebit.

§. 9. »Quinto: Ut praemissum est, quoties ejusmodi Inaugu- »ratio Regia, intra ambitum saepe fati Regni Ungariae successivis »temporibus Diaetaliter instauranda erit; toties Haeredes nostri »Masculini, futuri Neo-Coronandi haereditarii Reges, praemitten- »dam habebunt praesentis Assecurationis acceptationem, deponen- »dumque superinde Juramentum.

§. 10. »Nos itaque praedicta universorum Statuum, et Ordi- »num Regni Ungariae, et partium eidem annexarum instantia »benigna admissa; pro benigna Animi nostri propensione, ipsis- »que benigne gratificandi voluntate, praeinsertos universos Arti- »culos, ac omnia et singula in iisdem contenta, rata, grata, et »accepta habentes, eisdem nostrum Consensum, benevolum pariter »et assensum praebuimus, et illos, ac quaevis in eis contenta »clementer acceptavimus, approbavimus, ratificavimus, et confir- »mavimus.

§. 11. »Promittentes, et assecurantes Status, et Ordines in »Verbo nostro Regio; quod praemissa omnia, tam nos ipsi obser- »vabimus, quam per alios fideles Subditos nostros, cujuscunque »Status, et Conditionis existant, observari faciemus: Uti vigore »hujus nostri Diplomatis, acceptamus; approbamus, ratificamus, »confirmamus atque promittimus.

§. 12. »In cujus fidem, et testimonium, Literas has manu »propria subscripsimus, et Sigilli nostri Regii, appensione muniri »fecimus. Datum in Arce nostra Regia Posoniensi, die vigesima

»prima Mensis Maji Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, »duodecimo. Regnorum nostrorum Romani primo; Hispaniarum »nono, Ungariae vero, Bohemiae, et Reliquorum Anno itidem »primo.

Juramenti autem Regii Contextus talis erat:

»Nos Carolus VI. Dei Gratia Electus Romanorum Imperator »semper Augustus, ac Germaniae, Hispaniarum, Ungariae, Bohe»miae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. Rex, Archidux »Austriae; qua praelibati Regni Ungariae, et aliorum Regnorum, »ac Partium eidem annexarum Rex: Juramus per Deum vivum, »per ejus Sanctissimam Genitricem Virginem Mariam, ac omnes »Sanctos; Quod Nos Ecclesias Dei, Dominos Praelatos, Barones, »Nobiles, Civitates Liberas, et omnes Regnicolas, in suis Immuni»tatibus et Libertatibus, Juribus, Privilegiis, ac in antiquis bonis, »et approbatis Consuetudinibus, prout super eorum intellectu et »usu, Regio, ac communi Statuum consensu Diaetaliter conventum »fuerit; conservabimus: Omnibusque Justitiam faciemus: Serenis»simi condam Andreae Regis Decreta (exclusa tamen et semota »Articuli trigesimi primi ejusdem Decreti clausula incipiente: »Quodsi vero Nos, etc. usque ad verba: in perpetuum facultatem) observabimus: Fines Regni nostri Ungariae, et quae ad illud quocunque Jure aut Titulo pertinent; non abalienabimus nec »minuemus, sed quoad poterimus, augebimus, et extendemus: »Omniaque illa faciemus; quaecunque pro bono publico, honore, »et incremento omnium Statuum, ac totius Regni nostri Ungariae, »juste facere poterimus. Sic Nos Deus adjuvet, et omnes Sancti.

Circa Regiam Haereditariam Successionem, et Regimen; uberior declaratio.

Articulus 3. Sacra Caesarea Regiaque Majestas, Successionem Haereditariam juxta tenorem benigni Diplomatis sui immediate praeinsinuato Articulo secundo, nunc inserti, sufficienter declaratam, clementer resolvit dirigendam; et deficiente demum Masculino sexu, a Divo condam Leopoldo et Rege descendente, avitam et veterem, approbatamque Consuetudinem, Praerogativamque Statuum, et Ordinum, in Electione, et Coronatione Regum, locum suum habituram esse:

§. 1. Nec Status, et Ordines Regni, eadem Sacra Regia Majestas secus regi, aut dirigi vult; quam observatis propriis ipsius Regni Ungariae hactenus factis, vel in futurum Diaetaliter constituendis Legibus:

§. 2. Qua Regia clementissima declaratione; circa clausulam: Prout super intellectu et usu Legum, Regio, et communi Statuum consensu Diaetaliter conventum fuerit, de omni a Regno avulsione; ac ad morem aliarum Provinciarum supposito Gubernio; memoratos Status, et Ordines Regni sufficienter praecautos reddit.

De Casibus Criminis laesae Majestatis.

Articulus 7. Pro securiori Tranquillitatis publicae conservatione, ac bonorum, et quietorum Patriae Civium tutamine; ad benignam Suae Majestatis Resolutionem, Status, et Ordines concluserunt.

§. 1. Ut amodo imposterum, quemcunque Regnicolarum in unam, aut alteram nefandi Criminis laesae Majestatis, seu perduellionis speciem, et Casus quosvis, tum in Sancti Stephani Libro 2. Cap. 51.[1] tum alibi passim in Legibus Patriis denotatos committere et incidere contigeret; extunc ad evitandas periculosissimas ex formalitate Citationis emergentes sequelas, nulla peramplius Citatio praerequiratur.

§. 2. Extra tamen solum casum atrocis Perduellionis, seu Criminis laesae Majestatis; citationem ante Capturam, in aliis omnibus, ac etiam notam Infidelitatis, de Jure municipali Ungariae, inferentibus Casibus,[2] semper observari, nec ullo sub titulo omitti debere.

§. 3. Hoc declarato: Ne occasione Capturae similium Perduellium (nisi in flagranti actuali Crimine deprehendantur, et captiventur; vel capi nequeuntes, ejusmodi Criminis tamen articulariter rei; palam et manifeste habeantur, et declarentur) Bona tam mobilia, quam immobilia, ante convictivam Sententiam occupentur, et distrahantur: Sed praevia ejusmodi Bonorum Conscriptione, ad praecavendum distractionis periculum; pro arbitrio Judicii, usque ad finalem Litis exitum sequestranda, et cum onere reddendarum rationum per manus tertias; aut pro diversi-

[1] Fönnebb 79. l. XVII. czikkely.

[2] Ezeket részletesen összefoglalja az 1723. 9. czlkk.

tate Casuum et Circumstantiarum, praetermissa etiam sequestratione, hominibus Captivis administranda ordinabuntur.

§. 4. Causae vero cognitio et revisio ex quo directe ad solam Regiam Majestatem pertineret; manebit penes Ejusdem benignum arbitrium, sive intra sive extra Regnum hujusmodi atrox Crimen, Sua Caesaro-Regia Majestas in Persona, cum Consiliariis Suis Ungaricis, secundum Leges Patrias revidendum et judicandum suscipere velit.

§. 5. Si nihilominus praelibata Sua Majestas Regia, ejusmodi Judicatum propria Sua in Persona exercere nollet; tunc Judices, loco sui, Ungaros, pro arbitrio Regio delegandos, ad Causarum ejusmodi cognitionem, omnino intra, et non extra Regnum ordinabit: Qui ad mentem praenotatarum Regni Legum, ejusmodi Causam revidebunt; ac tandem Processum exinde subsequendum, cum tota sua serie, Eidem Regiae Majestati referre debebunt.

§. 6. Fidejussione (quae in aliis etiam simplicibus Capitalibus Criminibus locum non habet) in hujusmodi atrociori Crimine Perduellionis, sub decursu instituendae Revisionis, seu Processus, velut pro securitate Capitis, insufficiente, et propter metum profugii, tam ipsius Rei, quam etiam Fidejussoris periculosa, neutiquam admissa.

§. 7. Praeterea, an Accusator, seu Delator; ad testimonium in Crimine hoc, velut excepto, admitti, vel removeri debeat; id ipsum Judicii arbitrio relinquitur.

§. 8. Si tamen per Calumniam, aut dolose; aut malitiose quempiam incuset; aut ex rancore, et nocendi studio, dubia pro Veris affirmet; Incusato, innocente comperto, arbitraria, omnino severiori poena, vel secundum circumstantias, Talionis, per idem Judicium (velut ex connexione Causae, etiam respectu Accusatoris competens) affici poterit.

§. 9. Si vero quispiam, ex pura erga Principem debita fidelitate; et ad impediendum, fors inde metuendum malum, de aliquo, sinistri quid se audivisse; vel aggravantia de Jure indicia advertisse (quod aliunde ex homagiali obligatione; ad evitandam etiam, si quid ei eatenus constitisse, in futurum comperiretur, sui punitionem; facere tenetur) simpliciter retulerit; Nec factum affirmaverit, aut probam in se assumpserit; nulli poenae subjacebit.

De insurrectione, et Contributione.

Articulus 8. Quandoquidem Nobiles, et omnes illi, quos sub nomenclatione hac (cujuscunque sint Honoris, Dignitatis, et Status, Personae) in Ungaria Lex complectitur, pro Regni defensione militare; adeoque personaliter insurgere, suaque respective Banderia producere, et praestare teneantur.

§. 1. Id Sacra Caesarea, Regiaque Majestas, quoties necessum esse judicaverit, ad conformitatem hactenus sancitarum superinde legum, amodo imposterum quoque desiderare, et exigere poterit.

§. 2. Quia tamen per eam solam, Regnum hocce sufficienter defendi nequiret, adeoque validior, et Regulata Militia, tum ex Nativis, tum Externis constans, pro omni eventu intertenenda veniret, quam sine stipendiis subsistere; haec vero sine contributione comparari non posse, indubitatum esset; Hinc subsidiorum, et Contributionum eatenus necessariorum materia, Diaetaliter (quo aliunde spectare dignoscitur) cum Statibus deliberanda erit.

§. 3. Ubi vero extraordinarius inopinae irruptionis hostilis Casus emerserit; aut varii, et improvisi flagrantis Belli ratio, ordinariam rei tam arduae tractandae Methodum, et formam non admitteret; pro ejusmodi casibus, iidem Status, et Ordines, non solum consultum, ast et necessarium esse statuerunt; Ut Palatinus, et Primas Regni, item Praelati, Barones, Tabula Judiciaria Regia, Comitatusque, et Regiae, ac Liberae Civitates, in quantum, et quo frequentiori numero fieri poterit, intra, et non extra Regnum convocentur.

§. 4. Qui, cognita hujusmodi inopinae necessitatis causa, eaque ad utilitatem, et necessitatem Regni, pro sufficienti, agnita, et adinventa; in puncto hujusmodi Contributionis (et non aliorum Regni negotiorum) deliberare et decernere possint.

Caroli VI. Imp. Et Reg. III. Decretum II. Anni 1723.

Pro Revisionibus Appellationum, penes Dominum Comitem Palatinum qua simul etiam locumtenentem Regium; Judices denominantur.

Articulus 24. Benigne admittit sua M. S. ut in conformitate articuli 24. 1715. praeter Septemviros, ad suprafatum judicium Regium Septemvirale, sub praesidio Regni Palatini, et simul Locumtenentis Regii, alii adhuc octo, duo quidem ex Praelatis,

duo ex Magnatibus et demum quatuor ex statu Nobilium[1] ex omnibus Regni Partibus, pari cum praefatis Septem Viris voto et Salario constituantur et ad administrationem Justitiae aequali omnes Juramento adstringantur.

§. 2. Hujusmodi autem Judices, intra tridui spatium, sub poena Floren. 100. Judiciorum celebrationi adesse teneantur; nisi gravis infirmitas, vel legale quodpiam Impedimentum eosdem excuset.

§. 3. Praevio demum modo comparentes, statis horis, pro Causantium commoditate considere, et ad minus undecim cum Praeside ad ferendum Judicium continuo praesentes esse debeant.

De Tabula Regia Judiciaria; ejusdemque Stabilitate.

Articulus 25. Et quamvis Tabula Regia Judiciaria, Sensu Articuli 10. Uladislai Regis Decreti I.[2] et Articuli 38. Anni 1559. ac aliarum passim sancitarum Legum, superioribus quoque Seculis, pro continuo celebrata fuisset.

§. 1. Magno nihilominus Causantium, et Justitiam sitientium damno, ad certa tempora reducta; ac vel maxime temporum injuria, Judicia interrupta extitisse comperirentur.

§. 2. Pro Justitia itaque, per quam Regna subsistunt, continuo administranda; Sua Sacratissima Majestas Tabulam Regiam Judiciariam (cum plenaria secundum Praescriptum Patriae Legum judicandi facultate) confirmat; suo in vigore, et integritate conservandam.

§. 3. Ac non nisi Feriis, et Juristitiis demptis, ut pro continuo consideat; Causantibusque, non obstante aliquorum legitima absentia (ita tamen ut ad minus Novem Judices Tabulares cum Praeside adsint) Jus et Justitiam administret; Juratosque, Sensu Articuli 8. Uladislai Decreti 4. pro necessariis Functionibus adhibendos, Tabula haec Regia salariatos habeat; statutum est.

De Causis ad Tabulam Regiam Judiciariam spectare debentibus; Juridicisque Remediis, et Termino Evocationis.

Articulus 26. Licet quidem Causae Articulares, et Fori Extraordinarii, Comitis Palatini; Defectuum item Seminis, Judicis Curiae Regiae Judicio subjectae fuissent.

[1] Az 1741 : XXIV. t.-cz. e számot még négygyel megtoldotta: egy főpap, egy főúr és két nemessel.

[2] 1492-iki törvény.

§. 1. Ad celerius nihilominus, et exactius administrandam Justitiam, benigne annuit Sua Majestas Sacratissima; Ut quaevis Causae, tam videlicet praerecensitae, quam et aliae Tabulares, quoscunque Regnicolas, ac Fiscum etiam Regium active, et passive tangentes; in Tabula Judiciaria Regia (Salva Parti succumbenti, ad Tabulam Septem-Viralem Appellatione) judicentur, et terminentur.

§. 2. Ita tamen: ut in Causam attractis remotius habitantibus, quatuor ad minus Quindenarum Terminus; et is quidem, pro certa, et determinata die (ne Causantes ob incertitudinem diei, qua Causa eorundem levaretur, diutius cum gravi Expensarum suarum profusione expectare debeant) praefigatur.

§. 3. Pauperum autem, et antiquiorum Causarum, sicut hactenus, ita imposterum quoque, condigna ratio habeatur: Eaedemque ante alias assumantur, et decidantur.

§. 4. Juris remedia, eousque durent, et observentur: quousque de iisdem, et Poena temere litigantium; in Emendatione Legum aliud non statuatur.

De Tabula Banali.

Articulus 27. In Regnis pariter Croatiae, et Sclavoniae singulis Annis (exceptis Feriis, et Juristitiorum temporibus) statoque suo loco, et tempore, per Dominum Comitem Banum, et universos Regnorum Status determinando; Tabula Banalis sub praesidio Comitis Bani; aut eo absente, et legitime praepedito; Locumtenentis, seu ejusdem Comitis Bani Vices-Gerentis (ad quam omnium Comitatuum Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Causae, per Viam Appellationis deducendae erunt) celebretur.

§. 1. Taliterque, et non secus, more etiam hactenus legaliter observato; per viam Appellationis, et Transmissionis, in Tabulam Regiam; ac demum etiam abinde in continenti, ex antiqua Consuetudine in Septem-Viratum, Causarum Appellatae, earundemque Revisiones, legitime deducantur.

De Feriis universalibusque Juristitiorum Terminis.

Articulus 29. Pro Judicum, et Causantium Directione, servandoque debito ordine, Sacratissima Caesarea, et Regia Majestate annuente, statuitur:

§. 1. Ut Feriae Nativitatis Domini, initium sumant a Festo Sancti Thomae Apostoli;[3] et durent ad Dominicam primam post Epiphaniam.

§. 2. Dein autem, per ultimos dies Bachanaliorum,[4] usque ad Dominicam primam Quadragesimae.

§. 3. Postea vero, a Dominica Passionis (ut videlicet Praelati, pro exequendis, iisdem hebdomada Sancta incumbentibus Functionibus; una et reliqui Judices etiam, Devotionis Causa adesse possint) ad Dominicam secundam post Pascha.

§. 4. Insuper, per Hebdomadam Sacri pentecostes; usque ad Dominicam Sanctissimae, et Individuae Trinitatis.

§. 5. Juristitium vero Messis; a Festo Sancti Ladislai Regis Ungariae usque ad Festum Sancti Stephani.[5]

§. 6. Vindemiae autem; a Festo Sancti Michaelis, usque ad Festum Sancti Martini Episcopi.[6]

§. 7. De reliquo; praeter praemissa, praevio modo universaliter observanda Juristitia; adhuc triginta dies ante Dietam, et sub toto diaetali decursu, juxta Articulum 49. Anni 1655. et Articulum 12. Anni 1507. usque ad reditum Nunciorum.

§. 8. Non secus, et omnes Dominici.

§. 9. Juxtaque Sancti Ladislai Caput 38. Libri I. a Sancta Romana Ecclesia, in Foro Fori celebrari soliti Festorum.

§. 10. Et Rogationum etiam dies.[7]

§. 11. Nec non tempore Insurrectionis Generalis.

§. 12. Pro universalibus Juristitiis, antiqua Regni Consuetudine exigente, imposterum quoque tenendi; et in omnibus Sedibus Regni Judiciariis observandi venient.

§. 13. Quae Juristitia, Sensu Articuli 70. Anni 1618. (praeter solas Causas Matrimoniales) ad Sacras etiam Sedes extentuntur.

De Tabularum Districtualium Erectione; et Personis ad easdem adhibendis.

Articulus 30. Siquidem pro celeriori, ac exactiori Justitiae administratione, a multis annis intermissa Generalium aeque, ac

[3] Deczember 21-ike.
[4] Farsang.
[5] Június 27-től augusztus 20-ig.
[6] Szeptember 29-től november 11-ig.
[7] Áldozó csütörtök előtti hétfő, kedd és szerda.

Brevium Judiciorum celebratione; Tabula Suae Majestatis Sacratissimae Regia (exceptis Juristitiorum temporibus) perpetuo celebranda veniret; ibidemque Protonotarios ex muneris sui exigentia, Sensu Articuli 34. Anni 1545. in integro numero; et tenore Articuli 38. Anni 1559. continuo sine exceptione interesse oporteat; neque iisdem de dictamine hujus Articuli alter substitui valeret.

§. 1. Hinc abrogato, antehac per eosdem in Partibus exercito Processu.

§. 2. Ne Causantes, in Causis Articulo 28. Anni 1715. denotatis,[8] et Forum Protonotariale hactenus respicientibus, beneficio administrandae Justitiae destituantur; secundum benignam Suae Majestatis Sacratissimae mentem et intentionem, Subalternae Tabulae, in quatuor Regni Districtibus erigendae, decernuntur.

§. 3. Quarum singulae una cum Praesidibus, ex quinque Personis Nationalibus; in Regno bene possessionatis; ac Juris Patrii exactam Notitiam, aequalemque Activitatem judicandi habentibus; Judicum Juramento adstringendis; constabunt.

§. 4. A quibus, Sententiae ad Tabulam Regiam Judiciariam, Via Appellationis transmitti; abindeque appellatae; ad Septem-Viralem referri debebunt.

§. 5. Praeterea, pro litigantium Allegationibus, modo hactenus observato, coram Judicio ad calamum excipiendis; perlegendis; conficiendaque, et publicanda Sententia; et successive redigendis Processibus; adhuc unus in singulis Tabulis Juratus Notarius, Juramento Notariorum Sedis obligandus, sine Voto; et quatuor Jurati, ac ex his unus Expeditor, cum ordinario Salario; Alii porro Jurati cum Adjuta, pariter Juratorum Notariorum Sedis Juramento adstringendi; adhiberi valebunt.

De Loco Tabularum Districtualium; Celebrationeque Judiciorum.

Articulus 31. Ut porro Causantium etiam Expensis, et commodiori Justitiae consecutioni consulatur.

[8] E czikk összeállítja azokat az eseteket, melyek az itélőmesterek vándor itélőszékéhez tartoznak, kivévén alóla a bűnügyeket, osztálypöröket, a szökevény jobbágyokon vonatkozó, a zálog- és dézsma-pereket, mint melyek a megyei törvényszék elé tartoznak.

§. 1. Pro Comitatibus, sine praejudicio Ordinis eorundem[9] ad infra denominandis, Districtus Cis Danubiani; Posoniensi videlicet, Nittriensi, Trenchiniensi, Barsiensi, Neogradiensi, Hontensi, Pestiensi, Strigoniensi, Zoliensi, Thurocziensi, Liptoviensi, et Arvensi, Locus Tabulae; Libera Regiaque Civitas Tyrnaviensis.

§. 2. Pro Trans-Danubianis Comitatibus; nempe Soproniensi, Castriferrei, Szaladiensi, Comaromiensi, Sümeghiensi, Jauriensi, Albensi, Veszprimiensi, Mossoniensi, Tolnensi, Baranyiensi; Libera Regiaque Civitas Ginsiensis.

§. 3. Pro Cis-Tybiscani Districtus Comitatibus; Aba-Ujvariensi videlicet, Zemplíniensi, Sarosiensi, Ungensi, Scepusiensi, Gömöriensi, Hevesiensi, cum Exteriori Szólnok, Borsodiensi, et Tornensi; Libera Regiaque Civitas Eperjesiensis.

§. 4. Pro Comitatibus vero Trans-Tybiscanis; Szattmariensi, Szabólcsensi, Bereghiensi, Ugocsensi, Bihariensi, Csanadiensi, Csongradiensi, (quorsum et Báchiensis, et Bodroghiensis, propter majorem commoditatem applicarentur) quorsum etiam reliqui Comitatus nondum incorporati,[10] quamprimum reincorporati fuerint, spectabunt, Magno-Varadinum,[11] denominantur.

§. 5. Inibique continuo (exceptis Feriarum, Juristitiorumque temporibus) celebrari; et praemissi Judices, iisdem omnibus continuandorum Judiciorum temporibus interesse.

De Residentia Supremorum Comitum in Comitatibus; et Restauratione Comitatuum; ViceComitum, aliorumque Officialium Conditione.

Articulus 56. Quandoquidem Supremi Comites illorum Comitatuum, quibus praeficiuntur, Moderatores essent; ac tam Politicorum, et Publicorum Negotiorum, quam etiam Justitiae Administrationis Curam sibi principaliter commissam haberent.

§. 1. Hinc ad praeviam Suae Majestatis Sacratissimae benignam Resolutionem statuitur; Ut observato quoad eorundem Officia 36. Anni 1536. Articulo; nisi in Publicis Regis, et Regni Servitiis praepediantur, in Comitatibus, quibus praesunt, continuo resideant.

[9] Az egyes kerületekben fekvő megyék ugyanis rang szerint szoktak szavazni és e rangért gyakran éles viták folytak a dietákon.

[10] Arad és a Maroson túli megyék.

[11] Megnyilt Váradon 1724-ben, de már 1725-ben Debreczenbe tétetett át.

§. 2. Ac pro avertendis publicum Comitatuum, adeoque Regni Servitium remorantibus quibusvis inconvenientiis; singulo Triennio, vel etiam citius (necessitate mutationem quampiam in officialibus instituendam exigente) Sedes Restauratorias indicere; ac Candidatos, cum priore Vice-Comite idoneos quatuor e Statu Nobilium proponendo; istiusmodi Restaurationem celebrare teneantur.

§. 3. Vice-Comites, aliique Comitatuum Officiales, sint de numero, et Statu verorum Nobilium, Possessionati, et disinteressati, ac Dominis Terrestribus ejusdem Comitatus nullatenus obligati.

§. 4. Qui, ad hujusmodi Officia, ad Sensum Articuli 70. Anni 1548. cum consensu totius Comitatus eligantur.

§. 5. Negotium autem Familiae Comitum Erdödy, respectu Constitutionis Officialium Comitatus Varasdiensis; maneat in statu quo; Donec ordinaria Juris via, determinatum fuerit.

De modo Celebrationis Congregationis Comitatuum Violationisque earundem poena.

Articulus 58. Bonus Ordo omnino exigit; ut omnia Comitatus negotia, palam, et publice, et debita cum moderatione pertractentur.

§. 1. Taliterque conclusa; improtocollentur.

§. 2. Ac ante Dissolutionem Congregationum, publice perlegantur.

§. 3. Et hoc modo approbatum Protocollum; Fidedignitatem sortiatur.

§. 4. Et in Generalibus Comitatuum Congregationibus conclusa; per particulares Congregationes; multo minus per Supremos, vel Vice-Comites, aut alios quoscunque; in privato, non immutentur.

§. 5. Conclusisque absentes, se etiam accommodare debeant.

§. 6. In Votizatione porro; Ratio Legis, et Consuetudinis, habenda veniet.

De Systemate Consilii Regii Ungarici.

Articulus 97. Sua Majestas Sacratissima, Consilium Regium Locumtenentiale instituit, Praeside Palatino, cum viginti duobus Consiliariis, ex Statu Praelatorum, Magnatum, et Nobilium, ex

omnibus Regni Partibus, per Regiam Majestatem ex nunc, et in futurum denominandis.

§. 1. In casu vero subsecuturae Consiliariorum Vacantiae, praelibatum Consilium, non solum omnium, pro eadem Vacantia Instantium supplices Libellos Suae Majestati Sacratissimae submittet; sed et alios aptos et idoneos, pro re nata, cum opinione demisse proponet, et ulteriorem benignam Resolutionem Regiam praestolabitur.

§. 2. Supernumerarii quoque Juniores, Juramento adstringendi, ex Magnatum et Nobilium Statu (sine Voto tamen, et Salario) ad idem Consilium, pro capienda rerum Experientia ad arbitrium Suae Majestatis Sacratissimae admittentur.

§. 3. Et saepedictum Consilium, ex Regalibus Proventibus salariandum, ubi primum fieri poterit, ad meditullium Regni collocabitur;[12] Interea vero Posonii manebit.

§. 4. Neque ex Consiliariis ulli, nisi legitima de causa, Praesidi semper insinuanda, praeter legales Ferias, ex eodem Consilio abesse licebit; Ita tamen; ut ad minimum Duodecim, ad latus Praesidis contimuo praesentes esse debeant.

§. 5. In legitima demum Comitis Palatini absentia: Judex Curiae Regiae eidem Consilio praesidebit.

De Consilii Regii Anthoritate, Modoque, ea, puae a benigna Caesareo-Regiae Majestatis Resolutione dependerent; Suae Majestati repraesentandi.

Articulus 101. Praefatum Consilium a nullo Dicasterio Aulico, sed Sua Majestate Sacratissima (tanquam Consilium Regium) dependebit.

§. 1. Et, si quid Suae Majestati Sacratissimae repraesentandum habuerit; illud medio demissarum Literarum suarum repraesentabit.

§. 2. Et Majestas Sua Sacratissima, benignam suam Resolutionem, aut per Rescriptum, aut per Decretum Regium (pro varietate Rerum, et Negotiorum) eidem Consilio intimabit.

§. 3. Consiliarii, pro uberiore informatione, ad Suam Majestatem Sacratissimam, mittendi si necessarii videbuntur, per Suam

[12] II. József helyezte át Budára 1783-ban.

Majestatem Sacratissimam praevia Consilii repraesentatione, et approbatione Suae Majestatis; vocabuntur.

§. 4. Quod vero Correspondentiam cum vicinis Regnis et Provinciis attinet, cum in iisdem Regnis et Provinciis existentia Gubernia, et Regimina, in rebus Statum publicum concernentibus, ad invicem non correspondeant, sed Suae Majestati Sacratissimae demissas Relationes praestent; ideo id ipsum in hoc quoque Consilio Regio observandum veniet.

De Activitate Consilii Regii in genere.

Articulus 102. Ut Consilium hoc Regium Locumtenentiale, contra positivas Patriae Leges nihil determinet.

§. 1. Et Diaetales Conclusiones, per eos, quibus incumbet, effectui mancipari faciat.

§. 2. Ac praeterea, ut Conclusa semel per pluralitatem Votorum in Consilio, extra Consilium nemini immutare liceat; justum omnino est.

De impopulatione Regni.

Articulus 103. Ut liberae quaevis Personae, per Sexennium a quavis Contributione publica libertandae, in Regnum vocari; ac ejusmodi Libertas per totum Regnum publicari possit, benigne admittet Sua Majestas Sacratissima.

§. 1. Ut autem Patentes, in Sacro Romano Imperio, et aliis etiam vicinis Suae Majestatis Sacratissimae Regnis, et Provinciis eatenus publicari possint; id cum Statibus praelibati Sacri Imperii, et vicinorum Regnorum, et Provinciarum deliberari debebit.

§. 2. Bona etiam Neo-Acquistica; juxta Articulum 19.[13] Familiis, ad quas pertinere dignoscentur; modo ibidem declarato restituentur.

§. 3. Personarum benemeritarum, in conferendis Bonis Fiscalibus, Sua Majestas Sacratissima condignam reflexionem habebit.

[13] E czikkely az 1715-ig a töröktől visszaszerzett jószágokra vonatkozó pereket a kir. táblához utasítja.

III.

A CAROLINA RESOLUTIO ÉS A TOLERANTIA EDICTUMA. 1731., 1781.

A protestantismus politikai jogát és szabad vallásgyakorlatát biztosító bécsi, nikolsburgi és linzi békekötések és az azokat beczikkelyező articulusok nem maradtak sokáig érvényben. A mint a főpapok, Pázmány Péter példájára, teljes buzgalommal fognak a visszatérítéshez; a mint a visszatért főurak, földesuri jogaik felhasználásával, vallásukhoz kényszerítik alattvalóikat is: egymást éri a protestáns templomok lefoglalása, az ellenkező jobbágyok elűzése. Az udvar 1670 óta erőszakosan lép föl, politikai és felekezeti okokból egyaránt, a protestánsok, első sorban papjaik és iskolamestereik ellen. Az 1681 : 25—26. és az 1687 : 21. és 23. czikkek már törvényesen is megszorítják a protestantismust és mutatják, hogy a magyar társadalomban is az ellenreformatio kerekedett fölül. E megszorításokat még türhetetlenebbé tette I. Leopold királynak 1691 ápr. 2-án kiadott magyarázó rendelete. A protestánsok üldözésének kétségtelenül igen nagy része volt Rákóczi Ferencz felkelése előidézésében és a felkelés gyors elterjedésében. A szatmári béke 3-ik pontjában a király meg is igéri a vallás törvényes gyakorlatát és kijelenti, hogy mindenki panaszával szabadon fordulhat hozzá vagy a diétához.

Mindez azonban nem fegyverezte le az ellentéteket. Ezek az 1712—15-iki országgyűlésen oly hevesen ütköztek össze, hogy határozatot hozni nem lehetett. Az 1715 : 30. t.-cz.

kimondja, hogy ő Felsége az 1681. és 1687-iki törvényeket *egyelőre* (adhuc) megerősíti, a magyarázó rendeletekkel együtt. A netán panaszkodó protestánsok a kir. felséghez forduljanak, de csak a magok nevében, ne mint közösség. A vitás kérdések elintézésére országos bizottságot küldenek ki. E bizottság Pesten 1721-ben össze is ült, megegyezésről azonban szó sem lehetett. A kath. papság oly túlzó követelésekkel állott elő, hogy azokat a király nem fogadhatta el. A két álláspont között a koronának kellett dönteni. E döntés csak tíz év múlva, 1731-ben következett be, a Carolina Resolutio által. Különösen fontos, hogy az evangelikusoknak nem engedték meg többé a közös fellépést és folyamodást; csak mint magánosok panaszkodhattak, ha sérelmet követtek el ellenök. Nem volt ez más, mint a törvényes formák külső megtartása mellett, a nyilt üldözés kerülésének szine alatt, megfosztása a protestánsoknak a vallás szabad gyakorlatától, sőt a legtöbb politikai jogtól. Ezt az elnyomást szinte még tarthatatlanabbá tette, hogy nem határozott, kemény törvény és erőszak által történt, hanem a kivételes rendszabályok apró tűszúrásai, akadékoskodásai és korlátozásai által. A ministerialis conferentia döntött e kérdésben is. Savoyai Eugén elnöklete alatt jelen voltak az összes ministerek; magyar részről csak gr. Batthyány Lajos alkanczellár vett részt a tanácskozásban. A törvényt és a kir. rendeleteket tartották ott szem előtt, de azok értelmezésében sokban közeledtek a püspökök álláspontjához.

Mária Terézia alatt nagyjában megmaradt ez az állapot. A magyar társadalomnak katholikus része teljes erővel fordul a protestáns ellen, magának a helytartó tanácsnak vezetése alatt, minden politikai jogot lehetőleg a maga javára foglalva le. A protestánsok folyamodásai a jámbor királynőnél nem találtak meghallgatásra. A »Regnum Marianum« megvalósítása volt még mindig a kormányzás

főczélja. Mária Terézia az »apostoli« királyi czím megújításában (1758) fontos eszközt látott arra, hogy egyházi és világi tekintetben egyaránt érvényesíthesse királyi hatalmát. József, mint trónörökös, hiába küzdött a tolerantia mellett. Csak 1770 után enyhült valamivel az uralkodó egyház nyomása. A magyar államférfiak nagy része, az uralkodó tanok befolyása alatt, az egyházi befolyás csökkentésére tört és maga a királyné is feleleveníti a placetum regium jogát, megszorítja a szerzetesek számát és nagy tanügyi reformjaiban már egészen a felekezetektől független állami nevelés elve felé hajlik.

Egyrészt a XVIII. századnak általános műveltségi iránya, másrészt az állam világi jellegének teljes felismerése birták Józsefet arra, hogy a vallás kérdésében elődjeitől annyira eltérő eljárást kövessen. Azt akarta, hogy mindenki tehetsége szerint szolgálhassa az államot, tekintet nélkül vallására. Trónralépésekor a protestánsok folyamodásai még nem voltak elintézve. A magyar kanczelláriának ezekről szóló felterjesztése adott a császárnak alkalmat arra, hogy akaratát nyilvánítsa. Addig a királyok a magyar társadalom ezen belső kérdésében mindig a katholikus részhez állottak. József a protestánsok mellett döntött (1781 október 25-én). A »keresztyén tolerantia«, mely a görögkeleti vallásúakra is kiterjedt, politikai tekintetben teljesen megadja az egyenjogosítást, vallásos tekintetben azonban még lényegében fenntartja a katholikus egyházat uralkodó állásában. Mindamellett oly óriási haladást jelölt az előbbi viszonyokhoz képest, hogy a protestánsok mindenfelé kitörő örömmel és nagy hálával fogadták. Azzal az érvvel, hogy nem koronás király adta, akkor csak a rendelet katholikus ellenzői küzdöttek ellene. Egészen a XVIII. század felvilágosító eszméire vall azon főelve, hogy lelkiismeret dolgában kényszerítésnek nem lehet helye. Különben is elismeri a magyar

törvények és kiváltságok érvényességét mindazon esetekben és vonatkozásokban, melyekben a nemkatholikusoknak kedveznek és csak a végrehajtásban és alkalmazásban hozza be azon javításokat, melyeket egész birodalmára nézve elrendelt.

II. József összes rendelkezései visszavonásakor kivételt tett a tolerantiára nézve. Látni fogjuk, miképen intézkedett e tárgyban, törvényesen, az 1790—91. országgyűlés.

A Carolina resolutiót a királyi helytartótanács mandatuma; a türelmi rendeletet egykorú hiteles nyomtatvány után közöljük.

A Carolina Resolutio 1731. márczius 21.

(A helytartótanács rendelete.)

Actis Commissionis articulo 30. an. 1715. denotatae, quae nimirum anno 1721. in libera ac Regia civitate Pestiensi inchoata, anno vero sequente, in altera libera Regiaque civitate Posoniensi reassumta et terminata fuit, Suae Maiestati Sacratissimae demisse relatis, materiisque in iisdem specifice ac uberius deductis, rite ponderatis ac discussis habitis, benigne visum fuit Eidem Suae Maiestati Sacratissimae, hac vice, sequentem eatenus clementer impertiri resolutionem. Et quidem

I. Benignam pientissimae memoriae Imperatoris et Regis Leopoldi rosolutionem, sub dato 2. April. 1691. typis mandatam, et suo modo publicatam, pro regiis explanationibus articulorum 25. et 26. an. 1681. et 21. anni 1687. per praecitatum art. 30. anni 1715. confirmatis, habendam, et iuxta illam sensu antelati articuli 25. omnibus Augustanam et Helveticam Confess. profitentibus regnicolis, vbique concessum Confessionis ipsorum exercitium, privatum duntaxat, dictamine porro sequentis articuli 26. ad certa nonnisi loca restrictum memoratum exercitium publicum fore, ac exinde

II. Praedicantes ad articularia duntaxat loca, quoad confessionis suae erga hanc profitentes, tam ibi degentes, quam et aliunde eo confluentes exercitium, restringi, in talibus autem locis, tot, quot necessitas et multitudo gregis exigit, ministros, praeuie tamen remonstrata istiusmodi necessitate, acceptaque

desuper benigna Regia concessione, iisdem admitti debere, qui ibidem quoque aegrotos ac captiuos visitare, iisdemque opera sua adesse poterunt.

III. In locis non articularibus, neque plebeiae conditionis homines a librorum confessioni suae deseruientium pro se et familia sua propria lectione, tanquam ad priuatum exercitium spectante, arcendi erunt, absque tamen eo, vt alios loci eiusdem incolas eorsum admittant. In quibus quidem non articularibus locis, licet quidem ipsi Acatholici, quoad munia parochialia, parocho Romano-Catholico subsint, is tamen non audebit, ab iisdem maiorem quam Romano-Catholicis stolam desumere,

IV. Jure terrestrium dominorum, per articulos et praeallegatas explanationes in salvo relicto, hoc deinceps quoque admitti, eo tamen modo, vt, si terrestres domini, quoad religionis negotium, in Regno hoc quid operari aut immutare vellent, teneantur id ipsum, cum rationibus eosdem ad hoc aut ad illud instituendum permouentibus praeuie Regiae suae Maiestati, velut Terrae Principi, et religionis defensori, humillime repraesentari facere, superindeque clementissimam dispositionem et ordinationem eiusdem Caesareo Regiam praestolari.

V. Superintendentes, seu superiores Augustanae et Helveticae Confess. addictorum, vbi modofatarum Confessionum alterutram profitentes, superinde, in quot et qualibus locis eiusmodi Superintendentem, seu superiorem sibi admitti petant, apud suam Maiestatem Sacratissimam instantiam fecerint, iisdem admittentur. Quorum quidem Superiorum muneris erit, moribus sibi subiectorum ministrorum inuigilare, ac in excessiuos condigne etiam animaduertere. In reliquo autem Acatholicorum ministri, in causis profanis, iurisdictionato Magistratui, ac in hoc duntaxat, vt constet, num eiusmodi ministri rite baptizent, seu ad valide baptizandum, sufficienter sint instructi, etiam visitationi et examini Archidiaconorum Catholicorum subesse debeant. Matrimoniales porro caussae, fundamento privatarum regni legum, Judiciis Dioecesanorum Episcoporum ita substerni, vt hi illas plane iuxta principia Augustanae et Helveticae Confessionis diiudicent, admissa inde ad Archiepiscopum appellatione.

VI. Apostatae demum, praecipue, dum quis ex Augustanae et Helueticae Conf. addictis, praeprimis Catholicam fidem amplecteretur, deinde vero ab eadem deficiendo, rursus eo redire atten-

taret, graui, arbitraria poena, per iurisdictionatum saecularem magistratum sunt puniendi. Antequam autem eiusmodi arbitrariae poenae effective infligantur, de casu in casum desuper praeuie ad Augustam Aulam mittenda erit relatio.

VII. Ut disparis religionis homines, tam in articularibus, quam non articularibus locis, praecise coram parocho loci Catholico, matrimonium inire possint, admitti.

VIII. Feriae porro et festivitates Catholicorum, etiam ab Acatholicis, quoad publicum, et forum externum, celebrari, mechanici item fundamento privilegiorum suorum consuetis processionibus interesse debebunt.

IX. In materia demum iuramenti, a profitentibus Augustanam vel Helveticam Confessionem, deinceps in praefato Hungariae Regno desumendi, clementer decerni, vt iudices, aliique officia tenentes, prouti et aduocati, interea, et donec aliud statuatur, iurent ad Formulam Decretalem, expressis nempe verbis Deiparae Virginis, ac sanctorum; a testibus autem desumatur iuramentum in forma vulgari, ne cursus iuridicus, tam civilis quam criminalis, remoram patiatur.

Caeterum contrauentiones quasuis, in materia religionis hucusque factas, pro hac adhuc vice: obliuioni tradi, quodsi tamen alterutra partium, seu quiscunque priuatorum regnicolarum, benignis resolutionibus, et dispositionibus Caesareo-Regiis, in praeallegato religionis negotio interuentis, privata autoritate contrauenire, et siue Catholicus Acatholicum, siue Acatholicus Catholicum eatenus turbare aut molestare attentaret, poena conueniente ad instantiam Fisci Regii desumenda, irremissibiliter punietur. Deinceps porro, si quis priuatorum, in persona vel caussa religionis se aggrauatum existimauerit, desuper suo privato, et non communi nomine ad Regiam duntaxat Maiestatem recurrat pro remedio.

Quam benignam Suae Maiestatis Sacratissimae Resolutionem Ciuitati huic, harum serie pro notitia et directione, debitaque sui accommodatione, intimandam habuit Regium hoc Locumtenentiale Consilium. Datum Posonii ex Consilio Regio Locumtenentiali die 6. April anno 1731. celebrato. Eorundem

Benevoli

Comes Nic. Pálffy.

Georg. Fabiankowits.

Tolerantiae edictum.

Cum persuasum sit Majestati Suae Sacratissimae, omnem coactionem, quae conscientiae Hominum vim inferat, quam maxime nocere, contra vero plurimum Utilitatis in Religionem, et Rempublicam e genuina, qualem Christiana Charitas probat, Tolerantia promanare, hanc in Universis Haereditariis Provinciis suis Caesareo-Regiis certis Legibus firmare decrevit.

Quia vero Regia haec sollicitudo ad Regnum Hungariae, Provinciasque eidem adnexas hoc magis pertinet, quod ibidem Acatholici utpote tam Augustanae, quam Helveticae Confessioni addicti, nec non Graeci Ritus non uniti Incolae, illi, sub peculiari Regni Legum, hi vero Privilegiorum Regiorum tutela, actu constituantur; idcirco clementer vult Altefata Majestas Sua Sacratissima; ut, salvis caeteroquin iisdem Legibus, et Privilegiis, quae in favorem praeattactorum Acatholicorum, seu respectu publici religionis Exercitii, seu vero quoad alia Civilia Jura, et Praerogativas, iisdem quoque competentes, hucdum constituta sunt, et quorum intuitu paulo inferius nonnullae Benignae Resolutiones Regiae uberius declarabuntur, in reliquis quoque ejusdem Regni Hungariae, et Provinciarum eidem adnexarum, Districtibus, Liberis item, Regiisque Civitatibus, nec non Communitatibus, in quibus Acatholici seu per Leges, seu per Privilegia a publico Religionis Exercitio, aliisque Jurium Civilium effectibus arcentur, eadem vera Christiana Tolerantia eodem, quo in reliquis Haereditariis Provinciis Caesareo-Regiis modo introducatur, atque constabiliatur; quae proinde in sequentibus Punctis consistet.

Primo: Universis Acatholicis, Helveticae, et Augustanae Confessioni addictis, nec non Graeci Ritus non Unitis ubivis Locorum, in quibus eisdem fundamento Legum Regni seu Benignorum Privilegiorum, et praecedentium nonnullarum Normalium Resolutionum Regiarum publicum Religionis Exercitium, uti supra attactum est, non competit, privatum absque omni reflexione, an illud in tali Loco unquam in usu fuerit, vel non, benigne concedit Eadem Majestas Sua Sacratissima.

Secundo: Hoc autem privatum Religionis Exercitium non illo restricto sensu, uti illud hucdum in Regno Hungariae decla-

ratum fuit, accipi, verum eo modo intelligi vult Majestas Sua Caesareo-Regia, ut nempe iisdem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, et Graeci Ritus non unitis, in quovis ejusmodi Loco, publico Religionis Exercitio non proviso, ubi centum Acatholicorum Familiae existunt, sufficientiaque media ad struenda Oratoria, Ministrorum, et Ludi Magistrorum Domus, eorumque congruam provisionem citra illud, ut Contribuens Populus subsidiis his nimium gravetur, aut relate ad incumbentes ipsi publicas praestationes debilitetur, legitimata fuerint, liberum sit iisdem Acatholicis, seu Augustanae, et Helveticae Consessioni addictis, seu Graeci ritus non unitis, privata Oratoria eo modo extruere, ut haec Turribus, Campanis, et Introitu e Platea pulica ad similitudinem publicorum Templorum accomodato destituantur; Ministros praeterea, et Ludi-Magistros introducere, pro illis necessaria aedificia ponere, ac ita non tantum in his privatis Oratoriis omne Religionis eorum Exercitium, sed etiam provisio Infirmorum suorum tam in iisdem Locis, quam et extra illa libere admittatur. Porro

Tertio: Clementer constituit Summefata Sua Majestas; ut iisdem Acatholicis in Universis Haereditariis Regnis, et Provinciis Caesario-Regiis, adeoque in Regno etiam hoc Hungariae, et Provinciis eidem adnexis, in iis quoque Provinciis, et Locis, in quibus illi ad consequenda Munia Publica, Dignitates Academicas, Jus Concivilitatis, Incolatus, et Magisterii, Possessionis item Bonorum, et Fundorum Civilium, causa Religionis, virtute Legum Regni, aut eatenus elargitorum Privilegiorum, uti signanter in Regnis Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, ac nonnullis Liberis, Regiisque Civitatibus, et Privilegiatis Communitatibus hucdum incapaces erant, haec Capacitas deinceps de casu in casum omni tempore, atque absque omni nectanda eatenus difficultate, per viam dispensationis ex Gratia, et Clementia Caesareo-Regia tribuatur; in reliquis autem Comitatibus, et Civitatibus in conferendis publicis muniis generatim remoto diversae Religionis respectu, sola Meritorum, et Talentorum, probae item, et christianae vitae ratio habeatur.

Quarto: Ad constabiliendam veram Christianam Tolerantiam ultro et illud pertinere existimavit Majestas Sua Sacratissima: ut Augustanae et Helveticae Confessioni addicti Jus jurandum nulla occasione in alia quadam forma, quam quae ipsorum

Religionis Principiis convenit, praestare teneantur; porro ex eadem ratione

Quinto: Nullus Acatholicorum cultui Divino Catholicorum, aut Ceremoniis interesse compellatur, minus mulctae cuidam idcirco subjiciatur, neque Articuli Cehales, vel Statuta alia quaevis eatenus stringant.

Sexto: Per hoc autem ita explicatum privatum Religionis Exercitium, atque Christianae Tolerantiae Limites nullo modo, uti jam in superioribus Punctis attactum est, Legibus Regni rite expeditis, item et usu firmatis Privilegiis, benignisque Normalibus Resolutionibus Regiis quae publicum Religionis Exercitium in nonnullis locis praeattactis Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, et Graeci Ritus non unitis, aliasque Concessiones tribuunt, derogari, prouti parte ex altera eas quoque Regni Leges, et Privilegia, quae in favorem dominantis Religionis signanter quoad Regna Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, nonnullasque Liberas, Regiasque Civitates, atque Communitates constituta sunt, circa non admittendum publicum Religionis Exercitium in salvo relinqui, verum praeattactum privatum Religionis Exercitium, aliaque praerecensita verae Christianae Tolerantiae accessoria ex Gratia unice, et Clementia Regia per modum Dispensationis in mentionatis quoque Regnis, et Civitatibus, in quantum hujusmodi Leges et Privilegia iisdem obstarent, concedi clementer vult Altememorata Sua Majestas Sacratissima.

Et haec sunt illae Leges, secundum quas veram Christianam Tolerantiam in universis Haereditariis Provinciis Caesareo-Regiis, consequenter in Regno quoque Hungariae, Partibusque eidem adnexis absque mora introduci, et constabiliri clementer praecipit Summenuncupata Sacratissima Sua Majestas.

Posteaquam autem nonnullae Augustanae, et Helveticae, Confessioni addictorum, atque Graeci non uniti Ritus Communitates in sequelam praevie benignae Resolutionis pro concedendo hujusmodi privato Religionis Exercitio ad Consilium Locumtenentiale Regium recurrerint, eidem Consilio Regio ultro eam activitatem clementer deferre dignata est Sacratissima Sua Majestas: ut ubi ex ordinanda, atque in concursu Acatholicorum peragenda accurata Investigatione evenerit, recurrentem hujusmodi Communitatem, et sufficienti Familiarum Numero, et facultatibus requisitis tam ad struenda aedificia, quam et necessariam Ministri,

et Ludi-Magistri provisionem citra nimium Contribuentium Aggravium praeditam esse, absque ulteriori ad Altefatam Suam Majestatem facienda eatenus Repraesentatione hujusmodi privatum Religionis Exercitium praevia ratione limitatum ex Gratia, et Clementia Regia concedere valeat.

Decrevit insuper ultra ea, quae superius ad Normam verae Tolerantiae Christianae statuit, adhuc peculiariter in sequentibus clementer concedere Sacratissima Sua Majestas.

Septimo: Cum Matrimonia disparis Religionis hucdum non secus, quam erga dandas Reversales de Prolibus utriusque sexus in Religione Romano-Catholica educandis admissa fuerint, hujusmodi Reversalium usum ex nunc quidem abrogare, pro constanti tamen Norma una sancire dignatur Altefata Sua Majestas, in Matrimoniis disparis Religionis, ubi Pater Catholicae Religioni addictus est, omnes Proles tam Masculi quam et Faeminei sexus in Religione Catholica educandas esse, quod dominantis Religionis praecipuum, ac praerogativa esse dignoscitur.

Si e converso Mater Catholica, Pater vero Acatholicus foret, Proles sexum Parentum, qua educentur Religione, sequantur.

Octavo: Si Matrimonio inter utramque partem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictam contracto, alterutra partium ad Sacra Romano Catholica transiret, aut soluto per mortem Matrimonio pars superstes ad Religionem Catholicam conversa fuerit, eadem praescripta Regula quoad proles, quae nondum annos Discretionis attigerunt, pariter observanda erit, in casum nimirum conversi Patris, omnes Proles in annis Discretionis nondum constitutas absque discrimine sexus Patris Religionem sequi, conversa autem ad Catholicam ReligionemMatre, nonnisi sui sexus proles, intra annos Discretionis, nempe in Catholica Religione educendas esse.

Caeteroquin autem Catholici nullo praetextu proles aut orphanos a Parentibus Acatholicis ortos, in Religione sua educendas vindicare poterunt.

Nono: Cum propter Baptismos per obstetrices administrandos Helveticae Religionis addictos, contra eorum dogma vexari, aut puniri: nullo modo velit Sacratissima Sua Majestas; Ordinarios ad praescriptum hujus benignae Resolutionis Regiae instrui clementer praecipit.

Decimo: Generatim ordinat Eadem Sua Majestas Sacratis-

sima, ut Sacerdotes Catholici, nisi vocati fuerint, aegrotantibus Acatholicis se non obtrudant, petente autem aegroto propinqui ejus, aut Ministri aditum Sacerdoti concedere teneantur; porro liberum sit Acatholicis Ministris suae Religionis captivos non tantum uti hactenus ordinatum fuit, in Carceribus adire, verum etiam ad ultimum supplicium comitari.

Undecimo: Quemadmodum jam supra clementer resolvit Sua Majestas Sacratissima, ut Helveticae, et Augustanae confessioni addictis, et Graeci Ritus non unitis ubivis Locorum, ubi publicum Religionis Exercitium non viget, sufficiens tamen Familiarum Domiciliatarum Numerus, nec non requisitae Facultates adsunt, privatum Religionis Exercitium concedatur, suapte consequitur, illis Ludi-Magistros quoque suae Religionis simili in casu admittendos esse; sin autem suae Religionis scholis careant, neque illas introducere, seu ob exiguum numerum Familiarum, seu ob virium pro sustentatione hujusmodi scholae insufficientiam valeant, Iisdem liberum relinqui vult Altenuncupata Sua Majestas, ut Proles suas seu in Catholicas, seu etiam Acatholicas, si quaepiam alterius Religionis adsint, scholas mittere valeant.

Caeterum autem quaevis Collectae seu per studiosos Acatholicos, seu alia quacunque de causa instituendae ultro quoque severissime prohibentur, et ut eatenus sufficiens vigilantia adhibeatur, Jurisdictionibus Regni distinctim injungitur.

Duodecimo: Quemadmodum jam in Generali Puncto circa constabilitam Christianam Tolerantiam constitutum est, ut quaevis Leges, Privilegia, et Resolutiones in favorem Acatholicorum hucdum conditae in suo vigore maneant; ita suapte intelligitur, eosdem in usu imperturbato Ecclesiarum, in quarum Possessione actu sunt, reliquendos neque in sacris suis, aut religionis Cultu ullo modo impediendos esse, liberumque eisdem deinceps etiam futurum, ut si nefors incendio, aut ruina quaedam harum Ecclesiarum destruantur, earum Loco novas ex Ligno, aut Saxis, obtenta a Consilio Locumtenentiali Regio facultate exstruere valeant, dummodo, uti in praettacto Generali puncto attactum est, contribuens populus subsidiis ad hosce sumptus praestandos non gravetur, aut ad incumbentes eidem publicas praestationes debilitetur, Non secus

Decimo tertio: Clementer resolvit Summefata Sua Majestas, ut Filiales Evangelicorum Ecclesiae, ubi actu sunt, eisdem

permaneant, neque ullo modo adimantur; proinde illas quoque Filiales, quae recentissime relate ad excursiones Ministrorum Inhibitioni subjectae sunt,[1] et quarum intuitu Processus Fiscales suscitati sunt, actuque decurrunt, iisdem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis restitui, Excursiones Ministrorum ad easdem ultro admitti, atque ipsos Processus Fiscales actu decurrentes cassari benigne praecipit Eadem Majestas Sacratissima.

Decimo quarto: Oratoria Magnatum, et Nobilium in solitis eorum Residentiis constituta adire liberum sit ejus Loci Incolis Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, et vicinis, atque in iisdem Religionis suae Cultui eo modo, uti de privato Religionis Exercitio supra declaratum est, vacare.

Decimo quinto: Cum hucdum Episcopi Romano-Catholici occasione Visitationum Canonicarum, Ministros etiam Augustanae, et Helveticae Confessioni addictorum relate ad administrationem Baptismi visitare, atque examinare consueverint, ab hac visitatione praeattactos Ministros clementer dispensat Majestas Sua Sacratissima, una vero benigne concedit, ut Superintendentibus suae Religionis Ministros visitare ea duntaxat ratione liberum sit, ut hujusmodi Visitationes absque omni Contribuentium aggravio, aut qualicunque ab iis ferenda sumptuum Collecta instituantur.

Quapropter iisdem declarandum erit, severas poenas illos incursuros, qui hac occasione a Contribuente quidpiam exigere, aut etiam acceptare tantum ausi fuerint.

Porro si Congregationem, aut Synodum praementionati Superiintendentes, et Ministri Augustanae, et Helveticae confessioni addicti celebrare cogitarent, illud quoque in Conformitate Articuli 31. 1715.[2] ea ratione admittendum esse benigne resolvit Altefata Sua Majestas: ut causas praevie, atque singula Deliberationis Objecta indicare teneantur, pro re dein comperta Synodus in praesentia duorum Commissariorum, unius nimirum Catholici, alterius vero ejusdem Acatholicae Religionis per Suam Majestatem Sacratissimam benigne denominandorum celebretur. Caeterum

Decimo sexto: Universim per Regnum inalterabilis Lex esto, nemini Religionis causa, nisi Legibus Civilibus, benignisque

[1] Hont és Nógrád megyékben.

[2] Ez a czikk szigorúan eltiltja a protestánsok gyülekezését vagy zsinatát a király tudta és beleegyezése nélkül.

Mandatis Regiis contravenerit, aut Tranquilitatem publicam turbans facinus patraverit, poenam pecuniariam, aut corporalem infligi posse; hinc medio publicarum Jurisdictionum ordinandum etiam benigne jubet Caesareo-Regia Sua Majestas: ut Catholici a contumeliis, et objurgiis contra Acatholicos sollicite abstineant, vicissim autem hi etiam quascunque scommaticas expressiones, praesertim in scriptis Dicasterialibus, et Instantiis suis evitare curae habeant; quod ipsum ut Domini Terrestres quoque apud subditos suos disponant, iisdem aeque injungendum praecipitur.

Et haec sunt, quae ultra ea, quae in universis Haereditariis Provinciis Caeareo-Regiis ad introducendam, constabiliendamque genuinam Christianam Tolerantiam praevio modo constituta sunt, peculiariter pro regno Hungariae deinceps observanda clementer resolvit, atque una generatim injungi benigne praecepit Summefata Sua Majestas, ut in reliquo universae Leges, et benignae Normales Resolutiones gloriosae memoriae Praedecessorum suorum, ad Regnum hoc Hungariae in Materia Religionis hucdum emanatae, in quantum illae per praeductas specificas Resolutiones Regias immutatae, aut dispensatae non sunt, deinceps quoque per eos, quorum interest, accurate observentur, atque praemissorum effectui per universas Regni Jurisdictiones omnimode invigiletur.

Országos Széchényi Könyvtár

IV.

AZ ÁLLAMI KÖZOKTATÁSÜGY SZERVEZÉSE.

Az 1715 : 74. t.-cz. a királyra bízta az alapítványok és az azokból fenntartott iskolák főfelügyeletét; az 1723 : 70. t.-cz. őt bízza meg az országos tanügy intézésével. Egyuttal a helytartótanácsot jelöli meg mint az ezen ügyeket vezető hatóságot. A helytartótanács munkássága e téren azonban nem igen állott másban, mint az akatholikusok iskoláinak lehető korlátozásában.

Országos tanügyről valóban csak akkor lehetett szó, midőn a felekezetek viszályai fölé emelkedő közös műveltség megteremtheti a közös iskolai nevelés alapját. Mária Terézia, buzgó katholikus létére is teljesen át volt hatva az iskolázás politikai fontosságától és a közös állami nevelés szükségétől. (Die Schule is ein Politicum, írja már 1760-ban.)

Ezen elvek alapján dolgozta ki gr. Pergen állami minister az új tanulmányi tervet, mely szerint a tanítást és nevelést teljesen ki kell venni a szerzetesek kezéből, és az iskolában csak világi embereket vagy legalább világi papokat szabadjon alkalmazni. Martini egyetemi tanár, a nagy jogtudós, hasonló elveken alapuló tervet dolgozott ki és különösen azt követelte, hogy állandó és jól kezelt pénzalapot teremtsenek, mint a tanulmány felvirágozásának első föltételét. Ezt az alapot, a mai napig úgy nevezett tanulmányi alapot, a jezsuita rendnek 1773 júl. 19-ikén történt eltörlése és javainak az állam által való lefoglalása adta meg.

A tanulmánytervet, Magyarországra nézve, Ürményi József kanczelláriai referendárius és Tersztyánszky kamarai titkár dolgozták ki. E munkálatuk, a közös nemzeti nevelés első hirdetője Magyarországon, 1777-ben jelent meg. Az egész országnak volt szánva, felölelvén minden nemzetiséget és felekezetet és irányt adva a népiskolától az egyetemig minden tanintézetnek.

E magasztos czélja és belső paedagogiai becse ellenére e »Ratio« inkább csak külsőségeit illetőleg lépett életbe. Az intézetek felosztása és igazgatása más lett; a tanulás általánosabbá vált, de a szellem a régi maradt. A protestánsok kezdettől fogva idegenkedtek a közös iskolától; veszélyt láttak bennę felekezetökre nézve, és ezt az idegenkedést még II. Józsefnek reájok annyira kedvező kormánya sem győzhette le teljesen. Az 1790-iki országgyűlés lemondott a nemzeti nevelés egységes intézéséről. A tanulmányi alapnak kizárólagos katholikus jelleget kezdtek tulajdonítani és a »Ratio Educationis« a maga humánus, mindent felölelő irányzatával sehogy sem fért meg az ujonnan uralomra jutott reactionarius áramlattal. A tanító szerzetes rendek visszaállítása után át is dolgozták, egész lényegéből kiforgatták, hogy a kath. iskolák praktikus szükségleteinek megfelelhessen.

A »Ratio Educationis« szerint az országos egyetem az egész nemzeti közoktatás betetőzése. Magyarországnak egy főiskolája volt, Nagyszombatban, mely a jezsuiták vezetése alatt tudományos tekintetben nagy jelentőséggel nem bírt és a gyakorlati életet is legfölebb igen hiányos képzésű jogászok előkészítése által szolgálta.

Mária Terézia már a jezsuita rend eltörlése előtt elhatározta azon főiskola átalakítását valódi egyetemmé, a bécsinek mintájára, és kiegészítését az orvostudományi karral. Egyuttal az új egyetemet az ország központjába,

Budára készült áthelyezni. Nevezetes, és a hazai tudományos műveltség folytonosságát jelző, hogy a királynő ebben Nagy Lajos, Zsigmond és Hunyadi Mátyás példájára hivatkozik. Ez az áthelyezés 1777-ben végbe is ment. Ez alkalommal a királynő ünnepélyes oklevélben biztosítja az egyetem birtokait és jogait; egy másik, ugyanazon napon kelt alapító levéllel pedig (1780 márczius 25-én) felállítja a tanulmányi alapot, és megerősíti a »Ratio Educationis«-t, mintha szórúl szóra be lenne foglalva az oklevélbe.

Az egyetemet II. József 1784-ben Pestre helyezte át. Ugyanakkor főiskolánk neve, pecsétje is megváltozott: magyar (hungarica) egyetem lett belőle. Az I. Ferencz korában beállott reactio reá sem maradt hatás nélkül. Többször igen komolyan tárgyalták azt a kérdést, ne tegyék-e át a kereskedő Pestről valamely más városba, Váczra vagy Esztergomba. Csak 1802. januarius 23-án határozta el a király véglegesen, hogy az egyetem Pesten maradjon.

Az egyetem alapító oklevelét a budapesti egyetem levéltárában levő, igen fényes kiállítású oklevél után közöljük; a tanulmányi alap felállításáról szóló diplomát pedig a m. kir. vallás- és közoktatásügyminister által kiadott oklevéltár (tanulmányi alap) után.

Ratio educationis totiusque rei literariae per regnum Hungariae et provincias eidem adnexas.

Prooemium. §. I. De necessitate recte ordinandae Educationis, deque jure ejusdem procurandae Regi in Hungaria reservato.

Recta Juventutis institutio, totiusque rei literariae procuratio apud bene moratos populos semper fuit habita, ut vel praecipuus provinciarum cardo, publicaque felicitas in eadem verti videretur. Nec sane immerito: si enim omnis reipublicae prosperitas e purissimo Numinis cultu, sanctitate Religionis, fide erga Principem, Patriae ac civium caritate, tamquam e totidem fontibus manat; facile profecto intelligitur, quanto studio sit elabo-

randum, ut harum rerum semina teneris puerorum mentibus mature inserantur, aetate adolescente foveantur, ac tandem ad plenam maturitatem et perfectionem adducantur. Quare cum cetera omnia, tum illud majorum instituto sapientissime est provisum, ut suprema educationis procuratio, bonorumque artium administratio e placitis legum domesticarum inter Jura Regibus ipsis reservata referretur; ipsa vero tanti negotii executio politicis Regni Tribunalibus concrederetur, ut nimirum omnis adolescentum institutio, atque literarum studium huc unice dirigeretur: ut teneri eorundem animi virtutis amore sensim caperentur; ut insitae a bona natura facultates perpolirentur; ut vis intelligendi pedetentim acueretur; ut voluntas ad honesti leges fingeretur; ut iis artibus erudirentur, quae in posterum usui cuique atque emolumento esse possint; denique ut aequabilis queadam studiorum, ac totius educationis forma Regno toto observaretur, praesentisque instituti fructus ad omnes ex aequo pertineret.

§. II. De iis, quae in educanda et erudienda juventute per Hungariam, eique adnexas Provincias observanda sunt.

Ut autem praesens educationis atque studiorum institutum ad fines hosce certius et constantius assequendos accommodetur, tria potissimum capita hic erunt expendenda. Nimirum. 1. Quorumnam commodo omnis haec institutio suscipiatur. 2. Quibusnam artibus et disciplinis sit imbuenda juventus tam in minoribus quam in majoribus ludis literariis. 3. Quanam ratione rectus rerum tradendarum ordo firmiter ac perpetuo possit conservari.

§. III. De iis, quorum commodo omnis haec institutio suscipitur.

Quod ad primum attinet, in aperto est, hoc educationis negotium ad omnia civium atque incolarum genera pertinere, quae rursus triplice ex capite possunt spectari, scilicet 1. ex nationum, 2. ex religionum, 3. ex conditionum varietate. Quare ne quod hominum genus saluberrimi hujus instituti fructu careat, tria haec in considerationem venire debent. Et quidem 1. Nationum varietas. Nemini, qui quidem in rebus Hungariae peregrinus non sit, potest esse dubium, in Regno hoc, ac Provinciis eidem adnexis praeter minores alias, septem omnino censeri nationes praecipuas, easque admodum numerosas, quae lingua plurimum discrepant, videlicet: *a)* Hungaros proprie dictos, *b)* Germanos, *c)* Slavos, *d)* Croatas, *e)* Ruthenos, *f)* Illyrios, *g)* Valachos, qui omnes linguis utuntur propriis, multumque inter se dissidentibus. 2. Va-

rietas Religionum, seu institutorum, quibus incolae addicti sunt, sive deinde in credendis dogmatibus, sive in sacrorum ritibus peragendis. Sunt nimirum: *a)* Romano-Catholici, *b)* Augustanae, — *c)* Helveticae confessioni dediti, *d)* Catholici ritum Graecum sequentes, *e)* Alii ejusdem ritus, at cum prioribus non uniti. Numerus singularum classium ad complura excurrit millia: quod quidem eo contentiorem deposcit diligentiam, et in ordinanda rei literariae administratione circumspectionem, quo major inter eas viget dogmatum et rituum dissimilitudo. 3. Varietas ipsorum Civium, in quibus sunt: *a)* Homines rusticani seu agrestes. *b)* Oppidani. *c)* Urbium provincialium incolae. *d)* Habitatores civitatum Liberarum Regiarum, atque etiam Montanarum, variis dediti negotiis, artibusque et commerciis multiplicibus. *e)* Varii rei publicae aut aerariae administri. *f)* Praefecti Militiae. *g)* Nobiles vario muniorum genere distincti. *h)* Denique Clerus omnis una cum familiis Religiosis.

Ex hac nationum atque ordinum varietate luculenter adparet etiam studiorum in scholis tractandorum rationem variam atque multiplicem esse, et hanc ipsam varietatem in condendo scholarum instituto cumprimis ante oculos versari opportere. Ac proinde operam adhibendam esse. 1. Ut Natio quaelibet (quantum quidem fieri poterit) propriis instructa sit scholis vernaculis, quibus praesint moderatores non modo nativae linguae peritissimi, sed etiam in aliis, quarum usus in Regno est frequentior, ita versati, ut eas, cum res postulaverit, docere possint. 2. Ut institutum hoc literarium omnibus ex aequo utut dissimiles Religiones sectantibus civibus accomodatum sit, et ad communem omnium culturam, publicaeque rei emolumentum nullo Religionum discrimine unice collimet. 3. Ut Regiae hujus institutionis fructus ad omnes omnino civium classes, nimirum ruricolas, oppidanos, urbanos, Comitatuum vel Militiae Praefectos etc. aequaliter pertineat.

§. IV. De artibus et disciplinis, quibus juventus imbuenda est.

In aperto est, delectum artium disciplinarum paulo ante commemoratis incolarum generibus esse conformandum, diligentissimeque investigandum, quaenam studia futuris cujusque conditionibus sint accommodata, et in quotidianis vitae usibus emolumentum allatura: hinc enim satis adparebit, nihil aetati tenerae esse praescribendum, nisi quod in posterum adjumento eidem esse possit. Quare I. Ut a plebeis fiat initium, in horum institutione

eo erit spectandum, ut iis informentur artibus, quae imprimis pertinent ad praestanda officia hominis, subditi ac probi Christiani; deinde iis, quae faciunt ad varia vitae genera adolescentibus hujusmodi proposita, qui scilicet adulta aetate futuri sunt, vel ruricolae, vel opifices, vel patres familias, vel denique quaevis alia humanae societatis membra: denique ut illi, quibus natura maiores ingenii facultates largita est, apta sublimioribus disciplinis ponant fundamenta in scholis *Vernaculis* seu *Nationalibus*. Quae quidem rite expensa proclivem admodum efficient scientiarum pertractandarum delectum; ac una ostendent scholas ipsas vernaculas in varias classes esse tribuendas, nimirum in eas, quae constitutae sunt *a)* in pagis, *b)* in oppidis, *c)* in urbibus, ac singulis harum propria, eaque opportuna instituta et leges idoneas sanciendas, quarum ope ruricolis atque civibus succrescentibus conveniens educatio adhibeatur: ad scientias vero sublimiores aspirantibus adjumenta necessaria comparentur. — II. Constabilitis vernaculis ludis in considerationem venire debent adolescentes illi, qui his emensis studia sua ultra prosequuntur; ac post expletos paucos in scholis latinis annos, missis literis ad alia instituta transeunt, nimirum 1. ad exercendum aliquod opificium, vel ad faciendam mercaturam, 2. ad tractandam ruri oeconomiam, aut ad Camerae aliorumve privatorum obsequia capessenda. 3. ad oppidorum minorave urbium munia, 4. ad militarem statum, 5. ad tractandam rem metallurgicam vel monetariam, 6. ad negotia domestica, et rem familiarem procurandam, 7. ad cathedras in scholis vernaculis obtinendas, 8. denique ad severiores disciplinas condiscendas. Expensis hisce conditionum ac statuum generibus, 1. nullius erit operae definire studia huic auditorum classi convenientia, atque in posterum tempus usui futura. 2. Ex hoc autem ipso tempus etiam studiorum horum curriculo assignandum facile determinabitur. 3. Cumque juventus classe hac comprehensa admodum numerosa, totoque late Regno diffusa sit, satis adparebit scholas eidem informandae destinatas in singulis Regni Provinciis complures esse opportere. — Atque primum hoc scholarum latinarum genus nomine Scholarum Grammaticarum deinceps veniet. III. Posteaquam emenso scholarum Grammaticarum curriculo, adolescentes non pauci ad studia humanitatis gradum fecerunt, ac eadem tractando absolverunt, teste quotidiana experientia multi literis valedicunt, partim quod jam per aetatem rebus

gerendis apti sint, partim quod fortunae domesticae id non raro deposcant: quare 1. alii Clero se associant, vel institutum quoddam Religiosum in Hungaria receptum amplectuntur, 2. alii ad magisteria ludorum vernaculorum aut Grammaticorum animum adjiciunt, 3. alii ad paternos lares redeunt, ut relictam haereditatem adeant, aut tuendae familiae curam recipiant, reique familiaris administrandae rationes usu ipso condiscant. 4. alii apud optimates a secretis, a libellis etc. futuri sese collocant, 5. alii denique alias vitae conditiones in superioribus commemoratas arripiunt. Quare ad institutionem hisce convenientem definiendam 1. necessarium erit, ut inchoata jam in scholis Grammaticae studia paucis recolantur, ultra provehantur, accedantque novae insuper disciplinae recensitis vitae conditionibus apprime consentaneae. 2. Hinc autem et tempus facile praestituetur institutioni huic conveniens; nimirum ad annos illos, quibus Grammaticae cursus definitur, tot adhuc erunt adjungendi, quot videbuntur disciplinis huic adolescentum classi consentaneis rite ediscendis necessarii, spectata ipsa etiam auditorum aetate ad maturitatem jam sensim accedente. — Quare nascitur hoc loco altera scholarum latinarum classis, paulo quidem minorem, quam ludi Grammaticae, comprehendens alumnorum numerum, late tamen admodum patens, propter tradendarum rerum utilitatem, locisque collocanda plurimis, propter adeundi commoditatem. Haec in posterum Gymnasia adpellabuntur. IV. Emenso Gymnasiorum cursu juventus plerumque certo vitae generi sese addicit, et vel dimissis literarum studiis status in superioribus commemoratos amplectitur: vel ad condiscendam Philosophiam, ac inde ad Theologiam, aut Jurisprudentiam, aut denique artem Medicam operam suam traducit, ut nempe hoc doctrinae adminiculo partim necessaria degendae vitae subsidia sibi comparet, partim ut aliquando utilem Regi atque reipublicae operam praestet. Unde in constabiliendo stadio hoc literario sedulo providendum est, ne quod disciplinarum utilium genus desideretur ab auditoribus ad quamdemumcunque facultatem animum adjicientibus. Magno praeterea cavendum opere, ne rerum parum utilium tractatione, enodandis frivolis argutiis, cumprimis vero crebris a studio cessationibus, sive feriis, tempus pretiosum, neque deinceps reparandum ferant juvenes, quorum alioquin non paucis aut natura ipsa avarior, aut quotidiana vitae societas, aut denique domestia cim-

pedimenta angustos admodum colendi ingenii limites circumscripserunt. Quicunque ergo sua studia ultra Gymnasiorum curriculum extendere in animo habent, sese Philosophiae ut diximus, ac deinceps Theologiae, Jurisprudentiae, aut Medicinae dedunt, atque ita demum dimissis scholis partem aliquam reipublicae capessunt, ex quo ipso facile adparet. 1. Quaenam disciplinae variis hisce finibus opportunae cursui huic literario sunt praescribendae, quaeque cum scientiis in Gymnasiis pertractatis apte cohaereant, et mutua quadam affinitate devinciantur. 2. Quidnam temporis, quantus item magistrorum numerus iisdem rite pertractandis sufficiat. 3. Quantopere studiorum hujusmodi cursus in Hungaria necessarius, sive ad publicum patriae commodum, sive ad privata civium emolumenta, sive ad honestissimae aemulationis incitamenta, sive denique ad totius literarii instituti absolutionem. — Tertiae huius severioris literaturae classi nomen Academiarum jure convenit, tum quia illic disciplinae sublimiores a viris lectissimis explanantur: tum quia procerum, atque virorum nobilium liberi in hac potissimum palaestra studio bonarum artium finem imponere consueverunt. — V. Qui demum decurso academico stadio ad ulteriorem etiamnum eruditionem tanquam ad studiorum suorum complementum aspiraverint, iis adeunda erit Regia Universitas, quae est quasi emporium quoddam artium ingenuarum et scientiarum, ubi licebit audire viros celeberrimos, delectum disciplinarum cuiusvis ingenio vel rationibus accommodatarum facere, enucleatius cuncta rimari, verbo: omni doctrinarum genere quam cumulatissime erudiri.

§. V. De ratione, qua rectus rerum tradendarum ordo firmiter ac perpetuo conservari possit.

Quemadmodum in rebus ceteris, ita etiam in praesente rei literariae constitutione rectus ordo in eo est potissimum situs, ut aptissima rerum omnium fiat dispositio, atque statuta scopo opportuna rationesque eadem exequendi convenientissimae. In superioribus scholarum omnium rudis quaedam imago adumbrata est, quae in sequentibus distinctius explicabitur. Hoc loco ea duntaxat attingentur, quae necessaria esse videbuntur tam ad rei in praesens executionem, quam ad formam reipublicae literariae semel constabilitam et in tempus perpetuum suo in vigore conservandam, id quod tribus potissimum hisce modis obtineri posse videtur. 1. Si viris rem literariam sive in scholis vernaculis aut

Grammaticis, sive in Gymnasiis aut Academiis, sive denique in Universitate administrantibus ea decernantur stipendia, vel honorariae remunerationies, quae et vitae commode agendae sufficiant, et muniis ipsis proportione respondeant: si magistrorum officiis ea, quam sane merentur, concilietur existimatio: si provideatur, ut doctores muneribus suis delectentur, et ad aemulationis studium incitentur, ut nimirum officia sua peculiari cum cura praestare consvescant. 2. Cum humanae mentis ea sit conditio, ut nisi officii sui identidem admoneatur, facile de contentione remittat, ac velut elanguescat, ad acuendam magistrorum industriam vehementer faciet, si in quibusvis ludorum literariorum generibus Praefecti ac Praesides constituantur, quibus addantur Directores quidam superiores a politicis Regni Tribunalibus pendentes, quorum partes praecipue sint ordinem praescriptum exacte tueri, juxta statuta pecularia hunc in finem concinnanda. 3. Denique si adhibita sobria parsimonia sumtus tanto negotio pares administrentur, et ne expensae ultra vires fundi assignati assurgant, provideatur.

2. A budai egyetem alapító levele (Diploma inaugurale).

1780 márczius 25.

Nos Maria Theresia etc. etc. Memoriae commendamus tenore Praesentium significantes quibus expedit universis. Cum in omni Republica ad recte constituendam Rem Literariam cumprimis necessarium esse omni Aevo existimatum sit, ut generale Studium, veteri modo ita compellatum, seu Universarum scientiarum Academia commodo quopiam loco constitueretur, ex qua nimirum, tanquam e Seminario doctorum Virorum, utilium necessariorumque scientiarum periti magistri ad ceteras Regni minores et subalternas Academias et Gymnasia cum insigni Rei Literariae emolumento peti possent, et in qua omnigenae, quae ubique doceri nequeunt, Disciplinae traderentur; | [1] ea vero, quae aliis in Gymnasiis hausta sunt, hic rite perpolirentur, ac denique ad cuius normam omnis per universum Regnum Studiorum ratio exigeretur; idcirco antiquissimis jam temporibus, quibus Studia eiusmodi generalia passim in aliis Europae Provinciis constabiliebantur, gloriosae memoriae Praedecessores quoque nostros, Reges Hun-

[1] Ezek a jelek az eredetinek egyes lapjait jelölik.

gariae, ad introducendum quodpiam Studium Generale in percharo etiam regno nostro Hungariae, Provinciisque adnexis, Cogitationes, Curasque suas convertisse certum atque indubitatum est. Enimvero ex veterum Monumentorum fide atque auctoritate dubitari nequit, quin iam circa annum 1360[2] a Ludovico Primo hujusmodi Studium Generale Quinque Ecclesiis fuerit constitutum, quod ad Cladem usque Moháchianam, Annum videlicet 1526. floruisse per | hibetur. Cum autem hocce generale Studium minus opportuno Loco collocatum fuisse videretur, paucos post annos, utpote 1388. Sigismundo imperatore et rege Hungariae feliciter regnante, aliud studium generale Budae constitutum est atque peculiari etiam sigillo, cum inscriptione: Sigillum Studii Budensis donatum,[3] id quod ex actis concilii Constantiensis anni 1413 facile erui potest,[4] imo Universitatis quoque hujus Legatum eidem concilio Constantiensi interfuisse non obscure inde deducitur. Et quamvis dein Studii hujus Budensis progressibus et splendori post Sigismundi, scilicet Imperatoris et Regis mortem, continua bella et calamitates, quae pene ad annum usque 1458 continuata, Regnum hocce Hungariae dirum in modum divexarunt, non parum obstiterint, viguisse | tamen et hoc et alia per Regnum Lycaea, argumento est Decretum Ordinum Regni Hungariae, Michaële Szilágyio de Horogszegh Gubernatore, tempore electionis Regis Matthiae Corvini, anno 1458 editum, cuius articulo decimo Scholares immunes a Teloniis et Decimis, prout vetus Regni consuetudo requirit, ad instar Sacerdotum et Nobilium pronunciabantur. At vero multo meliore fortuna sunt usae bonae Literae regnante eodem Matthia Primo, Corvino dicto, qui circa annum 1465, communicato etiam cum Sede Apostolico consilio, Istropolitanam primum Strigonii, dein Posonii collocatam Scientiarum Academiam introduxit, Cancellarium et Procancellarium constituit, quam etiam confluentibus undique Eruditione claris viris aliquanto tempore floruisse constat. Verum cum Idem gloriosae memoriae Rex | Curas omnes ad ornandam Hungariae Metro-

[2] 1367 szept. 1-én kelt V. Orbán pápa megerősítő bullája. Koller, Hist. Episc. Quinque Eccl. III. k. 96. l.

[3] Rainaldus Annalesei szerint 1410-ben pápai követ járt Magyarországon, hogy e budai főiskola felől jelentést tegyen XXIII. János pápának.

[4] A konstanzi zsinaton (megnyilt 1414 nov. 5.) jelen voltak e főiskola követei is.

polim Budam convertisset, vidissetque illam eo situ esse, ut ex quavis Vastissimi Regni parte multo facilior illuc, quam Posonium, in finibus situm, esset Commeatus, commutato priori cum meliori consilio, sive illam, quae Posonii ante fuerat, sive novam Universitatem Budae collocatam, Litteratorum virorum ex variis Provinciis magna cura advocatorum, Societate constabilivit, celebri praeterea Bibliotheca ac subinde Typographia ornavit.[5] At vero haec quoque post eius mortem multis, gravibus de causis, quarum praecipua Clades Mohácsiana fuit, postquam cum Buda, tum omnis vicina Regio per Barbaros occupata est, cum universa Re Literaria interiit. Inter quas Regni vastationes atque sua serie succedentes Calamitates iterum iterumque cogitatum fuit de restabiliendis Scholis publicis, atque in hunc finem per easdem Bellorum tempe | states desertorum claustrorum et monasteriorum, nec non Abbatiarum et Praeposituarum Bona, communi Regis et ordinum regni consensu, in Comitiis anni 1548 Articulo 12. designata et signanter per Rudolphum II. Imperatorem et Regem Hungariae ex praescripto hujus Legis praepositura B. MARIAE virginis de Thurócz collegio Tyrnaviensi abolitae Societatis collata fuit,[6] donec tandem procurante imprimis Cardinale et Archiepiscopo Strigoniensi, de Pázmány, Anno 1635 Studium universale, principio tantum ex binis facultatibus constans, in Libera Regiaque Civitate Tyrnaviensi, qua propter temporum iniquitatem Capitulum quoque Strigoniense translatum et in qua ipsae etiam Scientiae ab hostilibus partim Turcarum, partim etiam aliorum internorum hostium incursionibus magis tutae fore existimaban | tur, additis ad reditus Collegii Tyrnaviensis nonnullis etiam Capitalibus Summis, fundatum, et a Ferdinando II. Imperatore et Rege Hungariae solenni Diplomate, quod tam qua Romanorum Imperator, quam et qua Rex Hungariae edidit, constabilitum est, omniaque jura et Praerogativae, quibus aliae intra fines S. Rom. Imperii nec non Haereditariarum Provinciarum nostrarum gaudent, eidem Universitati Tyrnaviensi collata sunt, atque una stabilis pro Eadem dos in perpetuum attributa.[7] Perstitit haec

[5] Nincs semmi nyoma annak, hogy akár a budai könyvtár, akár a könyvnyomda Mátyás korában valami összeköttetésben állott volna a főiskolával.

[6] 1586 május 19-én.

[7] Pázmány Péter alapító levele, melyben 100,000 frtnyi alapítványt

Universitas pluribus annis in sua primaeva constitutione, dum denique facultate quoque juridica aucta,[8] recentioribus annis a Nobis ita restaurata fuisset, ut memoratae quidem facultates magis complerentur et praeterea facultas etiam medica adjiceretur.[1] Cum autem haec omnia ex fundo praehabitae dotis perfici nequirent, ultro etiam Abbatiam S. Helenae de Földvár, decedente le | gitimo eiusdem possessore, ad collationem nostram Regiam devolutam, motivo supradicti articuli XII. 1548. quoniam haec quoque Abbatia ad classem desertorum claustrorum et conventuum pertinuerat, supremo Patronatus iure, jam inde a condito Regno semper habiti et nunquam non exerciti, quo ut Regina Hungariae legitime gaudemus, eidem Universitati Tyrnaviensi, titulo perpetuae dotis et fundationis, praehabito eiusdem fundo, vigore donationis 1767. die 16. Julii expeditae, clementer adjecimus. Posteaquam autem religiosus olim ordo Societatis Jesu, qui plerasque disciplinas penes eandem Universitatem tradidit, auctoritate Sedis Apostolicae abolitus fuisset, omnia Capitalia tam ad praedictam Universitatem, quam ad Collegium eiusdem abolitae So | cietatis Tyrnaviense, quocunque modo pertinentia, cum universis bonis, utpote Praepositura B. MARIAE virginis de Thurócz, medietate Praepositurae S. Stephani de Bozók, alisque praeterea bonis mobilibus et immobilibus, quocunque iure ad idem collegium pertinentibus, sequestratis praevie summis fundationalibus, quibuscunque oneribus obnoxiis, praeter confirmatam praemissam donationem super bonis Abbatiae S. Helenae de Földvár, saepefatae Universitati Regiae, vigore alterius donationis et fundationis, die 13. Februarii 1775. hic Viennae elargitae, iure perpetuae donationis et fundationis contulimus, atque hac ratione solidato fundo dotationis, factoque delectu novorum doctorum, eandem Universitatem plene ordinavimus.

tesz a Nagyszombaton megnyitandó jezsuita egyetem részére 1635. május 12-én kelt Pozsonyban. II. Ferdinánd megerősítő oklevele ugyanazon év okt. 18-án, Bécsben. Mindkettőt kiadta Pauler Tivadar: A budapesti magyar királyi tudomány-egyetem története I. k. Függelék.

[8] A jogi kar alapítására Lósy Imre, esztergomi érsek 1642-ben 15,000 forintot hagyott végrendeletében, ugyanannyit pedig utóda, Lippay György, 1665-ben. A jogi facultás 1667-ben nyilt meg.

[9] 1769 nov. 7-én hagyta jóvá Mária Terézia az egyetem ujjászervezését és az orvosi kar alapítását.

At vero, cum postea de uberiori Reformatione Studiorum cogitaremus, atque certum educationis toti | usque Rei Literariae Systema pro percharo Regno nostro Hungariae, provinciisque adnexis elaborari jussissemus, illudque dein maturo consilio discussum auctoritate quoque nostra Regia Anno 1777 approbassemus,[10] cumprimis autem ad accommodam districtuum Literariorum, ipsorumque Institutorum publicorum distributionem politicam respiciendo, illud propositum animo nostro complexae fuissemus, unam tantum in percharo nostro Regno Hungariae, provinciisque adnexis, ad servandam Rei Literariae uniformitatem, omnium Scientiarum Universitatem constitutendam esse, illud continuo in oculos nostros incurrit, ad quod jam gloriosae memoriae Praedecessores nostros, Reges Hungariae, Sigismundum et Matthiam Corvinum respexisse, superius meminimus, hujusmodi videlicet Scientiarum Universitatem in quopiam Regni angulo minus commode situari, sed potius in Metropoli | regni, Libera utpote ac Regia Civitate nostra Budensi, ad flumen Danubii et quasi in meditullio Regni sita, collocari oportere; Quod propositum Nobis eo magis probabatur, quod in ipsis fundationalibus literis Cardinalis Pázmány a Ferdinando II. Imperatore et Rege Hungariae, iuxta ea, quae supra dicta sunt, confirmatis, inter cetera eum Paragraphum legerimus, quod si successu temporis Deo Hungariam a Turcico iugo liberante opportunior aliqua urbs occurrat pro Universitate, liberum sit ejusdem fundationem una cum Universitate alio transferre; in Confirmationali vero diplomate Ferdinandeo expresse cautum sit, ut si aliquo tempore haec ita confirmata Universitas in alium Regni Hungariae locum transferretur, ex reditibus etiam Thurócziensibus nihil plus Collegio Tyrnaviensi relinquatur, quam quod eidem mediocriter providendo suffecturum est, residuum autem Massae Universitatis transferen | dae adiiciatur etc. Quae omnia clarissime indicant, Liberam, Regiamque Civitatem Tyrnaviensem tum quidem non alio motivo, quam procurandae calamitosis illis temporibus maioris Scholaribus securitatis causa, delectam fuisse. Quas etiam graves ob rationes, Maiorumque nostrorum magnanimis exemplis incitatae, praeterea aliis etiam motivis hoc fine Nobis propositis inductae, eandem Universitatem antea Tyrnaviae constitutam

[10] Az új tanulmányi rendtartás kihirdetése 1777 aug. 22-én történt.

Budam ad Regni Metropolim transferre, atque in Regia nostra Palatia illocare decrevimus, erogatisque subinde non contemnendis summis, partim in Constructionem novorum Aedificiorum, partim vero illorum, quae jam aderant accommodationem, internamque Instructionem, hanc etiam translationem feliciter effectui dedimus et cuncta ad eum, qui per Nos sinceris studiis intendebatur, perfectionis statum deduximus.[11] Ad haec omnia eandem Universitatem cum Nobilis Juventutis Collegio, nomine nostro insignito, atque | per Nos liberalissime fundato, eidemque ex Instituto ingremiato, in iisdem Regiis Palatiis felici nexu copulavimus; ut autem hac eadem occasione, per rite ordinatam Universitatem Rei Literariae, quantum fieri potest, optima quavis ratione consuleremus, praecipue eiusdem Institutionem in benigne per Nos approbato Systemate literario definiri procuravimus, iuxta cuius tenores proinde Senatum ex Praeside et singularum facultatum directoribus, per Nos et successores nostros Reges Hungariae semper denominamdis, constituimus; cuius Officium sit generatim altissimo nomine nostro immediatam inspectionem et directionem in ipsam Universitatem, eiusdemque magistratum Academicum, facultates et quae sunt alia ad idem Corpus Universitatis pertinentia accessoria, secundum praescriptum methodum, atque ultro elargiendas benignas Resolutiones Regias exercere, usque omnia ad fines Reipublicae ad | commodata sint, invigilare, salvis tamen cunctis privilegiis et praerogativis eidem Universitati competentibus, et virtute praesentis etiam benigni diplomatis confirmatis. Porro magistratum Academicum ex rectore, cancellario, facultatumque decanis et senioribus constantem stabilivimus, tum facultates: Theologicam, Juridicam, Medicam, Philosophicam et Artium Liberalium; Seminarium item succrescentium magistrorum et doctorum cum scholis grammaticis, et Nationalibus sufficientique doctorum numero fundavimus, demum amplissima Bibliotheca, Musaeis Rerum Naturalium, Mechanico, Physico, Mathematico Observatorio praeterea Astronomico, Typographia, Hortis Botanico et Aeconomico, aliisque ad rite coordinatam Universitatem spectantibus adminiculis, eandem instruximus, et ornavimus, cunctaque stabilibus Legibus, et Institutis conso-

[11] Mária Terézia 1777 febr. 10-én határozta el az egyetem áthelyezését Budára és ugyanazon év nov. 3-án megnyilt az egyetem, a budai királyi palotában.

lidavimus, prout haec omnia in ipso Sy | stemate Literario per Nos auctoritate Regia Anno Millesimo septigentesimo septuagesimo septimo confirmato, et per universum Regnum publicato, ac propediem cum suis per nos aeque adprobandis Supplementis recudendo, uberius continentur. Denique, quod hic praetermittere nequimus, Sacram Dexteram Sancti Stephani Primi Regis et Apostoli Regni Hungariae, ad Nos peculiari DEI providentia delatam, in ejusdem Universitatis Ecclesia depositam, illius Curae conservandam concredidimus, atque hoc sacrum pignus, ad perennem Rei memoriam Eidem donavimus; quare ut huic Scientiarum Universitati Budensi nihil ad plenam sui perfectionem desit, primum generatim omnia Diplomata, et Privilegia, quae praefatae Universitati Tyrnaviensi ab Institutione sua primitiva collata sunt, et ex parte supra deducta habentur; pro eadem Universitate nunc Budam translata, et hic munificentia | nostra Regia instaurata, quatenus iisdem per praesentes non derogatur, clementer confirmamus, et quasi de novo conferimus, una vero expresse declaramus, eidem Universitati Budensi, illiusque Magistratui Academico, omnia Privilegia, et Jurisdictionem, adeoque et Jus Gladii, quibus aliae quoque Europeae Universitates more consveto gaudent, competere, atque ab omni alia Universitate independentem, nostrae unice, nostrorumque Successorum gloriosorum Hungariae Regum supremae Inspectioni, et Directioni subordinatam esse debere; Eandem proinde Universitatem, in nostram Haeredumque nostrorum, et Successorum Regum Hungariae specialem recipimus Protectionem, Omnibus, quorum interest, clementer declarantes, quatenus ad quosvis Gradus Academicos in Universitate Budensi promoti, in aliis quoque tam Haereditariarum Provinciarum nostrarum, quam et | aliis universarum Scientiarum Academiis, Urbibus, Capitulis, Ecclesiis, non secus admitti debeant, quasi in quacunque antiquissima, ac celeberrima Universitate dictos Gradus Academicos fuissent consecuti; porro contra quosvis Impetitores ac violentos Invasores Regiam hanc Universitatem, sub nostram, Successorumque nostrorum accipimus Protectionem, promittentes per Nos, nostrosque in utroque Statu Officiales, ac Fideles sedulam operam ad ea omnia praestanda, quae ad eius perpetuam Conservationem, Privilegiorum immunitatem, Studiorum Commoditatem, ipsorum Scholarium pertinent securitatem, ac Indemnitatem: ne autem hujus Budae instaurati

Studii generalis Dignitati, ac ornamento quidquam desit, quod e plenitudine Gratiae nostrae Regiae illi, Membrisque ejus potest conferri, Regio hocce nostro Diplomate statuimus, simulque decernimus, ut haec Universitas, | quae ex certa nostra Scientia, animo deliberato, sanoque accedente Consilio, ac Regii roboris firmitate est communita, omnibus, et singulis, uti supradictum est, Privilegiis, Immunitatibus, Exemptionibus, Praeeminentiis, Praerogativis, Facultatibus, Juribus, Indultis et Gratiis uti debeat, possit, ac valeat, quibus caetera Gymnasia, Studia generalia, Academiae, et Universitates, ubivis Locorum, et Gentium per Regnum Hungariae, atque reliquas quoque Haereditarias Provincias nostras utuntur, potiuntur, et gaudent, quomodolibet Consvetudine, vel de Iure, supplentes etiam quoscunque defectus tam Iuris, quam Facti, si qui forte in praemissis intervenissent, aut intervenisse dici, aut allegari possent, specialissime vero Universitatum per Regnorum nostrorum Haereditariorum fines erectarum, ut est: Vindobonensis, Pragensis, Graecensis, et Olomucensis, Iura omnia ac Privilegia de Re | giae nostrae, et Archi-Ducalis, Potestatis plenitudine Budensi huic Universitati conferimus, damus et donamus pleno cum effectu, nihil penitus excludendo, cuius ipsa in favorabilibus de Jure speciali aut communi Regio, aut Municipali Hungarico capax de facto censetur, vel in futurum censebitur, quod totum pro expresso hic habendum esse declaramus, pariter et confirmamus, non secus, ac si ejus etiam Privilegii, et Gratiae Tenor hic descriptus haberetur: Quapropter cum vigore Regiae Gratiae Rector hujus Universitatis, ejusque Cancellarius, Decani item Facultatum, et ceteri Doctores, ac Professores in aliquo Gradu litterario constituti Jus habeant ad omnes eos Doctoratus, Licentiaturae, Magisterii, Baccalaureatus, ac universim omnium Graduum titulis ac ornamentis cohonestandos, quos praevio rigoroso examine dignos his Ornamentis repererint, volumus eti | am consequenter, imo decernimus, ac e Regiae simul, et Archi-Ducalis nostrae Potestatis plenitudine statuimus: ut omnes sic legitime promoti Doctores, Licentitati, Magistri, ac Baccalaurei per omnes Orbis Christiani, speciatim vero Europae Academias pro talibus habeantur, sintque participes ipso Promotionis facto omnium illorum Privilegiorum, Gratiarum, Immunitatum, Praerogativarum, Exemptionum, quibus ceteri in aliis Academiis gaudent, utuntur, ac fruuntur, post obtentos tales Gradus, sive huiusmodi Privilegia

consistant in Actibus externis, ut sunt: Disputationes, Professiones, Examinationes, Sententiarum Censurae, Consessus Academici; sive in aliis ornamentis, ut sunt: Epomides,[12] Pilei Doctorales, Annuli, et id genus Academicae Reipublicae Insignia, quae ipsa omnia una cum Sceptro, Sigillo, et Titulis Gradui ac Officio cuiusvis competentibus con | cessa censentur a Nobis, et de facto conceduntur, ante omnes alios Rectori Academico, Cancellario eiusdem, postmodum Decanis Facultatum, et Professoribus Academicis; declaramus item hic nominatim, quod Testimonia Studiorum seu Graduum ex hac Regia Universitate legitime obtenta, debeant admitti a quibuscunque Collegiis, Academiis, Communitatibus, Capitulis, et caeteris omnibus, cuiuscunque Gradus, et Conditionis existant tam in Judicio, quam extra, et iis, qui ea obtinuerint, omnino prodesse, et suffragari ad consequendos Honores non solum Saeculares, sed etiam Ecclesiasticos, imo et Canonicatus, ac alia Beneficia etiam in iis Capitulis, ac Ecclesiis, quae in suis Candida | tis triennale, aut plurium, pauciorumve Annorum, in aliqua Academia Studium, vel Gradum Doctoratus requirunt.

(Következik az egyetem, tanácsa, aztán az egyes karok pecsétjeinek leírása.)

Ut autem praeattacta Universitas, praevio modo in Libera ac Regia Civitate Budensi instaurata, et constabilita, sufficienti Dote provideatur, atque respective perpetuitatis omnem possibilem securitatem obtineat; ideo eidem Universitati nostrae Regiae Budensi *Primo:* omnia Aedificia Regia in Arce Budensi cum quibusvis Stabulis, Reclinatoriis, Aquaeductu, Machina item Hydraulica, aliisque accessoriis ad eandem pertinentibus, iam effective titulo etiam Cambii, pro cesso ex parte eiusdem Universitatis Collegio abolitae olim Societatis Tyrnaviensis cum parte Scholarum Aedificii posteriori, nec non Horto, et accessoriis in usum Orphanotrophii militaris Josephini, Pettovia Tyrnaviam translati, eidem Universitati tradita, in perpetuum nullo Nobis, successoribusque nostris, Regibus Hungariae Jure eatenus reservato, donamus et conferimus: non secus Aedificium Scholarum publicarum, quod prius ad Collegium aboli | tae Societatis Budense pertinebat. Porro quemadmodum super Cambio inter Capitulum,

[12] Egyházias diszruha. Ez 1784-ben megszünt.

Strigoniense, et saepefatam Universitatem Budensem, medio cuius pro cesso ex parte Universitatis Allodio in inferiori Civitate sito, certa Domus Capitularis in Arce data est, celebrato, Benignum nostrum Consensum penes elargitas eatenus specificas Literas Consensuales dedimus, ita eundem Consensum nostrum Regium, super Cessione quoque certi Fundi, et superaedificatorum per Civitatem Budensem pro Universitatis Typographiae usibus facta per praesentes clementer impertimur, quae cuncta Aedificia ad usum eiusdem Universitatis non exiguis Sumptibus restaurari, atque etiam instrui fecimus. *Secundo:* Ea omnia, Capitales utpote Summas, Bonaque immobilia, quae penes Donationem sub Decima septima Mensis Julii, Anno Millesimo septingentesimo sexagesimo nono, super collata Abbatia Sanctae Helenae de Földvár, sub Conditionibus in eadem Donatione uberius denotatis, quam et pe | nes alteram Donationem de Decima tertia Februarii Millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, super universis Summis Capitalibus, Bonis item immobilibus, Collegii olim abolitae Societatis Tyrnaviensis pro eadem Universitate Tyrnaviensi benigne contulimus, in Universitatem hanc Budensem pleno Jure transferimus, atque ex summo Jure Patronatus Nobis, qua Reginae Hungariae Apostolicae competente, pro eadem Universitate Budensi, Tyrnavia huc translata, confirmamus. Quia vero *Tertio:* Clementer Nobis visum est resolvere, ut Abbatia Beatae MARIAE Virginis de Sexárd per decessum ultimi legitimi Possessoris vacans, atque Fundo Studiorum titulo Cambii pro Bonis Abbatiae Beatae MARIAE Virginis de Schavnik Comitatui Scepusiensi, nec non Praepositura Beatae MARIAE Virginis de Ipolyságh Comitatui Honthensi ingremiatis, ad rationem fundati per Nos Episcopatus Scepusiensis, nec non Capitulorum Rosna | viensis, et Neosoliensis, cum omnibus appertinentiis cessis collata, Universitati Regiae Budensi ob commodiorem eorundem cum aliis Universitatis Bonis Administrationem, atque ea ratione tradatur, ut haec rursus Bona Praepositurae Beatae MARIAE Virginis de Thurócz, excepto Dominio Séllyensi, nec non medietate Bonorum Praepositurae Sancti Stephani de Bozok, in generalem Fundum Studiorum transferat, in quantum vero Reditus annui horum Bonorum Sexardienses Proventus non aequarent, defectus talismodi ex accurata aestimatione eruendus nonnullis Capitalibus, per Universitatem in generalem Fundum Studiorum transscribendis Summis com-

pensetur: ideo haec quidem Bona in alio pro generali Fundo Studiorum expedito Diplomate eidem Fundo benigne contulimus, in vicem autem eorum praefatae Universitati Budensi praedictam Abbatiam Beatae MARIAE Virginis de Sexárd, | Oppidum videlicet Sexárd, nec non Possessiones Eötsény, Möss, Agárd, et Grabocz, Praedia item Jánya, Ebecs, Almás, Icze, Palánk, et Adacz Comitatui Tolnensi, nec non Possessionem Faisz Comitatui Pestiensi adjacentes, cum quibusvis ad eandem Abbatiam quocunque modo spectantibus Pertinentiis, titulo perpetuae Dotis, et Fundationis cum omni Jure Regio, si quod in iisdem Bonis Abbatialibus alias etiam qualitercunque haberemus, et nostram concernerent Maiestatem, benigne donamus, et conferimus (salvo Jure alieno). Porro *Quarto:* Cum Academiam quoque Nobilium nomine nostro insignitam, iuxta ea, quae supra commemorata sunt, in iisdem cum Universitate Regia Aedeficiis collocaverimus, fundationalemque Summam annuam Sedecim Millium florenorum, ex Cassa Universitatis, iuxta Fundationales pro eadem Academia peculiariter expeditas, ad manus Directoris ejusdem Academiae rite persolvendam re | solverimus; sed et alia onera pia in peculiaribus eatenus editis Resolutionibus contenta, partim ex Reditibus annuis ejusdem Universitatis persolvenda, partim vero notabiles Capitales Summas ad suos destinatos fines ex Capitalibus Universitatis ex | solvi, et signanter generali Fundo Studiorum aestimationale Pretium Oppidi Somogy Comitatui Aba-Ujvariensi ingremiati, atque fundato per Nos Episcopatui Rosnaviensi ex parte generalis Fundi Studiorum cessi, bonificari fecerimus; denique pro Aedificiis etiam Universitatis anticipatae nonnullae Summae bonificandae fuerint; quae omnia in conficiendo eatenus peculiari computuali Instrumento uberius continebuntur; ideo, ut pro omnibus his praemissis eadem Universitas Fundum securum, et sufficientem nanciscatur, Abbatiam Beatae MARIAE Virginis de Péch-Várad per decessum Hugonis Francisci Caroli S. R. I. Comitis ab Elcz-Kempenich, ultimi eiusdem Abbatiae legitimi Possessoris ad nos devo | lutam, ex summo Jure Patronatus, quod qua Regina Hungariae Apostolica exercemus, atque etiam ex inviatione saepe citati Articuli Duodecimi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi . . . .

(a jószágok részletezése.)

memoratae Regiae Universitati Budensi titulo perpetuae Dotis, et Fundationis nostrae dandam, et conferendam esse duximus ita videlicet: ut modo fata Universitas, eandem Abbatiam cum universis Pertinentiis suis Jure perpetuo et irrevocabili possidere, fructusque et emolumenta ejusdem percipere possit, prout damus, et conferimus Jure perpetuo, ita tamen, et ea expressa cum Conditione, ut praeter exolutas praevia ratione alias Fundationales Summas, et respective anticipationes ad rationem praefatae Academiae Regiae Nobilium Theresianae titulo Fundationis assecuratas, et in Fundo Universitatis, ac specialiter Abbatiae huius Pécs-Váradiensis radicatas, Sedecim Mille Florenos angariatim per Quatuor Mille Florenos numerare: porro ad Cassam Parochorum | annue Bis Mille Florenos dependere, ac ita reliqua quoque Onera in praeallegato computuali Instrumento authoritate nostra Regia firmando contenta depurare teneatur; caeteroquin autem eandem saepefatam Universitatem ab omni ad Fortificatorii Cassam ab hac Abbatia praestando Onere in perpetuum immunitamus, ac una titulo cujuspiam Iuris Saecularis iisdem Bonis quocunque titulo praetensive inhaerentis, nullum Nobis Jus reservamus, sed totum illud, quidquid esset, absque ulla Reservata in praedictam Universitatem cum omni Iure Regio, si quod in iisdem Bonis Abbatialibus alias etiam qualitercunque haberemus, aut nostram concernerent Majestatem (salvo Jure alieno) perpetuo transferimus, donamus, et conferimus. Porro *Quinto:* Dominium proinde Séllye cum oppido Séllye, Possessionibus item eo spectantibus, et quidem in Comitatu Nittriensi Cis-Vagum Királyfalva, altera vero Trans-Vagum Hoszszúfalú vocata, tertia item in Comitatu Posoniensi Pered nuncupata, ac denique nunc recensitae Possessionis Terreno contermino Praedio Király-Rév nuncupato, universisque quocunque modo ad idem Dominium spectantibus Pertinentiis, aeque Universitati Budensi titulo translatorum Jurium Universitatis Tyrnaviensis, uti supra deductum est, alioquin competens, quasi de novo cum omni Jure Regio damus, donamus, et conferimus Iure perpetuo possidendum, usuandum et tenendum. Quam proinde universam praevio modo recensitam Massam, in quantum haec seu peculiaribus piis Fundationibus hucdum non addicta, seu generali Fundo Studiorum praevia ratione attributa non sunt, pro supremo Patronatus nostri Regii Iure, quo ut Rex Hungariae instar gloriosae Reminiscentiae Praedecesso | rum nostrorum Divorum

aeque Hungariae Regum pleno Iure fruimur, sensu etiam, et dictamine praecitati Articuli Duodecimi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi, simul cum cunctis Utilitatibus, Emolumentis et Pertinentiis quibuslibet, Castris nimirum, Castellis, Possessionibus, Villis, Praediis, Terris praeterea arabilibus cultis, et incultis, Agris, Pratis, Campis, Pascuis, Foenetis, Sylvis, Nemoribus, Montibus, Collibus, Vallibus, Vineis, Vinearumque Promontoriis, Aquis, Fluviis, Piscinis, Piscaturis, Pisciumve Clausuris, et Aquarum Decursibus, Molendinis et eorundem Locis, nec non Educillis, ac Macellis, generatim vero aliarum quarumlibet Utilitatum, et Pertinentiarum suarum Integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris Metis, et antiquis Limitibus existentia, ad praespecificata videlicet Bona immobilia, et Jura possessionaria de Jure et ab antiquo spectantia, et pertinere debentia, si etiam praesentibus Literis quocunque modo minus rite in | serta, aut ex specificatione exmissa essent, sed ad eadem Jura pertinuisse, legitime edoceri posset, praefatae Universitati nostrae Regiae Budensi eo prorsus modo, quo partim per abolitam Societatem, partim per alios mentionatorum Beneficiorum Tentores prius usuata et possessa fuerunt, Jure utenda, possidenda pariter, et habenda; Totum item, et omne Ius Regium, quod in praespecificatis universis Bonis, et Iuribus possessionariis, atque ad eadem de facto, et ab antiquo pertinentibus, quocunque alio etiam titulo haberemus, aut nostram quocunque modo concernerent Majestatem, titulo, uti praemissum foret, Dotis, et Fundationis perpetuae clementer damus, donamus, et conferimus, ac concedimus (salvo Jure alieno), ea praeterea Lege et Conditione expressa: ut eadem Universitas nostra Regia Budensis universa etiam Onera eidem inhaerentia, in quantum his hucdum satisfactum non esset, ferre teneatur: praeterea ab universis Bonis Ecclesiasticis, et Praeposituralibus, eorundem quippe annuis Redi | tibus, Decem per Centum per Consilium nostrum Regium Locumtenentiale rite eruendum. Nobisque subinde repraesentandum, in quantum haec, uti Abbatia Beatae MARIAE Virginis de Péch-Várad, ex Benignitate, et Clementia Regia iam praevio modo exempta, aut futuris temporibus alia etiam Bona eximenda non essent, pro Cassa Fortificatoria Camerae Nostrae Regiae Hungarico-Aulicae quotannis administrari, ac ita demum id, quod deductis eiusmodi oneribus et erogationibus universis remanserit, erga reddendas

eatenus annuas Rationes, in uberius Rei Literariae, ac Scientiarum, Educationisque, et Institutionis Patriae Iuventutis emolumentum iuxta suprafatum Systema Literarium, ac Benignas Resolutiones nostras converti et impendi debeat. Demum, ut Nos ipsae ad ingentis Boni spem hanc omnium Scientiarum Universitatem cum sua praededucta Dote, omnibus item Officialibus, et Membris singulari semper paratae sumus tueri Patrocinio, commo | daque eius datis occasionibus promovere, ita Successoribus, Haeredibusque nostris, Hungariae Regibus Apostolicis, ac Fidelibus Nostris Dominis Regni Hungariae, Provinciarumque adnexarum Statibus, Ordinibus, et universis Regnicolis, tam in Ecclesiastica, quam in Saeculari Dignitate, Loco, Gradu constitutis, Eandem cum omnibus dictis Clausulis, Gratiis, et Privilegiis defendendam, promovendam, pluribusque, ubi ad Rei Literariae finem consequendum necessum fuerit, Favoribus ac Privilegiis exornandam pio affectu parique Cordis sensu enixe commendamus; atque hanc praemisso modo factam Benignam nostram acceptationem, approbationem, ratificationem, Confirmationem, Decretum, et Voluntatem per quoslibet, quorum videlicet interesset, rata haberi, observarique deberi, neque uspiam, ulloque modo laedi, iisque contraveniri volumus, et constituimus. Ut autem Clementiae huius nostrae Regiae, atque Benevolentiae, qua erga percharam Gentem nostram Hungaram ferimur, perpetuum sit Mo | numentum, Diploma hoc nostrum Regium in duplici exemplari expediri fecimus, quorum unum in publico Archivo Regni, alterum in Archivo Universitatis reponatur: authenticum Transumptum autem in Archivo generalis Fundi Studiorum, et respective Commissionis Studiorum, pro aeterna Rei memoria conserventur. In quorum majus robur, perpetuamque firmitatem Diploma hoc nostrum Regium, et respective Literas Donationales, et Fundationales Manus nostrae Caesareo-Regiae Subscriptione, Secretique Maioris Sigilli nostri Regii, quo ut Regina Hungariae Apostolica utimur, munimine roboratas extradandas, et clementer concedendas esse duximus. Datum per manus Fidelis nostri Nobis sincere dilecti Spectabilis ac Magnifici Comitis Francisci Eszterházy de Galantha, Perpetui Comitis in Frakno, Aurei Velleris, ac una Insignis Ordinis Sancti Stephani Regis Apostolici Magnae Crucis Equitis, Comitatus Mossoniensis Supremi Comitis, Ca | merarii, Consiliariique nostri Actualis Intimi, Curiae item nostrae Regiae per

Hungariam Magistri, et per antelatum Regnum nostrum Hungariae Aulae nostrae, prout et dicti Ordinis Sancti Stephani Cancellarii, in Archi-Ducali Civitate nostra Vienna Austriae, Die Vigesima quinta Mensis Martii, Anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo, . . . caeterisque quam plurimis saepefati Regni nostri Hungariae Comitatus tenentibus, et Honores.

Maria Theresia m. p. Comes Franciscus Eszterházy. Josephus Ürményi de eadem.

3. A tanulmányi alap alapító oklevele.

Nos Maria Theresia etc. Memoriae commendamus Tenore Praesentium significantes, quibus expedit Universis. Cum ab eo tempore, quo perchari Regni Nostri Hungariae Provinciarumque Eidem adnexarum Gubernacula capessivimus, in Limine statim suscepti subditarum Nobis Nationum Regiminis, insignia fidelis Gentis Nostrae Hungara, in Nos studia cumulatim expertae fuerimus, atque vel inde, quantum Robur Augustae Domus Nostrae apud eandem situm sit, satis perspexerimus, ideo, cum pro Divinitus Nobis delato Munere Regio, quo felicitati Subditorum Populorum Nostrorum nullo non tempore prospicere obligamur, tum vero gratum animum Nostrum, quem eadem sibi praeclaris suis in Nos Augustamque Domum Nostram studiis promerita est, luculentis Indiciis palam facturae, sedatis primis Bellorum motibus, continuo in id omnem Maternam sollicitudinem Nostram defiximus, ut praeclaram hanc, et multis Titulis Nobis sincere dilectam Nationem, duorum, et quid excurrit. Saeculorum continuis tam externis Bellis, quam internis Motibus, atque multiplicibus Calamitatibus adflictam, hocque primum Saeculo aliquantum respirantem, non modo ad pristinum florem reducamus, verum, quantum in Viribus Nostris situm esset, omni ex parte novis etiam accessionibus cumulemus; sane hoc Consilio factum est, ut cum inprimis verum Dei Cultum, Orthodoxae Religionis firmitatem praecipuum bene ordinatae Reipublicae Fulcrum esse, probe intelligeremus, hunc indefessis Conatibus, partim regulatis Archi- et Episcopatibus, partim vero liberaliter fundatis novis Episcopatibus et Sacerdotum Collegiis,[1] auctis junioris Cleri Semi-

[1] A székesfejérvári, szombathelyi, rozsnyói és szepesi püspökségek alapítása 1776-ban.

nariis, constructis non exiguis sumptibus tot Ecclesiis,[2] editisque variis circa Negotia Ecclesiastico-Politica saluberrimis Constitutionibus, aliisque oportunis adminiculis, qua stabilire, qua augere adnixae fuerimus; Religione igitur hoc modo constabilita, ut porro eandem percharam Nationem Nostram tam ab externa vi magis tutam, quam et interna Status publici prudenti ordinatione florentiorem efficeremus, idcirco, quod Rem Militarem quidem attinet, ut illius praeclaris Servitiis, et congenita Eidem Virtute Militari uberius uti valeremus, factum est, ut complura nova Nationalia Regimina, erexerimus, Nobilem Turmam Praetoream[3] pro Custodia corporis Nostri constituerimus, ac illos, qui virtute Militari caeteris antecellebant, ad quosvis honorum Militarium Gradus evexerimus; ut autem non minus politica quoque Regni hujus Constitutio floreret, nullam non Partem ejusdem praeclaris Institutionibus munire, atque novis etiam accessionibus ornare, quasvis praeterea jurisdictiones in legali sua activitate conservare studuerimus, ac ut peculiare secuturis etiam temporibus, quibusvis ad Civilia Munia distincto cum Zelo obeunda Incitamentum praeberemus, Insignem Ordinem Equitum diversae Classis Sancti Stephani Primi Hungarorum Regis Apostolici instituimus, ad quem recepti, publicum Meritorum suorum Praemium consequerentur. Cum autem cuncta haec absque nervo Rerum agendarum et Commercii cum aliis Regnis ac Provinciis felici nexu subsistere nequeant, ideo regulata cumprimis Re Aeraria extructis novis Viis, et pontibus, siccatis paludibus, aggeribus, refrenata exundanti Fluviorum vi, remotisque Navigationis obstaculis, restitutis porro ad Jurisdictionem Regni pertinentibus Portubus Maritimis,[4] reincorporatis avulsis olim ab eadem Jurisdictione Comitatibus et Districtibus,[5] excitata multiplici Industria, aliisque publicarum ac privatarum Divitiarum Fontibus, Oeconomiam etiam publicam feliciorem reddere, omnibus, qua licuit viis et conatibus studuimus; quia tamen cuncta haec, et alia innumera, quae hic commemorare praetermittimus, et in animis fidelium subditorum Nostrorum alioquin perennatura confidimus, absque recta Rei Litterariae procuratione, atque Juventutis Ratio-

[2] A vallásalap rendezése 1768.
[3] Nemesi testőrség 1760 óta.
[4] Fiume és a tengerpart idecsatolása 1776.
[5] A 13 szepesi város és a Maroson tűli megyék visszakapcsolása./

nibus Rei publicae adcommodata Educatione, in qua praecipuum Provinciarum Cardinem publicamque felicitatem verti apud quosvis benemoratos populos notum est, ea, quae sinceris omnino studiis intendimus, incrementa capere non posse, ab ineunte Regimine Nostro perspeximus, idcirco, dum praemissa ageremus, una semper eo respeximus, ne in hac etiam praecipua Potestatis Nostrae Regiae Parte, quae instituto Maiorum peculiaribus Constitutionibus Nobis delata est, ullo modo desimus. Quare pro ratione etiam antecedentium temporum varia ad illos, quibus educandae Juventutis Provincia tum delata fuit, Decreta edidimus, quae ad Institutionis hujus et Educationis Normam rite ordinandam pertinebant; porro hunc in finem tam hic Viennae in Collegio Nobilium Nomine Nostro insignito,[6] in quo quasvis comparate ad statum publicum, variaque officiorum genera utiles Disciplinas tradendas procuravimus, peculiarem pro Hungaris etiam Adolescentibus Fundationem fecimus, aliis autem, quo mitterent suos filios rectae Educationis et Institutionis causa, occasionem praebuimus; sed non minus in Regno quoque Hungariae plurima Educationis et Institutionis Domicilia, uti Tyrnaviae, Vaciae, aliisque in Locis constituimus universorum demum Studiorum Academiam Tyrnaviae constitutam nova Dote, Cathedrisque utilibus auximus. Quia vero haec omnia etsi praeclare constituta fuerint, pro eo tamen, quo in excolendam teneram Juventutem, ex qua Seminarium Virorum olim ad quaevis Reipublicae Munia pro statibus videlicet Ecclesiastico, Politico, Militari, Commerciali, Oeconomico, ac aliis utiliter obeunda idoneorum constituatur, nec non illustrandam Rem Literariam ferimur ardore, plura adhoc adjicienda, atque in stabile quodpiam Systema Nobis reducenda videbantur, idcirco eo cumprimis tempore dum Religiosus olim Ordo Societatis Jesu compellatus, cui Educatio, atque Institutio Patriae Juventutis a duobus, et quod excurrit saeculis majori in parte concredita fuit, Authoritate Sedis Apostolicae aboleretur (1773 júl. 21), novum Systema, Rationem Educationis et totius Rei Literariae plene complectens, hodiernisque Reipublicae Rationibus omnimode adcommodatum elaborari, atque Nobis pro Altissima Decisione Nostra Regia proponi jussimus, quod ubi dein non vulgari Industria elaboratum

[6] A Theresianum.

atque ad deliberationem, adhibitis etiam Primoribus Regni maturo Consilio discussum, Nobis medio Cancellariae Nostrae Regiae Hungarico Aulicae relatum, atque per Nos demum Authoritate Regia adprobatum fuisset, eiusdem Tomum primum hic Viennae, sub Titulo: Ratio Educationis totiusque Rei Literariae per Regnum Hungariae, et Provincias Eidem adnexas, Typis Anno adhuc 1777. editum, per idem Regnum Hungariae, atque Provincias adnexas, eo usque etiam publicari, atque pro accurata observatione praescribi procuravimus, quoad alter etiam Tomus Instituti videlicet hujus Literarii supplementum, minutatim omnia conplexurum quae ad Operis Absolutionem, plenamque Reipublicae Literariae stabilitatem, atque Educationis Gentilitiae formam etiamnum desiderare comperientur, Nobis relatum atque per Nos itidem Auctoritate Nostra Regia benigne adprobatum, Typisque publicis excussum fuerit, quam proinde Rationem Educationis, totiusque Rei Literariae praesenti quoque Diplomate Nostro, ac si de Verbo ad Verbum eidem insertum fuisset, reservata tamen Nobis, Successoribusque Nostris Regibus Hungariae nonnulla in iis contenta mutandi, addendi, et demendi, prout e Re Publica esse visum fuerit, facultate, benigne confirmamus. Quare, ut juxta idem Institutum Literarium universum Regnum Hungariae, et Provinciae Eidem adnexae sufficientem occasionem nanciscatur Proles suas rite educandi, atque instituendi, collocata primum ad Meditullium Regni, in ipsis Regiis Aedificiis Nostris in Arce Budensi habitis, Universarum Scientiarum Academia, atque magnifice dotata, cunctisque necessariis Adminiculis ad Rem Literariam rite excolendam probe instructa, ex qua videlicet, tanquam e perenni Seminario, Doctores idonei quarumvis Scientiarum pro omnibus Institutis Litterariis deligantur, et ad cujus Normam omnis Institutio Juventutis per universum Regnum exigatur (quae omnia in peculiari Diplomate, quod pro eadem Universitate Nostra Regia Budensi nunc una expediri fecimus, uberius continentur).[1] Quatuor praeterea Academias in quatuor Regni Districtibus liberaliter fundavimus, et quidem pro Districtu Cis-Danubiano, in Libera Regiaque Civitate Nostra Tyrnaviensi, pro Trans-Danubiano, in Libera Regiaque Civitate Jaurinensi, pro Cis-Tybiscano in Libera Regiaque Civitate Cassoviensi,

[1] Lásd az előbbi oklevelet.

pro Trans-Tybiscano Magno-Varadini, denique pro Regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, in Libera Regiaque Civitate Zagrabiensi, in quibus praeter Scholas Nationales, seu vernaculas, Grammaticas item et Humaniores, Studia etiam altiora ad Facultatem Philosophicam et Juridicam juxta praescriptum per Nos benigne adprobati Systematis Literarii pertinentes, in Jaurinensi vero Magno-Varadiensi, et Zagrabiensi, studia quoque Theologica eum in finem per publicos Doctores medio Concursus nulla status, et Conditionis ratione habita, delectos, ac per Nos, Nostrosque Successores clementer nominatos, tradantur, ne scilicet universa Juventus Budam, ad Universarum Scientiarum Academiam confluere cogatur, sed ea, quae magis necessaria sunt, in his quoque Districtualibus Academiis, ipsius Universitatis quadamtenus Filiabus, majori commoditate, et sumptuum compendio condiscere, seque pro omnigenis statibus et Officiis, aptam reddere valeat. Has proinde Academias peculialiter sub Altissimam Protectionem Nostram Successorumque Nostrorum Regum Hungariae assumimus, ac ideo Regias etiam compellari benigne admittimus.

Porro pro Humanioribus Litteris condiscendis praeter complura Gymnasia et Scholas Grammaticas in pluribus Locis partim noviter fundata, partim ad Leges tantummodo ejusdem Systematis Litterarii regulata, nonnulla Archi-Gymnasia Regia ultra illud, quod Budae penes Universitatem Regiam est, itidem Munificentia Nostra ex Fundo Litterario debite juxta factas Classificationes et benignas Normales Resolutiones Regias providenda fundavimus, utpote in Locis Academiarum Regiarum Tyrnaviae, Jaurini, Cassoviae, Magno-Varadini, Zagrabiae, item Posonii, Neosolii, Ungvarini, Quinque-Ecclesiis, in quibus nempe tam Classes Humanitatis, quam et grammaticae itidem ad Normam Systematis Literarii per Magistros in Concursu aeque nulla Status et Conditionis Ratione habita, deligendos, ac per Nos, successoresque Nostros Reges Hungariae benigne nominandos tradantur, ad hanc vero Normam reliqua Disrictualia Gymnasia, et Scholae Grammaticae exigantur.

Quoniam autem non tantum Latinas Scholas, atque altiora studia instaurare in Animum induximus, verum nostros ad quamvis infimae etiam conditionis teneriorem Juventutem ad fines publicos adcommode educandum, quae potissimum Scholis ver-

naculis, et Nationi cuivis Linguae usu distinctae propriis utitur, oculos convertimus, ideo in quolibet Literario Districtu unam etiam Scholam primariam vernaculam, quae aliis in Districtu, quod objecta, et Modum eadem tractandi normam praebeat, et in qua Scholarum Vernacularum Magistri pro universo Districtu instituantur, atque adprobentur, Subsidiis etiam nonnullis ex Aerario Literario addictis benigne instituimus; utpote Budae penes Universitatem Regiam, de qua in ipso diplomate pro Universitate expedito, Mentio injecta est, porro Posonii, Neosolii, Jaurini, Quinque-Ecclesiis, Cassoviae, Magno-Varadini, et Magno-Karolyini, atque his quoque pro usibus necessariis Sigilla authentica concessimus.

(A pecsét leirása.)

Quemadmodum haec omnia in Principio, seu Capite praesentis Diplomatis Nostri Pictoris edocta manu et artificio propriis ac genuinis suis Coloribus clarius depicta et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspiciuntur. Ut autem haec omnia in omne Aevum (Quantum in humana Providentia situm est) constabiliantur sintque semper Viri e Republica cujuscumque Status delecti, qui executionem hujus Institutionis Nostrae adcurent, ideo in saepementionato Systemate Literario eatenus per Nos constituto, supremam quidem Inspectionem atque Directionem, Nobis, futurisque Regibus Hungariae, seu medio Politicorum Dicasteriorum, seu alia quavis opportuna ratione, pro suprema Authoritate Nostra Regia exercendam reservavimus, caeteroquin autem divisis quibusvis Studiorum Institutis, in peculiares Districtus, iisdem Provinciales Directores Regios, nec non Nationalium Scholarum Inspectores, praefecimus, cuilibet vero Instituto in particulari suos peraeque constituimus Directores, qui a Nominatione, et respective Confirmatione Nostra Regia semper dependebunt, atque secundum Leges Instituti Literarii per Nos clementer sancitas, atque in Ratione Educationis, totiusque Rei Literariae dilucide contentas, cuncta ad scopum felicitatis publicae, recteque Educationis tenerioris Juventutis Patriae directas, Nomine Regio moderentur. Quoniam autem ad effectum earundem Institutionum procurandum securo Fundo, qui necessarios annuos Reditus, finibus in saepefato Systemate Literario designatis accommodatos, suppeditet, cumprimis opus est, idcirco, ut hac quoque in parte stabilitati, in aevum duraturae, quaqua ratione consulamus, eo cumprimis reflectentes,

Abbatiarum et Praepositurarum, Desertorumque Claustrorum et Monasteriorum Bona communi Praedecessorum Nostrorum felicis memoriae Regum Hungariae et signanter Ferdinandi I-mi Imperatoris et Regis Hungariae, nec non Statuum et Ordinum Regni Consensu Articulo 12-o 1548. declaratae, caetera inter pro publicis Scholis, Institutisque Literariis designata, atque maiorem illorum partem hic potissimum fundamento supramentionato abolitae Societatis Religioso ordini per Praedecessores Nostros Reges Hungariae, aut saltem cum eorum consensu cum onere providendarum Publicarum Scholarum collata est, idcirco generatim omnia Bona Mobilia et immobilia per nunc dictum abolitum Religiosum Ordinem Societatis Jesu, seu praevia ratione, seu alio etiam quocunque modo acquisita, et possessa, atque ad Nostram Dispositionem devoluta, quaeque a quibusvis piis Fundationibus et Ecclesiarum Dotibus suo modo sequestratis ac penes peculiares Fundationales Literas extraditis, remanserunt, cum cessante etiam Instituto saepefati Ordinis Religiosi, Institutum tamen providendarum publicarum Scholarum, in praecitatae Legis provisione fundatum, non cessaverit, verum ad publicam providentiam, curamque Nostram Regiam, qua in Educationem atque Institutionem Juventutis ferri tenemur, reciderit, pro perpetua Dote Fundi Studiorum, et Scholarum publicarum in percharo Regno Nostro Hungariae, Provinciisque adnexis existentium infra uberius declaranda modalitate clementer donamus et conferimus, ejusque Administrationem Jurisdictioni politicae, et respective Commissioni Studiorum ex Gremio Consilii Nostri Regii Locumtenentalis peculiariter constitutae, sub Inspectionem Eiusdem Consilii, atque suprema Directione et Dispositione Nostra Regia, Nobis Fundamento Legum Regni alioquin competente, deferimus, universaque Privilegia et Jura mentionato Religioso Ordini abolitae olim Societatis Jesu collata, ac quoquo modo etiam Fassionali et emptitio Jure per eum acquisita, benigne confirmamus, et in Generalem Fundum Studiorum, cum omni Jure etiam Regio, quod Nos, Nostramque Maiestatem quocunque titulo concerneret, (salvo Jure alieno) eaque ratione transferimus, ut pro supremo Jure Nostro Patronatus, eminentique quarumvis piarum Fundationum Inspectionis potestate, eundem Fundum Studiorum, totumque Literarium Institutum in quibuscunque causis, tam active, quam passive ratione quorumvis Bonorum mobilium, atque in-

mobilium Eidem vigore praesentis perpetuae Donationis et Fundationis collatis, per quemcunque, et contra quemcunque movendis, medio causarum Nostrarum Regalium Directoris, et Sacrae Regni Hungariae Coronae Fiscalis conservare, augere, et defendere velimus; ne autem ullo unquam tempore quaepiam hujus Fundi, et factae per Nos praevio modo perpetuae Donationis et Fundationis intuitu quaestio oborire valeat, eadem Bona mobilia, et inmobilia specifice etiam huic Nostrae Donationi et Fundationi inserenda esse clementer duximus . . .

Quae proinde omnia praevio modo recensita, tam videlicet summas Capitales, et Aedificia, quam vero quaevis Bona immobilia ad Collegia, Residentias et Missiones abolitae Societatis Jesu Ordinis tam in Regno Hungariae, cum et adnexis Provinciis, Regnis quippe Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, quocunque Jure pertinentia, et possessa, sed et alia quaevis Jura possessionaria nunc Fundo Studiorum publico juxta praemissa adscripta, pro supremo Patronatus Nostri Jure, quo ut Rex Hungariae instar Gloriosae Reminiscentiae Praedecessorum Nostrorum Divorum aeque Hungariae Regnum plene Jure fruimur, sensu etiam et dictamine praecitati Articuli 12-mi 1548. simul cum cunctis Utilitatibus, Emolumentis, et Pertinentiis quibuslibet, Castris nimirum, Castellis, Oppidis, Possesionibus, Villis, Praediis, Terris praeterea arabilibus cultis, et incultis, Agris, Pratis, Campis, Pascuis, Faenetis, Sylvis, Nemoribus, Montibus, Collibus, Vallibus, Vineis, Vinearumque Promontoriis, Aquis, Fluviis, Piscinis, Piscaturis, Pisciumve clausuris, et aquarum Decursibus, Molendinis et eorundem Locis, nec non Educillis, ac Macellis, generatim vero aliarum quarumlibet Utilitatum, et Pertinentiarum suarum Integritatibus quovis nominis Vocabulo vocitatis, sub suis veris Metis, et antiquis Limitibus existentibus, ad praespecificata videlicet Bona immobilia de Jure, et ab antiquo pertinere debentia, si etiam praesentibus Literis quocunque modo minus rite inserta, aut plane ex specificatione emissa essent, sed ad eadem Jure pertinuisse legitime edoceri possent, pro praefato publico Studiorum et Scholarum Fundo per Regnum Hungariae et Provincias eidem adnexas eo prorsus Modo, quo per abolitam Societatem usuata, et possessa fuerunt, Jure utenda, possidenda, tenenda pariter et habenda, totum item, et omne Jus Regium, quod in praespecificatis universis Bonis, et Juribus possessionariis, atque

ad eadem de facto, et ab antiquo pertinentibus, quocunque alio etiam titulo haberemus, aut Nostram quocunque Modo concernerent Maiestatem, Titulo (uti praemissum est) Dotis et Fundationis perpetuae clementer damus, donamus, conferimus, et concedimus, salvo Jure alieno, ea praeterea Lege et Conditione expressa, ut idem Fundus publicus, universa etiam Onera eidem inhaerentia, in quantum his hucdum satisfactum non esset, ferre teneatur; insuper ab universis Bonis Ecclesiasticis et Praeposituralibus, eorundem quippe annuis Reditibus Decem per Centum per Consilium Nostrum Regium Locumtenentiale rite eruendum,[8] Nobisque subinde repraesentandum, in quantum haec ex Benignitate et Clementia Regia aut iam exempta, aut eximenda non essent, pro Cassa fortificatoria Camerae Nostrae Regiae Hungarico-Aulicae quotannis administrari, ac ita demum id, quod deductis ejusmodi Oneribus et Erogationibus universis remanserit, erga reddendas eatenus annuas Rationes in uberius Rei Literariae ac Scientiarum, Educationisque et Institutionis Patriae Juventutis emolumentum juxta saepefatum Literarium Systema, et benignas Resolutiones Nostras converti et impendi debeat. Demum, ut nos Ipsae ad ingentis Boni spem hunc publicum Studiorum et Scholarum Fundum cum omnibus officialibus singulari semper paratae sumus tueri Patrocinio, commodaque ejus datis occasionibus promovere, ita Successoribus, Haeredibusque Nostris Hungariae Regibus Apostolicis ac Fidelibus Nostris, Dominis Hungariae, Provinciarumque adnexarum Statibus, Ordinibus, Regnicolis, tam in Ecclesiastica, quam Saeculari Dignitate, Loco, Gradu constitutis, eundem cum omnibus dictis Clausulis, Gratiis, Privilegiisque defendendum, promovendum, pluribusque, ubi ad Rei Literariae finem consequendum necessum fuerit, Favoribus ac Privilegiis exornandum pio affectu, parique Cordis sensu enixe commendamus, atque hanc praemisso Modo benignam Nostram Acceptationem Approbationem, Ratificationem, Confirmationem, Decretum, et voluntatem per quoslibet videlicet interesset, rata haberi observarique deberi, neque uspiam, ulloque modo laedi, iisque contraveniri volumus et constituimus; ut autem Clementia hujus

[8] Az úgynevezett Kollonics-féle egyezség értelmében a magyar egyházi birtokok jövedelmének tíz százaléka az erődítési pénztárba folyt be és így hadi czélokra szolgált (1703 óta).

Nostrae Regiae, atque Benevolentiae, qua erga percharam Gentem Nostram Hungaram ferimur, perpetuum sit Monumentum, Diploma hoc Nostrum Regium in Dupplici Exemplari expedire fecimus, quorum unum in Archivo Regni, alterum autem in Archivo Fundi Studiorum publici reponatur, Authenticae vero Copiae in Archivis etiam quinque Academiarum Regiarum, ut pote Tyrnaviensi, Jauriniensi, Cassoviensi, Magno-Varadiensi et Zagrabiensi, totidemque Districtuum pro Aeterna Re Memoria conserventur. In quorum majus Robur, perpetuamque Firmitatem idem Diploma hoc Nostrum Regium et respective Literas Donationales, et Fundationales Manus nostrae Caesareo-Regia Subscriptione, Secretique Majoris Sigilli Nostri Regii, quo ut Regina Hungariae Apostolica utimur Munimine roboratas, extradandas, et clementer concedendas esse duximus. Datum per Manus etc. Viennae Austriae, die Vigesima Quinta Mensis Martii, Anno Momini Millesimo, Septingentesimo, Octvagesimo, Regnorum Nostrorum etc. Reverendissimis etc.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

V.

FIUME VÁROSÁNAK A MAGYAR SZENT KORONÁHOZ CSATOLÁSA.

Mária Terézia uralkodásának egyik fővonása a magyar állami eszme ujabb kifejezése és érvényesítése. Ez az eszme nemcsak az uj intézmények megalkotásában nyilvánult, melyek az ország érdekével együtt a királyi hatalom erősítésére is voltak hivatva, hanem az állam területének helyreállításában, terjesztésében is. Már uralkodása elején törvénybe iktatta, hogy Erdélyt, mint a szent koronához tartozó országot, ő és utódai mint Magyarország királyai birják és kormányozzák.

A szepesi városokat mindjárt Lengyelország felosztásának kezdetén Magyarországhoz kapcsolta és az ottani lakosság 1772-ben letette a hűségesküt. Már előbb kivette a katonai és kamarai igazgatás alól Arad-, Zaránd- és Bács-Bodrog-megyék egyes területeit, majd az 1751. XXIII. t.-cz. értelmében, Verőcze-, Pozsega- és Szerémmegyéket is. Ez utóbbi megyéket azonban, melyek mindig Magyarországnak voltak integrans részei és mint annak Drávántúli kerülete szerepeltek, a történeti jog ellenére, Szlavónia név alatt a régi valóban szlavón megyékkel, az új Horvátországgal, egyesítette. A Maroson túli területet azonban, hosszas alkudozások után, 1778-ban az anyaországhoz csa-

tolta vissza és Temes, Torontál, Krassó-Szörényben ujra életbe léptette a magyar megyei életet.

Mind e területek a magyar szent korona régi, kétségtelen birtokai és azok visszaszerzésére és az országhoz kapcsolására számos törvényen kívül saját koronázási esküje is kötelezte a királynőt. Fiuménál más az eset. E város addig nem tartozott Magyarországhoz és csak ő gyarapította e csekély kiterjedésű, de nagy fontosságú szerzeménynyel hazánk területét.

Fiume városát a duinoi őrgrófok birták hűbérben az aquilejai patriarcháktól. Az őrgrófi családnak és rokonainak, a wallseei grófoknak kihalása után a város 1471-ben a Habsburgok birtokába jutott. Ezek azonban elismerték és fenntartották a város autonomiáját. I. Miksa császár 1515-ben a »leghívebb« (fidelissima) címmel tüntette ki, I. Leopold külön czímeres lobogóval adományozta meg, VI. Károly császár pedig, Triesszttel egy időben, szabad tengeri kikötőnek nyilvánította (1725). Közjogi önállása többek között abban is kifejezésre jutott, hogy a pragmatica sanctiót a város tanácsa elé is terjesztették. A patriciusok 1720 okt. 19-én tárgyalták az új örökösödési rendet és azt el is fogadták. (Radich Ákos: Fiume közjogi helyzete, 131—140. l.) Közigazgatás dolgában 1754. óta a Bécsben felállított legfőbb kereskedelmi tanács és a Triesztben működő kormányzóság (intendanza) alatt állott a város. E hatóságok hatásköre kiterjedt az egész osztrák tengerpartra (Austriacum Littorale), bár e területnek igen jelentékeny része jog szerint a magyar korona birtoka volt.

E terület, mely közvetlenül Fiumenél kezdődött — már Tersatto is hozzá tartozott — és a dalmata határig húzódott, a Zrinyi és Frangepán családok jószágainak 1671-ben történt lefoglalása által jutott ausztriai igazgatás alá. A gráczi kamara zálogjogon bírta e területet 500.000

frtért; hiába sürgették visszacsatolását az összes országgyülések 1681-től 1764-ig. Midőn ez a diéta tiltakozott az ellen, hogy magyar területet osztrák tengerpartnak nevezzenek, a királynő kijelentette, hogy ez az elnevezés az illető vidék fekvése miatt kapott lábra és nem válhatik sérelmére sem a birodalom jogainak, sem a szent korona felsőségének. A rendek e magyarázattal megelégedtek.

Nem is a közjogból folyó, hanem a kereskedelmi okok idézték elő a tengerpart helyzetének változását.

III. Károlynak, ki látta, minő gazdagságra tesznek szert a nyugoti népek hajózás és kereskedelem által, nagyon szívén feküdt a tengerentúli forgalom élénkítése. Ezt a czélt volt hivatva szolgálni, az az út, mely Károlyvárosból a Kapella hegységen át Porto-Rébe vezetett és mely az ő nevét viseli; ezen czél elérése végett tette szabad kikötőkké a Quarnero mellékének városait. II. József ezeket a törekvéseket lelkének egész erejével megujította és már Kelet-Indiába is küldött hajókat, hogy ott birtokot, gyarmatot szerezzenek. Másrészt Magyarország fejlődése is kivánatossá tette, hogy feleslegét a tengeren túl értékesíthesse. A császár 1775 májusban bejárta a tengerpartot és meggyőződött arról, hogy ott minden forgalom pang és így nagyralátó terveihez hiányzik minden alap. Szerinte, Carlopagot csupa koldús lakja; Zengg egészen elszegényedett; Porto-Ré kikötője gyönyörű, de üres; Bukkari nem is jő számba, Fiumében pedig van ugyan czukorfinomító, de oly csekély a forgalom, hogy a czukornádat hozó hajók üresen indulnak vissza. A Karolina-úton nem látni szekeret, a Kulpa pedig sekély és alig hajózható. (Arneth, Maria Theresia IX. k. 464. l.) Orvoslásul azt ajánlja, hogy a kereskedelmi tanácsot oszlassák fel, Carlopagot és Zengget egyesítsék a határvidékkel, Bukkarit és Fiumét pedig Magyarországgal. Az utóbbit azon-

ban azon feltételhez kötné, hogy ott kereskedelmi társaság jöjjön létre.

Fiának javaslatán alapult tehát a királynőnek 1776 febr. 14-én kiadott rendelete, melylyel Magyarországnak adományozza az addig ahhoz nem tartozó Fiumét. Az akkori magyar kormány és a közvélemény nagy örömmel és hálával fogadta azt a kilátást, hogy Magyarországnak lesz hozzátartozó jelentékeny kikötővárosa. Az a kilátás, hogy csakugyan fejlődik arra felé forgalom, annál biztatóbb volt, mert 1777-ben gr. Batthyány Tódor egy nagy hajót küldött le a Kulpán és Száván, aztán felfelé a Dunán, Bécsig.

Mária Teréziának 1776 február 14-iki rendeletével »Fiume városát és a Carolina-úttól (Károlyvárostól nézve) jobbra eső részt Horvátországhoz csatolja, oly módon, hogy a horvát tanács útján a magyar udvari kanczellária igazgassa«. Egyúttal elrendeli, hogy Carlopago és Zengg, az úttól balra eső területtel, tehát Bukkari, Bukkaricza és Porto-Rével együtt, a katonai határvidék hatóságának adassék át.

A jobbra eső területekből alkottassék egy új megye, Szörény (Severin) vármegyéje. Kereskedelmi ügyekben azonban a fiumei királyi kormányzó intézkedjék.

Ez a megoldás nem elégítette ki Fiume városát. A város birái már 1776 okt. 14-én tiltakoznak az ellen, hogy Horvátországhoz kapcsolják őket és így csak közvetve a magyar koronához. Egyenesen Magyarországhoz akarnak tartozni, úgy a mint előbb közvetlenül Ausztriához tartoztak. A város tanácsa 1777 jul. 17-én hasonló határozatot hozott. De nem elégítette ki a horvát rendeket sem. Azok 1777 okt. 27-én Zágrábban tartott gyűlésükből feliratot küldenek a királynőhöz az új rendezés ellen, kijelentvén, hogy az alkotmány értelmében ez ügyben csak

a magyar diéta illetékes, »mert mi csak része vagyunk a szent koronának és azon szent koronának és a magyar birodalomnak kárára mit sem tehetünk.«[1]

Fiumét az osztrák kormány 1776 okt. 21-én ünnepélyesen átadta gr. Majláth József kir. kormányzónak, ki azonnal megkezdte működését. Hatásköre teljesen megfelelt annak, melyet gr. Zinzendorf Károly töltött be Triestben. Az osztrák és a magyar kikötő teljesen egyenlő joguak lettek. Megalakult, a kormányzó főispánsága alatt, Szörénymegye is. (1778 ápr. 18.) De a város nem nyugodott bele közjogi helyzetébe és hatalmas támaszra talált kormányzójában s a magyar kanczelláriában is.

Így jött létre Mária Teréziának 1779 április 23-án kelt második elhatározása. Ebben már megteszi a szükséges és jogos megkülömböztetést egyrészt Fiumének, másrészt az előbb is Horvátországhoz tartozott Bukkarinak stb. közjogi állása közt. Amaz külön kapcsolt része lesz a magyar szent koronának; emezek tovább is Horvátországgal együtt függenek a magyar birodalomtól.

E fontos oklevél eredetije Fiumében van.[2] Közölték: Szalay László: Fiume a magyar országgyűlésen című kis munkájának toldalékában és Racki, a fönnebbb idézett munkájában.

Nem sokkal később, Mária Terézia feloszlatta a csak 1767 óta fennállott horvát tanácsot, minek szándékát már az oklevélben is jelzi és így Fiume közigazgatásilag is egyenesen a magyar hatóságoktól függött. József császár még tovább ment. 1786-ban feloszlatta Szörénymegyét, egy évvel később pedig Fiume, Bukkari és Vinodol kerületeit

[1] Az okleveleket közli Dr. Franz Racki: Fiume gegenüber von Kroatien című műve függelékében. A városi aktákon alapúl Kobler Giovanni: Memorie per la Storia della Liburnica Cittá di Fiume (1898.) című munkájának előadása (a III. kötet elején), melyet szintén felhasználtunk.

[2] A budapesti országos levéltárban még hiteles másolata sincs meg.

mint magyar tengerpartot egyenesen a fiumei kormányzó alá helyezte.[3]

Mindezek azonban csak a királyi hatalomból folyó intézkedések valának; az alkotmányos megoldás még hátra volt. A város beczikkelyezését kérte az 1790-iki országgyűléstől Fiume, ezt óhajtották a horvát rendek is. Az országgyűlésen a horvát követek azt kívánták, hogy a város, Horvátországhoz kapcsolva, függjön a szent koronától. Másrészt az osztrákok, különösen a krajnaiak, azt követelik, hogy Fiumét oda csatolják vissza. Ezért II. Leopold király 1791 jan. 13-iki leiratában Fiumét illetőleg csak azt határozta, hogy maradjon meg eddigi helyzetében. Megelégedett azzal, hogy a LXI. t.-cz.-ben, Mária Terézia rendelkezését, melylyel a tengermelléket Horvátországba s így a szent koronába visszakebelezte, felemlítse és Bukkari és Porto-Ré kiváltságait megerősítse.

Hiába utasította vissza Pray György egy értekezésében a krajnai követeléseket, hiába kívánta az 1802-iki diéta Fiume beczikkelyezését: az udvari politika e pontban állhatatos maradt. Csak 1807 decz. 12-én intézte el Ferencz király kedvezően az akkor ülésező magyar diétának Fiumére vonatkozó felterjesztését.

Ezen az alapon jött létre az 1807 : IV. t.-cz., mely a városnak és kikötőjének a birodalomhoz tartozását kimondja, a kormányzónak, a főrendek; a város követének pedig a rendek tábláján ad helyet és szavazatot.

Közöljük a Corpus Juris szerint.

1. Mária Terézia oklevele. 1779. apr. 23.

Nos Maria Theresia, divina favente clementia Romanorum Imperatrix vidua, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Galliciae, Lodomeriae, Bosniae, Serviae, Cumaniae

[3] Keresztury József. Introductio in opus collect. normal. constit. Bécs, 1788. I. 148—154. l.

et Bulgariae Regina Apostolica, Archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae et Carnioliae, Magna Princeps Transsilvaniae, Marchio Moraviae, Dux Brabantiae, Lymburgiae, Lucemburgae, Geldriae, Virtembergae, superioris et inferioris Silesiae, Mediolani, Mantuae, Parmae, Placentiae et Guastallae, Auschvitzi et Zatori, Princeps Sueviae, comes Habsburgi, Flandriae, Tirolis, Hannoniae,[1] Kyburgi, Goritiae et Gradiscae, Marchio Sacri Romani imperii, Burgoviae, superioris et inferioris Lusatiae, Comes Namurcis, Domina marchiae Sclavoniae et Mechliniae, vidua Lotharingiae et Barri, magna dux Hetruriae etc. etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod Nos quantum ex recte coordinato commercio in quamvis Rempublicam promanat commodi, quantum solidae utilitatis, attentiori mente recolentes, omniumque illorum fructuum et emolumentorum, quae non in publicum regni modo, et provinciae cujusdam in concreto, verum in singulos etiam cives in particulari exinde redundare consueverunt, clementer consciae; pro ea, qua in quaevis subjectorum Nobis fidelium populorum, vel minimi nominis commoda nullo non tempore vigilamus et intentae sumus materna cura et sollicitudine, alias inter innumeras ab aditi felicis Nostri regiminis temporibus in salutem et commune bonum regni etiam Hungariae, regnorumque et provinciarum ad idem spectantium factas constitutiones, commercio quoque Hungarico, quod angustis admodum adusque limitibus circumscriptum fuerat, quodve unicum pene ad complementum utilitatis et ornamenti regni hujus, omnis generis ad sustentandam vitam necessariis productis, mira soli felicitate naturaeque benignitate abundanter dotati, requiri videbatur, portubus maritimis, littoralique, quod modica temporis intercapedine, Austriaci nomine veniebat, vetusto nihilominus jure eo pertinebat, novissime reapplicitis, atque urbe quoque hac, portuque Fluminensi eidem in singularem benevolentiae et clementiae nostrae tesseram incorporatis, novam dare formam, eaque sub principium statim, quibus florentissimi condam, quod priscis etiam temporibus viguisse e publicis hanc in rem constitutionibus, historicorumque tam domesticorum quam et extraneorum fide indubium est, commercii moles tuto superinduci, et postliminio quasi restaurari

[1] Hainaut, Hennegau, belga tartomány.

queat, jacere fundamenta; utque sic perpetuum materni in percharam Nobis gentem Hungaram affectus et propensionis testimonium ac argumentum dare benigne decreverimus. Videre Nobis jam videmus uberrimos, quos ex salutari hocce instituto iure optimo sperare licet, fructus; domesticis quibus regno huic e singulari authoris naturae benignitate abundare datum est, naturae donis onustae naves exteris in oris et portubus hospites, quia ignotae prorsus hactenus, familiares brevi versabuntur, receptisve pro his alienis, quorum defectus est, naturae productis, aut arte manuque factis, quae non contemnendis pecuniarum summis steterunt hactenus, refertae, in propria a suis anhelatae revertentur, domesticamque in his penuriam sublevabunt; ditabuntur paucum post tempus omnes regni partes, illato partim extraneo, plus adhuc domestico, cujus vis ingens quotannis e terrae visceribus eruitur, aere, intra ambitum provinciarum conservato; facilior vitae non modo sustentandae, sed et commode agendae modus unicuique civium suppeditabitur, habitantium inde in dies magis acuetur industria, deserta incolis replebuntur; justaque aeris circulatione omnes illae etiam, quae ad interitum fere spectabant regni partes, novo quasi spiritu renascentur.

Atque hinc est, quod non ignarae, quantum ad evehendam in provincia quapiam commercii rem, procurandumque ejus solidum incrementum, opportune locatae in medio ejusdem commerciales civitates conferre consueverint: nil ut eorum, quae ad obtinendum hunc, quem Nobis praestituimus, scopum pertinere ardebantur, desiderari queat, ad harum etiam erectionem et constabilitionem animum adjecerimus.

Quo consilio, continui fidelitatis ac devotionis, quae Majestati nostrae, augustissimisque decessoribus Nostris gloriosae reminiscentiae, urbs haec Fluminensis Scti Viti indesinenter probavit studii, utilium porro ac pergratorum, quae diversis occasionibus laudabili prorsus zelo exhibuit ac deinceps quoque (uti nobis de ipsa benigne pollicemur) exhibitura est, servitiorum clementer memores, eamdem alias inter deligere ac in liberum commercialem locum et civitatem e peculiari Nostra gratia et clementia caesareo-regia creare, ac omnibus illis privilegiis, immunitatibus, libertatibus et praerogativis, quibus locum et communitatem quampiam commercialem ex ipso constabiliendi provehendique commercii ratione, respectu in-et eductionis mercium, celeris,

medio campsorialis judicii,[2] in liquidis debitis justitiae administrationis, aliorumque id generis, provisam esse oportet, ornare, condecorareque clementer constituimus; ad cujus benignae intentionis nostrae effectum eo securius certiusve obtinendum benigne insuper annuimus, ut, *primo:* [3]

Urbs haec commercialis sancti Viti cum districtu suo, tamquam separatum sacrae regni Hungariae Coronae adnexum corpus porro quoque consideretur atque ita tractetur, neque cum alio Buccarano, velut ad regnum Croatiae ab incunabulis ipsis pertinente, districtu, ulla ratione commisceatur.[4] Exhibita porro *secundo*, per eamdem statuta, cujus generis cuilibet in regno Hungariae existenti jurisdictioni, pro eo, ac nonnulla ad meliorem internam regulationem suam, utilioremve ac faciliorem publicorum etiam negotiorum in medio sui administrationem necessaria aut non parum proficua existimantur, stabilire, ita tamen, ne publicis per hoc regni constitutionibus quaqua ratione derogetur, integrum est: in quantum circonstantiis et systemati moderno congruunt, benigne equidem confirmamus. Cum nihilominus complura systemati regni Hungariae, regnorumque et provinciarum eo pertinentium minus convenire dignoscerentur: ex eo memorata statuta per ordinandam eatenus specialem deputationem minutim excuti, rationibus moderni temporis accommodari, taliterque subinde noviter elaborata et in ordinem redacta altissimae ratificationi Nostrae substerni clementer volumus.

Annuentes *tertio*, ut restabilita per Nos in publico-politicis et oeconomicis consilii seu senatus Urbis activitate, illud immediatam proventuum etiam civitatis, medio camerarii sui, qui usus reliqua etiam in Hungariae regni parte respectu liberarum regiarumque ac montanarum civitatum obtinet, habeat administratio-

[2] Váltótörvényszék. Fiumének az oklevél kiadásakor már volt váltótörvényszéke. Magyarországba csak az 1840-iki törvény vezette be ezt a hatóságot.

[3] Ezt a döntő pontot a fiumei kormányzóság 1778. aug. 30-iki felterjesztésében e szavakkal javasolta: Itaque ad 1. justum demisse videtur etiam regiae huic commissioni, ut urbs Fluminensis cum districtu suo tanquam separatum, sacrae regni Hungariae coronae adnexum corpus ultra tractetur, neque cum alio Buccarensi, velut ad regnum Croatiae ab ipsis incunabulis pertinente districtu, ulla ratione confundatur.

[4] E pont kivételével a Bukkarinak ugyanakkor adott kiváltságlevél nagyjában megegyezik az itt közölt fiumeivel.

nem; formatae nihilominus rationes super perceptis et erogatis summis pecuniariis, dissoluto novissime e benignis nobis visis rationum momentis eo, quod in regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae ad pertractationem quorumvis praedicta regna respicientium negotiorum publico-politicorum, contributionalium et oeconomico-militarium ante aliquot annos erectum et constitutum fuerat, Consilio, ope Regni Locumtenentialis Consilii Hungarici demisse Nobis submittentur.

Ad contestandam denique, *quarto*, singularem nostram, qua erga Urbem hanc ferimur, propensionem, benignum in id etiam assensum Nostrum praebemus, ut confirmato consilii majoris et minoris systemati;[5] familiae consiliariorum seu patriciorum ultro etiam patricium Politici hujus Corporis honorem et distinctionem teneant. Caeterum autem praescriptae de lege nobilitatem regni Hungariae consequendi viae iis in patulo maneant. Et quemadmodum urbem hanc Fluminensem Sancti Viti ex hoc cumprimis articulo, tum vero ex praemissis omnibus insignem clementiam et propensionem Nostram, qua eam complectimur, agnituram esse nullae dubitamus: ita eamdem collatum sibi virtute praesentis privilegii Nostri beneficium et non vulgarem gratiam, eo quo par est, cultu et veneratione suscepturam, ac de Majestate nostra, haeredibusque et successoribus Nostris, legitimis videlicet Hungariae regibus, omni fide, constantia et fidelitate jugiter promereri admissuram esse, plane confidimus.

Quare et Nos cuncta, quae praemissa sunt, benigne confirmamus denuo, roboramusque et adprobamus hujus Nostri, secreto majori sigillo Nostro, quo ut regina Hungariae utimur, in pendenti communiti diplomatis vigore et testimonio.

Datum per manus fidelis Nostri nobis sincere dilecti, spectabilis ac magnifici comitis Francisci Eszterházy de Galanta, perpetui comitis in Fraknó, aurei velleris et una insignis ordinis sancti Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, camerarii et consiliarii Nostri actualis intimi, comitatus Mosoniensis supremi comitis, curiae nostrae regiae per Hungariam magistri, et per antelatum regnum nostrum Hungariae aulae prout et dicti ordinis santi Stephani cancellarii, in archiducali civitate Nostra Viennae Austriae, die 23. Aprilis anno Domini 1779, regnorum

[5] A kis (szükebb) tanács 25, a nagy 50 patriciusból állott.

nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno trigesimo nono. Reverendissimis, illustrissimis, reverendis etiam ac venerabilibus in Christo patribus, dominis Josepho e comitibus de Batthyány, perpetuo in Német-Ujvár, sacrae Romanae ecclesiae cardinali et sacri Romani imperii principe, Strigoniensis, Adamo libero barone Patatich de Zajezda Colocensis et Bacsiensis ecclesiarum canonice unitarum metropolitanarum archiepiscopis etc. — ecclesiae dei feliciter gubernantibus. Serenissimo item duce domino Alberto, regio Poloniarum et Lithvaniae principe, per regnum nostrum Hungariae locumtenente Nostro regio, nec non spectabilibus et magnificis comite Georgio Fekete de Galanta, judice curiae — caeterisque quam plurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus et honores.

Maria Theresia m. p. Comes Franciscus Eszterházy m. p.

Franciscus Győry.[6]

2. 1807. IV. törvényczikk. Flumen Civitas, Portusque inarticulatur.

Sua Majestate sacratissima, ne diutius ardentia vota Statuum et Ordinum Regni moretur, annuente, Civitas Fluminensis, portusque per Augustissimam Imperatricem et Reginam Mariam Theresiam, peculiari Diplomate jam Regno incorporata, praesenti Articulo ad idem Regnum pertinere declaratur. Una vero

§ 1. Gubernatori Fluminensi sub Comitiis Regni in Tabula Procerum, Ablegatis autem Civitatis Fluminensis in Tabula SS. et OO. competens Sessio, et Votum tribuetur.

[6] A m. kir. udv. kanczellária tanácsosa.

VI.

AZ ALKOTMÁNY KÖRÜLSÁNCZOLÁSA ÉS A BEVETT VALLÁSOK VISZONYÁNAK RENDEZÉSE.

1790/91. 1. 2. 3. 10. 12. 13. 19. 26. 27. t.-czikkek.

József uralkodása végén visszavonta összes rendelkezéseit három kivétellel és az 1780 nov. 30-án anyja halálakor fennállott törvényes statust állította vissza. A nemzet és különösen a nemesi jogok ellen irányult ujítások által felzudult közvélemény, külső, porosz segítségbe is bízva, egy ideig nem állott meg e nagy eredménynél. Idegen király választásáról beszéltek; az örökösödés fonalának megszakadását emlegették és még a mérsékeltebbek is egy ideig szükségesnek vallották a király és nemzet közti viszonynak új alapokra való helyezését. Az 1790 jún. 6-án Budán összegyűlt diétán a legmesszebb menő kivánságok nyilvánultak: az alkotmánynak Poroszország által való biztosítása; külön magyar hadsereg és külön országtanács; és mindezeknek magába a királyi hitlevélbe való foglalása. Több ízben szinte lehetetlennek látszott a fennforgó kérdéseknek másképp mint erőszak által való elintézése.

II. Leopold bölcsesége és ezzel együtt a rendeknek érdekök megismerésén alapuló belátása utoljára is megtalálta a békés megoldást. A reichenbachi conventio után 1790 júl. 26. az ellenzék többé nem számíthatott külföldi

támogatásra. A király kijelentette, hogy örökölt jogaiból nem adhat fel semmit, de másrészt kész a rendek minden jogos és törvényes kívánságát teljesíteni. A kir. hitlevélen nem változtattak, de a király hozzájárult, hogy a nemzet kívánságai külön törvényekbe foglaltassanak.

E kívánságoknak főczélja volt: az alkotmány biztosítása, annyira, hogy a Józseféhez hasonló törvénytelen uralom többé ne fenyegethesse őket. E czélt szolgálják a 3., 12. és 13. czikkelyek, különösen pedig a magyar birodalom szabadságát és kormányának teljes függetlenségét elismerő 10. czikkely. Említésre méltó, hogy a bécsi kabinetben folyó tanácskozások alkalmával ezen czikkely szentesítése aránylag kevés aggodalmat okozott. Ezek a törvényczikkek, különösen a 10-ik, határozott kifejezéseikkel, elveken alapuló tartalmukkal, nagyon elütnek a századokon át gyakorolt rendi hagyománytól és mintegy éreztetik a reformok korának közeledését. Hasonlóan elvi alapon áll a 19. czikk is, mely az alkotmány egyik leglényegesebb biztosítékát fejezi ki azon kijelentésével, hogy adót és katonát, nemestől, nem nemestől egyaránt, csak az országgyűlés beleegyezésével szedhet a király.

A régóta dúló felekezeti viszály elintézésére volt hivatva a 26. czikkely. Ez lényegében, tartalmilag a tolerantia edictumán alapul ugyan és létrejöttét nagyrészt a király befolyásának köszönte, de mégis elvileg egészen más alapon áll. A magyar törvényhozás törvényes formában megujította a protestansok teljes polgári jogát és így egyesítette az annyi időn át meghasonlott magyar társadalmat. Igen fontos jelenség, hogy a katholikusok nagyrésze a pontban támogatta a protestansok jogos követeléseit és hogy magának a főpapságnak, élén Batthyány József herczegprimással, bár természetesen ellen mondottak, jelentékeny érdeme volt a törvény létre jötte körül.

Még a diéta első szakában történt, hogy a g. n. egyesültek temesvári congressusa, B. Schmidfeld tábornok mint kir. biztos alatt, szinte mellékparlament gyanánt lépett fel, külön területet követelve a szerb nemzet részére. Már ez is mutatta, hogy a magyar törvényhozásnak ki kell terjeszkednie gondját az ország lakosainak ezen jelentékeny részére is. Ez történt a 27. t.-cz. által, mely az óhitűeknek megadja a teljes politikai jogot. Kiegészítette azt az 1792. 10. cz., mely az óhitűek metropolitájának és püspökeinek űlést és szavazatot biztosított a felső táblán.

Egy igen lényeges pontban még visszaesést is jelöl a törvény a türelmi rendelethez képest.

Láttuk, hogy az 1687-iki törvény csak a római katholikusoknak engedett birtokjogot Horvát-Szlavon-Dalmátországokban.[1] Ezzel szemben II. József rendelete 3. czikkelyében [2] királyi dispensatióval megadta az akatholikusoknak ott is a birtoklás és hivatalviselés jogát. A törvény ellenben megerősíti e pontban a kapcsolt részek önállóságát, kimondván, hogy az ottani municipalis törvények értelmében az evangelikusok ott nem birtokolhatnak és sem nyilvános, sem magánhivatalt nem viselhetnek.

A tolerantia edictumában az uralkodó szakított a »Regnum Marianum« hagyományával; az 1790—91. törvényekben maga a nemzet hagyta el azt az útat, melyen az eltérő vallásos meggyőződések elnyomásában kereste egységét. Ezt az egységet és egyetértést, mint a törvény szavai kimondják, a vallások békés megférésében találta meg. Csakis ez az egyetértés, a külföldi elnyomás elleni küzdelem és a nemzeti műveltségnek kifejlése tették lehetővé a magyar nemzet megerősödését és államának újjáalapítását a XIX. század első felében. E szempontokból

[1] Fönnebb, 554. lapon.
[2] Fönnebb, 710. lapon.

különösen fontos, hogy az a megkülönböztetés nyilvános és magán isteni tisztelet közt, melyet az 1681. 26. törvény [3] hozott be alkotmányunkba és mely a földesurak joga mellett legtermékenyebb szülőföldje lett az elnyomásoknak, teljesen megszünt. Ebben áll egyúttal, tartalmilag, e törvényes rendelkezés legjelentékenyebb haladása II. József intézkedéseihez hasonlítva.

Viszont az 1681 óta beállott változás okozta, hogy mint a türelmi rendeletben, e törvényben is kifejezésre jut a katholikus vallás hegemoniája, vagy mint a tolerantia edictuma mondja, dominans volta, a bevett vallások közt. Kifejezi azt a vegyes házasságoknál az a rendelkezés, hogy a katholikus atyának mindkét nemen levő gyermeke az ő vallását követi és hogy az ilyen házasságokat csak a katholikus lelkész előtt lehet kötni; kifejezi továbbá azoknak szigorú büntetése, kik katholikusokat más vallásra akarnának téríteni.

De épen a katholikus vallásnak ezen fentartott kiváltságai okozták a további fejlődést. A katholikus papok természetesen lehetőleg megnehezítették híveiknek a protestáns hitre térését. Még fontosabb volt, hogy bár a törvény egyenesen előírta, hogy vegyes házasságoknál semmi akadályt ne támaszszanak, az esketést, azon esetekben, a midőn a leendő férj nem volt katholikus, gyakran attól tették függővé, hogy biztosítást adjon mindkét nemen levő gyermekeinek a katholikus hitben való neveléséről (Reversalis). A katholikus papság egy része tehát épen e vallásuk kiváltságát biztosító meghatározások alkalmazásánál jött ellenkezésbe az ország törvényével.

Ez az ügy különösen az 1832—36-iki országgyűlésen idézett elő nagy vihart, a midőn épen a liberális katholikusok, Beöthy Ödönnel és Deák Ferenczczel élükön igen

[3] Lásd fönnebb 548—49 l.

erősen keltek ki a törvényt semmibe nem vevő papok ellen. Viszont több püspök egyenesen eltiltotta papságát az esketéstől, ha nincs reversalis. Az ország közvéleménye ezen annyira felindult, hogy a kormány kénytelen volt ez ügyben tárgyalásokat kezdeni a római szentszékkel. Lonovics József csanádi püspök volt ott a megbizott, a ki ki is eszközölte a pápa hozzájárulását a most már szükséges reformokhoz. Ezen az alapon jött létre az 1843—44. III. t.-cz., mely érvényeseknek mondja ki az evangelikus pap előtt kötött vegyes házasságokat[4] és törvényesíti azokat is, melyek 1839 november óta nem katholikus pap előtt köttettek. Szabályozza továbbá a katholikusok áttérését is, melynek megakadályozása a katholikus papság által annyi sérelemre adott okot.

Végre az 1848 : XX. t.-cz. kimondja a bevett vallásokra nézve, melyhez most már az unitáriust is sorozza, az egyenlőség és viszonosság elvét. Ezen az elvi alapon jöttek létre az 1868. 48. és 53. törvényczikkek és az 1894. 31-iki házassági törvény.

Articulus 1. Serenissimus et Potentissimus Dominus, Dominus Leopoldus Secundus Romanorum Imperator, in Regem Hungariae Partiumque eidem annexarum inauguratur et coronatur.

Serenissimo quondam Principe Domino Josepho, hujus Nominis secundo, electo Romanorum Imperatore et haereditario Hungariae Rege, de hac mortali vita et temporaneo Regimine, ad sempiternam Immortalitatem, ac aeternae Gloriae Coronam

[4] »A bécsi és linzi békekötések alapján az 1791. 26. törvény következőkben bővíttetik és illetőleg módosíttatik:

1. §. Kijelentetik, hogy azok, kik 18 éves korukik az Evangelika Vallásban neveltettek, a Nőszemélyek pedig férjhez menetelök után, habár még ezen időkort el nem érték is, sem magok, sem maradékaik vallásos kérdés alá többé nem vétethetnek.

2. §. A jelen törvény kihirdetése után keletkezett azon vegyes házasságok, melyek evangelikus lelkipásztor előtt köttetnek, törvényesek.«

evocato, ex eoque, quod nullam superstitem Prolem masculam post se reliquerit, Serenissimo ac Potentissimo Domino, Domino Leopoldo Secundo, Romanorum Imperatore, qua Eundem aetate immediate sequente, germano et uterino Fratre, adeoque iuxta successionis Ordinem, libero Principis et Statuum Regni arbitrio, in Articulis 1. et 2. generalis Hungariae Diaetae, in Anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio concluso, stabilitum, Eidem altefato Fratri suo, in isto Hungariae Regno ac Partibus eidem annexis succedente; Fascesque et Gubernacula Regni legitime suscipiente, fideles Status et Ordines, praenotatorum Articulorum Contextus non immemores, pro exigentia homagialis suae Fidei et Devotionis, Eandem Suam Majestatem Sacratissimam, qua legitimum ac haereditarium Regem, et Dominum ipsorum clementissimum, post extraditos benigno Diplomati suo insertos Articulos, depositumque secundum formulam subinsertam Juramentum, invocato Dei ter Optimi Maximi Auxilio, Sacro Apostolici Hungariae Regni Diademate, unanimes inter applausus, et faustissimas acclamationes, ritu solenni coronarunt.

Articulus 2. Diploma Regium, per Sacram Regiam Majestatem ante felicem Inangurationem, Coronationemque suam Statibus et Ordinibus Regni datum, publicis Constitutionibus Regni inseritur.

Fideles Status et Ordines Inclyti Regni Hungariae, et Partium annexarum, ultro per suam Majestatem Regiam pro fausta Sui Coronatione ad Diaetam convocati, peroptime recordantur, qualiter vigore Articulorum 1. 2. et 3. 1723. Jus haereditariae Successionis in Regno Hungariae, Partibusque, Regnis et Provinciis eidem annexis, in Sexum foemineum Augustae Domus Austriacae translatum fuerit, quodve erga semper occasione cujuslibet Inaugurationes, ad praescriptum Legum suscipiendae, praemittendam diplomaticorum Articulorum acceptationem, Juramentique depositionem Eum, quem juxta praestabilitum successionis ordinem, eadem successio respiciet, pro legitimo Suo Rege et Domino habituros, et coronaturos se declaraverint.

Cum itaque Sacra Caesarea-Regia Majestas, via legitimae, et immediate Successionis Regimen Regni hujus suscepisset, ejusmodique Articulos acceptasset, et Juramentum in ea, qua per Augustam Genitricem Suam et Reginam Apostolicam Mariam

Theresiam praestitum fuerat, forma deposuisset, ac diaetaliter faustissime coronata fuisset, Legesque Regni, ac Jura, Libertates, et Privilegia antiqua se observaturam clementer spopondisset visum est SS. et OO. Articulos Diplomaticos, seu ipsum sacrum Diploma, Juramentique Formulam Constitutionibus inseri inscribique facere, cujus quidem tenor sequitur in hunc modum. etc. etc.

Articulus 3. De Inauguratione, et Coronatione Regia cum singula Regiminis mutatione, intra semestre peragenda.

Ad penitus e medio tollendum omne Dubium, quod ex tenore quorundam verborum acceptati a Sacratissima Regia Majestate et extradati Diplomatis Inauguralis, de Coronatione per haereditarios Hungariae Reges suscipienda, contra fundamentales Regni Leges obmotum est, futurisve temporibus obmoveri posset, clementer annuit Caesareo-Regia Apostolica Majestas, ut Inauguratio Coronatioque Regia, cum singula Regiminis mutatione, intra sex mensium a die obitus defuncti Regis computandum spatium, ritu legali inomisse suscipiatur, salvis tamen intermedio tempore omnibus Juribus haereditarii Regis, quae ad publicam, constitutionique conformem Regni Administrationem pertinent, salvis non minus eidem Regi debitis homagialis fidei obligationibus; Privilegiorum nihilominus Collatione imposterum quoque penes solam legitime coronatam Regiam Majestatem permansura.

Articulus 10. De independentia Regni Hungariae, Partiumque eidem annexarum.

Erga demissam Statuum et Ordinum Regni Propositionem, sua quoque Majestas Sacratissima benigne agnoscere dignata est, quod licet Successio Sexus foeminei Augustae Domus Austriacae per Articulos 1. et 2. 1723. in Regno Hungariae, Partibusque eidem adnexis stabilita, eundem, quem in reliquis Regnis et Ditionibus haereditariis, in et extra Germaniam sitis, juxta stabilitum Successionis Ordinem inseparabiliter ac indivisibiliter possidendis, Principem concernat, Hungaria nihilominus cum Partibus adnexis, sit Regnum liberum, et relate ad totam legalem Regiminis formam (huc intellectis quibusvis Dicasteriis suis) independens, id est nulli alteri Regno aut populo obnoxium, sed propriam habens Consistentiam, et Constitutionem, proinde a legitime coronato

haereditario Rege Suo, adeoque etiam a Sua Majestate Sacratissima, Successoribusque ejus Hungariae Regibus, propriis Legibus et Consuetudinibus, non vero ad normam aliarum Provinciarum dictantibus id Articulis 3. 1715. item 8. et 11. 1741. regendum, et gubernandum.[1]

Articulus 12. De legislativae et executivae Potestatis Exercitio.

Leges ferendi, abrogandi, interpretandi Potestatem in Regno hoc Hungariae, Partibusque adnexis: salva art. 8. 1741. Dispositione: legitime coronato Principi et Statibus ac OO. Regni, ad Comitia legitime confluentibus, communem esse, nec extra illa exerceri posse, Sua Majestas Sacratissima ultro ac sponte agnoscit, ac se Jus hoc Statuum illibatum conservaturam, atque prout illud a Divis suis Majoribus acceperat, ita etiam ad Augustos suos Successores inviolatum transmissuram benigne declaravit, Status et OO. Regni securos reddens, numquam per Edicta, seu sic dictas Patentales, quae alioquin in nullis unquam Regni Judiciis acceptari possunt, Regnum et Partes adnexas gubernandas fore, Expeditione Patentalium ad eum dumtaxat casum reservata, ubi in Rebus Legi alioquin conformibus, Publicatio debito cum effectu hac unica ratione obtineri valeret. Proinde

Forma Judiciorum lege stabilita aut stabilienda, authoritate Regia non immutabitur, nec legitimarum Sententiarum Executiones, Mandatis impedientur, aut per alios impediri admittentur, nec Sententiae legitimae Fororum Judiciariorum alterabuntur, immo nec in Revisionem Regiam nec ullius Dicasterii politici pertrahentur, sed secundum conditas hucusque aut in futurum condendas Leges, et receptam Regni Consuetudinem, Judicia per Judices, absque discrimine Religionis deligendos, celebrabuntur,

[1] 1715. 3. Ld. fönnebb. 692. l.

Az 1741. 8. t.-cz., mint már említettük, a nemesi telek adómentességét is az ország sarkalatos és meg nem változtatható alaptörvényének jelenti ki.

Az 1741. 11. t.-cz. arról szól, hogy magyar ügyeket csak magyarok intézhetnek. A királynő kijelenti, hogy felséges udvarában is, azon ügyekben, melyek a neki átadott (fenntartott) legfőbb hatalomtól függenek, legmagasabb ítélete s királyi tisztje szerint, hű magyar tanácsosainak munkáját és tanácsát igénybe veszi.

Azonfelül a Status ministériumba is bevenni méltóztatik a magyar nemzetet.

executiva autem Potestas, nonnisi in sensu Legum, per Regiam Majestatem exercebitur.[2]

Articulus 13 De Periodica Diaetarum Celebratione.

Singulo Triennio, aut publica Regni utilitate et necessitate exigente etiam citius, ad exigentiam sancitarum superinde Regni Legum, signanter 1655. art 49. 1715. art. 14. et 1723. art. 7. hic loci renovatorum, per Majestatem Regiam Generalis Regni Diaeta indicetur: Ad quam Status et Ordines citra omne ponendum impedimentum comparituri, diaetaliaque Negotia legali cum libertate pertractaturi sunt. Ut autem pertractatis debite Propositionibus Regiis, cuncta justa Gravamina universorum Statuum et Ordinum Regni, in qualibet Diaeta effective, et inomisse tollantur, Legesque in singula Diaeta condendae exacte effectuentur, et effectuari procurentur, Majestas Regia futuris etiam quibusvis Temporibus, vi Muneris sui Regii curatura est.

Articulus 19. De Subsidiis et Contributione.

Non absimiliter et de eo plene securos reddere dignata est Sua Majestas Sacratissima Statue et Ordines Regni Partiumque adnexarum, quod Subsidia cujuscunque nominis sive in aere sive in Naturalibus aut Tyronibus, nec Statibus et Ordinibus, nec Ignobilibus Arbitrio Regio imponentur, imo nec praetextu liberae Oblationis, aut alio quocunque Titulo extra Diaetam, salva Dispositione Art. 8. 1715. per Articulum 22. 1741. uberius declarati,[3] sollicitabuntur, Quantitas vero Contributionis, pro intertentione stabilis Militiae destinatae, semper in Comitiis Regni ab una Diaeta ad aliam determinabitur; reliquis etiam praecitati articuli 8. 1715. Tenoribus in salvo relictis, ac ultro pro confirmatis hisce declaratis.

[2] Figyelmet érdemel itt a tartalom mellett a Montesquieu-féle elméletnek befolyása is, a törvényhozó, végrehajtó és birói hatalmak különválasztásával. Az utóbbira azonfelül hatással voltak az ugyanakkor ülésező franczia constituante tárgyalásai.

[3] Az 1715. 8. t.-cz. ld. fönnebb 694. l.

Az 1741. 22. t.-cz. az országos Concursus összehívását azon esetekre szorítja, ha akár váratlan ellenséges támadás, akár a magyar birodalmat egyenesen érintő háború, lehetetlenné tenné az országgyűlés összehívását.

E megszorítás oka az volt, hogy III. Károly 1729. óta nem tartott diétát és 1734. óta évenként tartott concursusokon emelte az ország terheit.

Articulus 26. De negotio Religionis.

Cum Status et OO. fine stabiliendae inter se perpetuae harmoniae ac unionis, justum esse agnoverint, ut Negotium Religionis intra ambitum Regni Hungariae solum ad statum Legum annorum 1608. et 1647. reponatur, ac ut per consequens pro basi et fundamento in perpetuum restabiliti liberi Religionis Exercitii Regnicolarum Evangelicorum, tam Augustanae, quam Helveticae Confessioni addictorum assumantur, et renoventur Tenores Pacificationis Viennensis Articulo 1. ante Coronationem anni 1608. citati. ac in Legum Tabulas relati, Pacificationis item Lincensis Articulo 5. 1647.[4] inserto; hinc clementer annuente Sua Majestate Sacratissima (Contradictionibus Dominorum Cleri, et alicujus partis Secularium Catholicorum non obstantibus, imo iisdem in perpetuum nullum vigorem habentibus) statuitur:

1. Ut non attentis posterioribus Constitutionibus et Articulis, uti et privilegiis, Resolutionibus, et Explanationibus a modo in posterum Religionis Exercitium cum libero Templorum, Turrium, Campanarum, Scholarum, Caemateriorum et Sepulturae usu, tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, quam Liberis etiam Civitatibus, universisque Statibus et OO. in suis et Fisci Bonis, Oppidis item ac Villis ubique liberum reliquatur, nec quisquam omnium cujuscunque status et conditionis existat, in libero ejusdem usu, ac exercitio quovis sub praetextu a Sua Majestate, aut aliis quibusvis Dominis Terrestribus quovis modo turbetur, aut impediatur; Rustici quoque, sive sint oppidani, sive villani, in quorumcunque Dominorum Terrestrium, et Fisci Bonis, propter bonum pacis, et tranquillitatem Regni, in libero Religionis exercitio, usu, et modo simili a Sua Majestate Sacratissima vel ejusdem Ministris, aut Dominis suis Terrestribus quovis modo, aut quovis sub praetextu non turbentur, aut impediantur.

2. In uberiorem taliter declarati liberi Religionis Exercitii Corroborationem, ultro declaratur, nullibi jam privatum, sed ubique publicum esse, et hinc distinctione inter privatum et publicum exercitium penitus cessante, liberum fore Evangelicis modo infra notato in posterum ad illa etiam Loca, quae hactenus pro filialibus habita sunt, et cuncta illa, in quibus Evangelici necessarium existimaverint, Ministros introducere, templa cum vel

[4] Ld. fönnebb: 483—500. 522—29. l.

sine Turribus, Parochiasque et Scholas prout indistinctim in illis etiam locis, ubi exercitium habent, sine ullo ulteriori recursu erigere, aut reparare, ea nihilominus sub cautela, ut cum Conservatio contribuentis plebis praecipuam publicae providentiae partem constituat, in Locis illis, ubi dehinc cum introductione liberi Religionis exercitii novum quodpiam Templum vel Oratorium exstruendum, aut Minister illocandus veniret, praevie ope mixtae deputationis per concernentem Comitatum exmittendae, absque tamen influxu hominis Dioecesani, necessarii sumptus, et expensae viresque contribuentis plebis, numerus item sive animarum, sive familiarum, ibidem sedem fixam habentium, intertenendo deinceps etiam publico Religionis exercitio suppar, in concursu Dominii Terrestralis investigentur, cognoscantur, et Comitatui referantur, ubi obtentis super eo Testimonialibus, quod fundo sufficienti provisi sint, adsit item congruus intertenendo Religionis exercitio numerus, Dominus Terrestris nonnisi convenientem fundum intravillanum, vel cespitalem pro Ecclesia, Ministro et Schola, adsignare tenebitur, Communitates autem Catholicae ad erectionem vel dotationem similium Ecclesiarum, vel Scholarum, sumptibus seu operis currulibus, seu manualibus concurrere nulla ratione obligabuntur, quodipsum ex parte etiam Dominorum Terrestrium, ac Communitatum Evangelicarum, relate ad neoerigendas Ecclesias, aut Parochias Romano-Catholicas observabitur; jure Nobilium aut Dominorum Terrestrium Evangelicorum quoad introductionem liberi Religionis exercitii, erectionem item aut restaurationem Templorum et Parochiarum semel pro semper pro irrestricto, et illimitato declarato.

3. In sequelam liberi Religionis Exercitii Evangelicis competentis, seu sint hi opifices, aut alterius cujuscunque status et conditionis homines, non attentis etiam Privilegiis caehalibus, nec ad Missae Sacrificium, nec ad Processiones, neque ad alias Ceremonias, et Actus Religioni suae contrarios ullo titulo, ullisque mulctis adigantur, aut Datias cujuscuncque nominis hoc titulo praestandas compellantur.

4. Evangelici utriusque Confessionis in iis, quae ad Religionem pertinent, unice a Religionis suae Superioribus dependeant, ut autem haec gradualis in re Religionis Superioritas suo certo ordine consistat, reservat sibi Sua Majestas Sacratissima tam relate ad coordinationem praedictae Superioritatis; quam et

reliquas disciplinae Partes, intacta caeteroquin Religionis libertate, eum stabilire ordinem, qui communi Virorum ejusdem Religionis, tam secularium, quam Religionis Ministrorum consensione, maxime congruus reputabitur.

Hinc Sua Majestas Caesareo-Regia pro suprema Inspectionis sibi competentis Potestate, Evangelicos utriusque Confessionis ulterius audiet, atque una curabit, ut hac in re certus, principiisque ipsorum Religionis accommodatus Ordo constabiliatur, interea vero statuitur, ut Canones circa Religionem per Synodos suarum Confessionum suo modo conditi, in quorum nempe actuali usu consistunt, et deinceps ratione per hanc Legem definita condendi, neque per Dicasterialia Mandata, nec per Regias Resolutiones pessint alterari; liberam proinde illis futuram non modo Consistoriorum quorumvis Celebrationem, sed et Synodorum, praevie tamen tam quoad numerum Personarum, ad illas concurrentium; quam etiam Objecta ibidem, pertractanda per Suam Majestatem Regio-Apostolicam de casu ad casum determinandam, ad locum, quem ipsi praevio Altefatae Suae Majestatis adsensu delegerint, Convocationem, ita tamen, ut ad has Superintendentiarum Evangelicorum unius aut alterius Confessionis Synodos praevie, ut dictum Suae Majestati insinuandas, si Altefatae Suae Majestati visum fuerit, Regium quoque hominem sine Religionis discrimine non quidem pro directione aut praesidio sed solum inspectione admittere teneantur, Canonesque, et Statuta taliter condita, non nisi postquam Superinspectionem Regiam transiverint, et Approbationem obtinuerint, robur sortiantur firmitatis, salva alioquin in omnibus supremae Regiae Inspectionis, via legalium Regni Dicasteriorum exercendae, potestate, salvis item reliquis Juribus Regiis Altefatae Suae Majestatis circa Sacra Evangelicae Ecclesiae utriusque Confessionis competentibus, quibus summefata Sua Majestas praejudicium aliquod inferri nullo unquam tempore patietur.[5]

5. Scholas quoque tam Triviales, quam Grammaticas, non solum quas habent, retinere, sed et novas, ubicunque iis necesse visum fuerit, prout et altiores, accedente tamen praevie quoad hasce assensu Regio, erigere, ibique Ludimagistros, Professores,

[5] Ezen az alapon tartották meg úgy az ágostai, mint a helvét hitvallású evangélikusok első általános egyházi gyűlésöket Budán, 1791. szeptemberben.

Rectores, Subrectores vocare, et dimittere, numerum eorum augere, vel minuere, nec non Directores, seu Curatores Scholarum quarumvis tam Locales, quam Superiores et Supremos, e suae Confessionis hominibus eligere, rationem, normam, et ordinem docendi, atque discendi (salva Altefatae Suae Majestatis quoad Scholas etiam hasce Regiae supremae Inspectionis, uti praemissum, via legalium Regni Dicasteriorum exercendae potestate) ordinare, futuris semper temporibus liceat Evangelicis utriusque Confessionis, coordinatione tamen literariae Institutionis, erga demissam Statuum et OO. propositionem, per Suam Majestatem determinanda, ad has perinde Scholas, huc tamen haud intellectis Religionis objectis, quae cuivis Religioni propria manere debent, extendenda. Studiosis praeterea ipsorum, non modo Benefactores eorum pro recipienda stipe, et adjuvando Ministerio tuto accedere, sed etiam Studiorum causa peregre ad Academias exterorum sine ullo impedimento proficisci, eaque, quae sibi constituta habent, stipendia percipere permittantur. Libros porro tam Symbolicos, quam Theologicos, et ad pietatis exercitium spectantes, sub inspectione peculiarium per ipsos constituendorum, ac Consilio Regio nominetenus referendorum Censorum suae Confessionis, libere typis excudi facere, ea tamen lege admittantur, ut nulla in Religionem Catholicam Scommata, vel Sarcasmi Libris his inserantur, onere responsionis quoad eadem Scommata, vel Sarcasmos inprimi admittentes mansuro; Ordinatione item Regia, ut Librorum novius excusorum tria semper Exemplaria via Regii Locumtenientialis Consilii Suae Majestati submittantur, ad hos etiam Libros extensa.

6. Solutio Stolae, aut Lecticalis hactenus per Evangelicos Parochis Catholicis, et Ludimagistris, aut aliis Ecclesiae Servitoribus, seu in aere parato, seu in naturalibus, seu in laboribus praestita, in posterum ex integro cesset, et a trimestri publicationis Articulorum praesentis Diaetae computando, nuspiam amplius exigi valeat, nisi Evangelici opera dictorum Parochorum sponte usi fuerint, quo casu, pro illis actibus Stolam cum Catholicis aequalem deponere tenebuntur. Quonam autem modo Catholicis Parochis, pro amissis hisce redditibus resarcitio praestanda sit? desuper Consilium Locumtenentiale audietur, una vero illis significabitur: nunquam Suam Majestatem ad id accessuram, ut hujus Indemnisationis titulo, aut Contribuenti Populo, aut Aerario

Regio Camerali quidpiam oneris adcrescat. Occasione autem erectionis aut reparationis Templorum, Parochiarum, aut Scholarum, nec Catholica Plebs Evangelicis, nec Evangelica Plebs Catholicae, manuales aut currules operas dare obligetur, eatenusque initi Contractus pro cassatis habeantur.

7. Ministri utriusque Confessionis Evangelici, aegrotos et captivos suae Confessionis, adhibitis solitis politiae cautelis, libere semper et ubique visitare, ad mortem praeparare, ac ad supplicium condemnatis, publice etiam in loco supplicii, quin tamen ad Concionem dicant, assistere poterunt; Sacerdotibus autem Romano-Catholicis, dum per aegrotos, captivos, et condemnatos advocati fuerint, accessus, adhibitis solitis politiae cautelis, nulla ratione denegetur.

8. Quoad Officia publica tam majora, quam minora statuitur, ut illa Patriae filiis de Republica Hungarica bene meritis, ac requisitas per Legem qualitates habentibus, nullo interposito Religionis discrimine conferantur.

9. Evangelici etiam a Depositione Juramenti Decretalis, quoad Clausulam (Beatam Virginem Mariam, Sanctos, et Electos Dei) immunes declarantur,

10. Fundationes Evangelicorum pro Ecclesiis, eorumque Ministris, Scholis item cujuscunque Nominis, Nosocomiis, Orphanotrophiis, et quibuscunque Pauperibus vel Juventuti Augustanae, et Helveticae Confessionis constitutae, aut in posterum constituendae, prout etiam Eleemosynae ab iisdem nulla ratione adimantur, nec e manibus, et administratione eorum ullo sub praetextu eximantur, Directio praeterea harum fundationum iis de ipsorum medio, quibus de recto ordine competit, salva et illibata relinquantur; illae vero Fundationes, quae Evangelicis utriusque Confessionis sub ultimo Regimine nefors ademptae fuissent, iis illico restituantur, Superinspectione Regia, ut hae Fundationes ad mentem Fundatorum administrentur, ac dispensentur, ad easdem quoque extensa.

11. Universae Causae Matrimoniales Evangelicorum utriusque Confessionis, propriis ipsorum Consistoriis dijudicandae relinquantur, Sua tamen Majestas Sacratissima pro Regio suo munere auditis ipsis Evangelicis utriusque Confessionis, congruam praevie initura est rationem, non modo, ut ad omnigenam litigantium partium securitatem Consistoria haec debite organisentur

sed et ipsa principia, juxta quae Consistoria haec suo tempore Causas Matrimoniales dijudicandas habebunt, fine Inspectionis et Confirmationis sibi exhibeantur. Interea autem Causae hae Matrimoniales judicabuntur secundum principia posterioribus his annis vigentia,[6] per Fora Saecularia, quippe in comitatibus, et Districtibus Foro proprio judiciario provisis, per Sedes eorundem Judiciarias, in Liberis autem ac Regiis et Montanis Civitatibus coram Magistratu, salva ad Tabulam Regiam, ac pro renata etiam ad Septem Viralem Appellata; eo tamen per expressum subnexo, quod Divortii Sententiae nonnisi quoad effectus civiles ubique pro validis habeantur, Episcopos autem ad agnoscendam talismodi vinculi nullitatem, illamque ad Catholicos extendendam obligare nequeant. Quantum ad Dispensationes in gradibus Lege Patria prohibitis, secundum Principia vero Evangelicorum permissis, eosdem Evangelicos Sua Majestas Sacratissima necessitate hujusmodi Dispensationum quippe in tertio vel quarto gradu, quemadmodum jam antea per piae memoriae Augustum Imperatorem et Regem Josephum II. fratrem suum desideratissimum constitutum erat, semel pro semper eximit.

12. Evangelicis utriusque Confessionis penes conditae hac ratione, ac perpetuo duraturae Legis provisionem, circa Liberum Religionis suae exercitium, conservationem item Templorum, Scholarum, et Parochiarum suarum nec non Fundationum omni ratione securis redditis, pro amplius confirmanda inter illos ac Romano Catholicam Religionem profitentes Regnicolas pace et concordia, statuitur: ut quoad proprietatem dictorum Templorum, Scholarum, Parochiarum, et Fundationum: (salva tamen quoad Fundationes Szirmaianam, et Hrabovszkyanam, uti et Apaffianam, in quantum illam probis fulcire possent, pro Evangelicis praetensione) Status possessionis actualis, utrinque pro cynosura ea ratione adsumatur, ut Fundationes Catholicorum pro Catholicis, Evangelicorum autem pro Evangelicis deinceps convertantur, adeoque non modo ab ulteriori harum repetitione pro futuro ab utrinque praescindatur; verum etiam nullae unquam deinceps quocunque sub praetextu admitti possint, Templorum, Scholarum, ac Parochiarum occupationes; illos autem, qui talium violentarum

[6] Ebből következett, hogy a protestánsok házassági ügyeiben a II. József által 1786-ban kiadott patens maradt érvényben.

occupationum se reos fecerint, poena 600 florenorum ungaricalium Articulo 14. 1647. sancita maneat.

13. Cum Transitus a Catholica Religione ad alterutram ex Evangelicis in sensu Pacificationum receptis, Catholicae Religionis Principiis adversetur, ne is temere fiat, occurrentes ejusmodi casus ad Sacratissimam Suam Regiam Majestatem referendi venient; injungatur praeterea sub severa poena, ne quiscunque demum ullum Catholicum ad amplectendam Religionis Evangelicae Professionem, quocunque praesumat allicere medio.

14. Jam superius declaratum est, Jura haec Evangelicorum solum intra ambitum Regni Hungariae suum habere vigorem, Regna proinde Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, in ulteriori usu municipalium suarum Legum relinquantur, adeoque Evangelici intra eorundem Regnorum Limites, nec Bonorum, nec Officiorum sive publicorum, sive privatorum sint capaces; liberum tamen maneat Evangelicis Augustanae, et Helveticae Confessionis avita sua jura possessionaria, in medio eorum etiam Regnorum ordinaria juris via revendicare, in quae si possessionem aliquam adepti fuerint, Sua Majestas sibi reservat, de eorum Indemnisatione providere; illae aliquot in inferiori Sclavonia possessiones, partim Augustanae, partim Helveticae Confessioni addictae, ultro etiam non modo nulla ratione molestentur, sed et in Libero Religionis exercitio, ea, qua nunc perfruuntur ratione, ultro relinquantur; denique Commercii aut Fabricarum causa, liberum maneat Evangelicis utriusque Confessionis Domicilium, jure locationis, adeoque absque ulla seu mobilitaris, seu civilis Fundi Proprietate, ibidem sumere.

15. Proles e mixtis Matrimoniis, quae semper coram Parochis Catholicis ineunda erunt, quibus tamen impedimenta quaepiam quocunque sub praetextu in contrarium ponere cautum esto, susceptae, et suscipiendae, si Pater Catholicus fuerit, illius religionem sequantur, si vero Mater fuerit Catholica, tunc nonnisi Proles Masculae Patris Religionem sequi possint.

16. Causae Matrimoniorum tam eorum, quae jam tempore, quo illa inita sunt, mixta erant. quam et eorum, quae per transitum alterutrius Partis a Sacris Evangelicis ad Sacra Catholica mixta effecta essent, cum utrobique de veri nominis Sacramento agatur, Sedibus Catholicorum spiritualibus deferuntur.

17. Festivitates Catholicorum nunc usitatas quoad Forum

externum, non tamen in privato, ubi praeter strepitosos quivis alii Labores peragi poterunt, ad evitandas publicas offensiones Augustanae et Helveticae Confessioni addicti observandas habebunt, eo addito, ut Dominis Terrestribus, cunctisque Patribus Familias, sub actione fiscali interdictum sit, subditos ac servitores suos, seu Catholicos, seu Evangelicos, ab observatione Festorum, suique ritus ac devotionis impedire.

Articulus 27. De Graeci ritus non unitis.

Sua Regia Apostolica Majestas Sacratissima clementer annuere dignatur, ut Graeci Ritus non uniti Regni Incolae in Regno hoc jure Civitatis donati, sublatis in contrarium sancitis Legibus, in quantum hae ad Graeci Ritus non unitos se referunt, ad instar aliorum Regnicolarum acquirendorum, et possidendorum bonorum, ac gerendorum omnium officiorum, capaces in Regno Hungariae Partibusque adnexis sint.

Juribus caeteroquin Regiae Majestatis circa negotia Cleri, Ecclesiae, Religionis, cujus exercitium plene ipsis liberum erit, Fundationum, Studiorum, ac Juventutis educationis, non minus Privilegiorum ipsorum, quae Fundamentali Regni constitutioni non adversantur, prout Majestas Sacratissima a gloriosae Memoriae Majoribus suis accepit, ita eidem altefatae Regiae Majestati porro quoque in salvo relictis.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

A MAGYAR ÁLLAM ÚJJÁ ALKOTÁSA.

1825—1868.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ELBESZÉLŐ KÚTFŐK.

Belföldi források.

Az eszmék fejlődését és a közszellem átalakulását különösen gr. Széchenyi István, gr. Dessewffy Aurél, b. Eötvös József, b. Kemény Zsigmond műveiből, Kölcsey Ferencz, Deák Ferencz, Kossuth Lajos és gr. Andrássy Gyula beszédeiből ismerhetjük meg. Az országgyűlési tárgyalásokat 1832 óta az Országgyűlési Tudósítások részletesen közlik; az 1843—44. országgyűlés tárgyalásait bőven adja elő Kovács Ferencz hatkötetes nagy munkája. Ezeken kívül 1837—38. törvényhatósági tudósítások is megjelentek a megyék tanácskozásairól. 1840-től fogva az újságok, különösen a Pesti Hirlap, megvilágítják az alkotmányos és gazdasági mozgalmak részleteit is és az egyes eseményekről is közölnek tudósításokat. Emlékiratokban is igen gazdag, különösen a forradalom kora. A nagy anyagból itt csak a legfontosabbakat emelhetjük ki.

Pulszky Ferencz. Életem és Korom. A szellemes és sokoldalú férfiú már élemedettebb korában állította össze hányatott életének emlékeit és tapasztalatait, személyes történetéhez fűzve az általános mozgalmak és főesemények elbeszélését is. Ifjúkorának elbeszélése az akkor Magyarországot átható művelődési áramlat ismertetése által nagybecsű. Fontos részek még: a büntető törvénykönyv-javaslat szerkesztése; az 1847—48-iki országgyűlés, különösen pedig a bécsi viszonyok jellemzése a forradalom kezdetén. Ezekről

Pulszky jól volt értesülve, mert azon időben mint a magyar külügyminister államtitkára Bécsben tartózkodott. Fontos még az emigratio angolországi életének és Kossuth amerikai utazásának elbeszélése. A későbbi, különösen olaszországi események és élmények előadásánál a politikai mellett már a művészeti érdek lép előtérbe. Az elbeszélést számos anekdota tarkítja. Minthogy a munka nem alapul egykorú feljegyzéseken, különösen a régebbi évekre nézve a részletekben számos tévedést is találunk. Megjelent Budapesten 1880—82. négy kötetben. Németre is lefordították.

Szögyény Marich László Emlékiratai. A conservativ párt e kiváló államférfia nyilvános életének főmozzanatait igen bőven és részletesen beszéli el. Különösen becsesek az 1843—44-iki országgyűlésre, a márcziusi napokra, a forradalomra, a Bach-korszak kezdetére és az 1859—61-iki átalakulásra vonatkozó részei. (Kézirat.)

Wirkner Lajos. Élményeim, Néhány lap 1825-től 1852-ig terjedő nyilvános pályám naplójegyzeteiből. Wirkner, mint az udvari kanczellária tisztviselője, majd tanácsosa és mint Ferencz császár és Reviczky Ádám kanczellár bizalmasa, 1825-től fogva mint a kormány képviselője és tudósítója vett részt az országgyűléseken és több ízben vezette az ellenzékkel való tárgyalásokat. Nagyon jól értesült szemtanú és így előadása igen becses, bár természetesen nagyou egyoldalú és részrehajló. Ez utóbbi vonása különösen kirí említett pártfogóinak jellemzésében. Fontos még a Metternich és Kossuth közti érintkezés ismertetése (1844). A munka német és magyar nyelven megjelent Pozsonyban, 1879.

Mészáros Lázár. Élettörténete, külföldi levelezései és emlékiratai, az eredeti kéziratokból közrebocsátja Szokoly Viktor. Pest, 1866—67; három kötet. Az 1848-iki kormány hadügyministere később, a száműzésben írta meg a forradalom eseményeit, melyek intézésében is előkelő részt vett.

Elbeszélése ministeri kinevezésével kezdődik és különösen a ministertanácsban folyó tárgyalások, az ott alakuló pártok, valamint a királylyal és a bécsi kormánnyal való alkudozások ismertetése által válik nagybecsűvé. Természetesen bőven kiterjeszkedik a honvédség szervezésére és a bácsi és bánsági hadakozások történetére is. Nagyon fontos még a debreczeni országgyűlési viszonyok előadása is, különösen a függetlenségi nyilatkozat kimondását megelőző tanácskozás elbeszélése. Mészáros tárgyilagos, nyugodt, igazságra törekvő író, kinek ítéletére azonban hatással van személyes érzése is. Ez különösen szembetűnik Kossuth, Görgey, Perczel és Dembinszky jellemzésében.

Johann Czetz, Bem's Feldzug in Siebenbürgen in den Jahren 1848—49. Hamburg, 1850. Bem táborkarának főnöke közvetlenül menekülése után megírta e nevezetes hadjárat részletes történetét. Az eseményekbe beleszövi az erdélyi viszonyok ismertetését is. Előadása igen közvetlen; jól értesült, hiteles író. Bemnek és alvezéreinek jellemzésén kívül fontos benne a piskii és segesvári csaták leírása. Az utóbbinál megemlékezik Petőfi Sándor eltűnéséről is. Magyarul is megjelent, Komáromi Iván fordításában. Pest, 1868.

Vukovics Sebő. Emlékiratai, sajtó alá rendezte Bessenyei Ferencz. Budapest, 1894. Írójuk előbb az 1847—48. országgyűlés eseményeit beszéli el, aztán a szerb lázadást Alsó-Magyarországon, melynek lecsillapításával őt bizta meg a kormány. Később Kossuthot kisérte a táborba és Gödöllő után is Görgey táborában maradt. Mint igazságügyminiszter részt vett a kormány tanácskozásaiban is és ezek közül különösen a döntő július 1-it beszéli el bőven. Szakának ügyeit, különösen a bíróságok berendezését is terjedelmesen ismerteti. Egyáltalában 1849. évi naplójegyzetei az író kiváló állásából folyó jól értesültsége és nyu-

godt tárgyilagossága miatt a legbecsesebb forrásokhoz tartoznak. Vukovics e munkát Párisban és Londonban írta 1851—56 közt.

Görgey Arthur, Mein Leben und Wirken in Ungarn in den Jahren 1848 und 1849. Leipzig, 1852. Két kötet. A magyar seregek fővezére a világosi fegyverletétel után Klagenfurtban, 1851 augusztusban fejezte be e munkáját. Csak kevés oklevelet közöl benne, mert mint írja, soha sem gondolt arra, hogy a forradalmat túléli. A honvédek toborzásáról és első fegyvertényeiről szóló fejezetek közvetlenségök és szigorú, néha cynikus igazságuk által hatnak. Az író jellemére és politikai felfogására fényt vetnek a Zichy Ödön gróf kivégzéséről és a váczi proclamatióról szóló fejezetek. Megkapó a téli, bányavárosi hadjáratról szóló rész. A munka többi, későbbi részeiben észrevehető, hogy szerzője egy szörnyű vád ellen védekezik. Az események közül különösen azokat igyekszik felvilágosítani, melyeket illetőleg megtámadták, és így elfogulatlansága elvész. Eseményekről és személyekről nyers őszinteséggel szól. Adatai pontosak, de felfogásán megérzik, hogy vitairatot ír az árulás vádja ellen és így nem kímélhet senkit és semmit. Maga magát sem kiméli, így 1849-iki nyári hadjáratát, melyet sokan mint katonai lángeszének egyik fényes tanújelét bámultak, igen keményen ítéli meg. Az oroszokkal való tárgyalásokra és a világosi fegyverletétel előzményeire és körülményeire nézve szintén elsőrangú kútfő.

Klapka György. Memoiren von G. Kl. (April—Oktober 1849), Leipzig, 1850. Klapka Komárom feladása után külföldre ment és Londonban írta meg munkáját a forradalom azon időszakáról, melyben neki oly kiváló szerep jutott. Tárgya, stilusa gyakran elragadja. Görgei, hibáit, tévedéseit környezetének, különösen Bayernek rovására írja, de azért mindig nagyon kiemeli, ha más véleményen volt, mint a

fővezér. Különösen akkor teszi azt, midőn az eredmény az ő felfogását igazolta, mint Buda ostrománál és a Vág melletti csatáknál. Igen bőven tárgyalja a Komáromban július 1—11. történt eseményeket és tanácskozásokat. Ezekre, valamint a később komáromi eseményekre nézve a capitulatióig, műve elsőrendű forrás.

Gróf Dembinszky Henrik. Dembinski Magyarországon. A vezér hátrahagyott kéziratairól összeállítá Danzer F. Alfonz. Magyar kiadás. Budapest, 1874. A lengyel felkelés utolsó fővezére Párisban élt, midőn Gr. Teleki László, a magyar kormány követe őt felszólította: ajánlja fel kardját a magyar ügynek. Dembinszky 1849. jan. közepén bejött hazánkba és eljútott Debreczenbe. A kormány kinevezte őt altábornagynak és fővezérnek. E minőségében összeütközésbe jutott a magyar tábornokokkal, különösen Görgeyvel, Klapkával és Perczellel és márczius 3-án megfosztatott a főparancsnokságtól. Az oroszok betörésekor eleinte azok ellen vezérkedett, majd, midőn Görgey nyiltan szembeállott Kossuthtal és Mészáros lett a fővezér, e régi barátja mellé rendeltetett mint táborkarának főnöke. Július 29-én ismét ő lett a főparancsnok és mint ilyen vezette a sereget Temesvárig. Ezek az emlékek viszhangzanak mémoirejaiban. Mint idegen, inkább elméleti képzettségű ember nem értette a hazai viszonyokat, sem az itteni hadviselés feltételeit. Személyes érzelmeinek nagyon is túlnyomó helyet enged a viszonyok és emberek megítélésében. Görgey, szerinte, már a hadjárat kezdetétől fogva áruló volt; Kossuth pedig mindig ügyvéd maradt. De az egyes eseményeknek elbeszélésében sem ment a tévedésektől. Mégis használható munkája a február-márcziusi, aztán a júliusi időszakra nézve is. Németül is megjelent.

Gróf Leiningen Westerburg Károly honvédtábornok levelei és naplója, 1848—1849. Fordította és bevezeti

Marczali Henrik. Budapest, 1900. Leiningen nejéhez írt leveleiben az 1848. novemberben folyó délmagyarországi háború több csatáját és hadmenetét írja le nagy közvetlenséggel és írói tehetséggel. Naplója, melyet Czibakházán kezdi írni és az aradi fogságban folytatja, az isaszegi csatánál szakad meg. Naplójegyzetei október 4-ikéig terjednek. Ő is idegen és iratai nemcsak saját benyomásait tükröztetik vissza, hanem vezéreinek és példányképeinek, Damjanicsnak, majd Görgeynek befolyását is. Tetőtől talpig katona és aristokrata: a viszonyokat és embereket e szempontokból ítéli meg, nem csuda, ha néha igazságtalanná válik. Értéke különösen egyes csaták leírásában és az egész tábori élet eleven rajzában keresendő. Még fontosabb tán, hogy naplójából elénk tárul az az izzó szenvedély, mely e kor szereplőit eltöltötte és mely nélkül tetteiket nem érthetjük meg. Az aradi napokra nézve naplójegyzetei igen fontos forrásul szolgálnak.

Asbóth Lajos emlékiratai az 1848—49-iki magyarországi hadjáratból. Pest, 1862. Két kötet. Az első kötet czélja Görgei árulását bebizonyítani. E bizonyítást már a februáriusi hadjáraton kezdi s különösen kiterjeszkedik a budai ostromra és a zsigárd-peredi csatákra. Ez utóbbi után a fővezér Asbóthot letette a hadtest parancsnokságától, az iró szerint azért, »mert buzgó jó hazafit látott bennem, mert gyanítá, hogy terveit keresztüllátom.« Itt tehát világos a tendentia, mely a nagy műveltségű, vitéz író ítéletét irányította. Önálló értékkel bír a bánáti harczok leírása, melyekben Asbothnak, mint a bányászkerület parancsnokának, jelentékeny szerep jutott.

Bátori Schulcz Bódog emlékiratai az 1849-iki szabadságharczból. Kiadta és sajtó alá rendezte Egervári Ödön. Pest, 1870. 2. kiadás. Schulcz honvédezredes, ki vitézségének köszönheté a Bátori nevet, csak a forradalom

lezajlása után jegyezte fel emlékeit. Hogy mikor, nem tűnik ki a kiadásból, de még az sem, mennyiben változtatott a feljegyzéseken a kiadó. A téli, Kassa-vidéki és a tavaszi hadjárat csatái foglalják el benne a legnagyobb részt. Nevezetes, hogy az író Világost nem katonai, hanem diplomácziai szempontból tartja megítélendőnek.

Matolai Etele. Visszaemlékezéseim honvédéletemre. Sátoralja-Újhely, 1883. Matolai a zempléni önkéntesekkel részt vett a schwechati csatában, aztán a téli hadjáratban a főseregnél. Tavaszszal az északi sereghez rendelték és ott Dembinszky hadában harczolt végig. Élményeit elevenen, sok érdekes részlettel mondja el.

E könyvhöz van csatolva:

Lázár Vilmos 1849-iki honvédezredes aradi várfogságában, kivégeztetése előtt írt emlékirata (189—215. lap). Dembinszky ellenében Görgeinek fogja pártját februáriusi összeütközésük alkalmával. A világosi fegyverletétel után következő események előadásában áll főjelentősége.

Külföldi források.

A bécsi kormány politikájára az átalakulás korszakában leginkább világot vetnek a Metternich herczeg irataiban közlött emlékiratok és adatok.[1])

Pillersdorff F., von. Rückblicke auf die politische Bewegung in den Jahren 1848—49. von F. von P. Wien, 1849. A márcziusi napok után kinevezett bécsi kormánynak Magyarországra vonatkozó politikáját világosítja meg annak belügyministere, szabadelvű régi bureaukrata.

Genesis der Revolution in Oesterreich. Leipzig, 1850.

[1] Aus Metternichs nachgelassenen Papieren. Bécs, 1880—1884. Nyolcz kötet. Különösen a 4—7. kötetekben.

Írója Gróf Hartig Ferencz állami minister. Igen jól értesült író, ki az eseményeket a régi, Metternich-rendszer szempontjából fogja fel és ítéli meg.

Alexander Graf von Hübner. Ein Jahr meines Lebens. Leipzig, 1891. Az író az állami kanczellária tisztviselője és Metternich bizalmasa, polgári eredetű volt (Hasenpradlnak hivták) és pártfogója kegyének, de saját ügyességének is köszönte nagykövetségre és ministerségre jutását. E könyvben akkori naplóját közli, 1848. febr. 18-ikától, midőn a kanczellár őt Drezdából Párisba hivatja, 1849. márczius 18-ikáig, a midőn mint követ Bécsbe megy. Fontos benne az olmützi trónváltozásra vonatkozó rész, a Magyarországra vonatkozó tárgyalások és nézetek ismertetése és a főembereknek, különösen Schwarzenberg herczegnek, Stadion grófnak és Bachnak jellemzése.

Ludwig Freiherr von Welden. Episoden aus meinem Leben. Gratz, 1853. Második kiadás. Welden táborszernagy 1849. ápr. 15-ikétől június elejéig főparancsnoka volt a Magyarországon működő cs. kir. seregeknek. Feljegyzései fontosak az osztrák sereg újjárendezésére és hadiműködésére nézve.

Bernhardi, Theodor von, Unter Nikolaus und Friedrich Wilhelm IV. Briefe und Tageblätter aus den Jahren 1834—1857. A jeles történetíró a forradalom idején Sz.-Pétervárott tartózkodott és igen fontos adatokat közöl az ottani udvari és előkelő körök hangulata felől a magyar szabadságharczot illetőleg.

Meyer, Ritter Bernard von, Erlebnisse, 1875. 2 kötet. Az író 1847-ben a svájczi katholikus pártnak volt egyik vezetője, Bécsbe menekült és a belügyministeriumban tanácsos lett. Ő írta Bach megbizásából a »Rückblicke«-t, melynek megjelenése birta Széchenyit utolsó műve, a »Blick« meg-

írására. Önéletrajzában különösen a concordatumról és annak Magyarországra való hatásáról szóló rész fontos.

Michael J. Quin. A Steam Voyage down the Danube. London, 1835. Két kötet. Második kiadás. Szerző 1834 őszén utazott át hazánkon. Orsován találkozik Széchenyivel, kinek társaságában utazik aztán Ruscsukig. Széchenyi jellemzése és az út leírása a könyv tartalmának legbecsesebb része.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

I.

A MAGYAR NYELVRŐL HOZOTT TÖRVÉNYEK.

(1790—1844.)

Midőn II. József 1784-ben hivatalos nyelvül a németet tette meg, a legtöbb megye a megszokott latin mellett szólalt fel, de sokan már akkor szükségesnek mondták, hogy a magyar nyelvet emeljék e polczra. Amint az ellenzék József ujitásai ellen erősödött és 1787. óta nyiltan is fellépett, a magyar nyelv és ruha a társadalomban teljes uralomra jutott. Temesmegye 1790 elején elrendelte, hogy minden népiskolájában tanítsák a magyar nyelvet. A követi utasításokban mindenütt meg volt a magyar nyelvnek és viseletnek törvényessé tétele. Jun. 11-én el is határozták, hogy az országgyülés naplóját magyarul szerkesztik és csak a horvátok kedvéért adják ki latinul is. Ez a felbuzdulás azonban csakhamar ellankadt. A nemzeti ruha viseletéről szóló czikkely, mint Bécsben a kabinetben kimutatták, nem volt keresztülvihető, és a magyar nyelv hivatalos használata is ellenmondásra talált az udvarnál és a horvátoknál. Ezért nem lehetett többet kivinni, mint azt, hogy az egyetemen, az akadémiákon és a gymnasiumokon külön tanárok tanítsák a magyar nyelvet és stilust. A kormányszékek nyelve egyelőre (nunc adhuc) még a deák marad. Ez az 1790—91. XVI. czikkely az egyetlen maradandó törvényes emléke az akkori nagy nemzetiségi mozgalomnak.

Valamivel tovább megy az 1792. VII. t.-cz., mely elrendeli, hogy a magyar nyelv a királyságban rendes tantárgy (studium ordinarium) legyen, a kapcsolt részekben pedig rendkivüli tárgy. Idővel csak olyanok nyerhessenek el közhivatalt, kik bizonyítványnyal kimutatják a magyar nyelv ismeretét.

1805-ben Nagy Pál ékesszólásának egész erejével lép fel a magyar nyelv jogai mellett. A magyar nyelv akkor válik, bár még igen szerény és alárendelt szerepben, némileg hivatalos nyelvvé. A IV. cz. szerint a rendek ezentúl deák és magyar nyelven terjesztik repraesentatióikat a király elé. A kanczellária és a helytartótanács magyarul válaszolnak a magyar felterjesztésekre. A perek a megyéknél magyar nyelven folynak, de a curia nem kötelezhető arra, hogy azokat e nyelven fejezze be. A király megigéri az 1792. VII. cz. végrehajtását. 1807-ben a rendek, Nagy Pál indítványára, igen nevezetes és messzemenő javaslatot készítenek a magyar nyelvről, de az udvar abból semmit sem fogad el és törvény nem jő létre.

Gyorsabbá és következetesebbé tette a haladást a nemzeti irodalomnak felvirágozása, a nemzeti közérzület erősödése, mely Széchenyi István tevékenységében találta legigazabb kifejezését. Az 1830., 1836., 1840. és 1844-iki törvények mind egy-egy fokát jelölik a magyar nyelv uralomra jutásának. Az 1832—36-iki diétán a főrendek, különösen gr. Cziráky Antal országbiró makacs ellenállását kellett megtörni: azóta sem ők, sem az udvar nem állották tovább útját a nemzet akarata kivitelének. A horvátoknak ekkor nyilvánuló erősebb ellenmondása nem vezetett czélhoz: az 1844. törvény oly polczra emelte a magyar nyelvet, melyet az napjainkban, a társországokban, megtartani nem birt. Az 1847—48-iki országgyűlést, az utolsó rendi diétát, V. Ferdinánd király magyar nyelven nyitotta meg.

A magyar nyelv oktatásáról és hivatalos használatáról szóló törvényczikkek.

1790: Articulus 16.

Sua Majestas Sacratissima fideles Status et OO. de non introducenda pro Negotiis quibuscunque Lingua peregrina securos reddit; ut autem nativa Lingua Hungarica magis propagetur, et expoliatur, in Gymnasiis, et Universitate Hungarica peculiaris Professor Linguae et Styli Hungarici constituetur, ut illi, qui eandem ignorant, et condiscere volunt, vel vero ejusdem Linguae, jam gnari, in hac sese perficere cupiunt, occasionem nanciscantur utrobique vota sua explendi, Dicasterialia Negotia autem Idiomate Latino nunc adhuc pertractanda venient.

1792: Articulus 7.

Ad propius assequendum Articuli 16. 1791. Scopum, annuente Sua Majestate Regia, decernunt Status et Ordines, ut Studium Linguae Hungaricae intra fines Regni ejusdem[1] deinceps sit Studium Ordinarium, ut hac ratione intra certam temporis Periodum pedetentim publica munia intra Regni Limites nonnisi tales obtineant, qui penes reliqua rite absoluta Studia Testimoniis edocuerint; in Partibus autem adnexis maneat Studium Extraordinarium, Exterigenae tamen, qui condiscendarum Bonarum Artium Causa, ad Hungaricam Universitatem, aut Academias accedunt, neque in Regno hoc sui Accommodationem unquam quaerere intendunt, a necessitate condiscendae Linguae Hungaricae dispensentur.

Ad Petitum autem illud, ut Regium Locumtenentiale Consilium Comitatibus illis, qui Hungarico Idiomate suas posituri sunt Repraesentationes, in iisdem Negotiis hungarice respondeat, Sua Majestas Sacratissima clementer ordinatura est, ut Deputatio in Coordinatione Consilii Locumtenentialis elaboratura deliberet, atque proximis Comitiis Opinionem suam referat, qua ratione attactum Consilium Jurisdictionibus Regni Hungariae ad idem Hungarico Idiomate scribentibus, quoad domesticae intra fines Regni determinandae Administrationis partes, juxta Principia per Altefatam Suam Majestatem Sacratissimam, medio benignae

[1] A szorosan vett Magyarország, a kapcsolt részek nélkül.

Resolutionis de 22. Junii ad Status, et Ordines emanatae, expressa defixa, Hungarico Idiomate respondere valeat.

1805: Articulus 4. De usu Linguae Hungaricae.

Ad promovendam amplius Linguae patriae culturam, per Articulum etiam 7. Anni 1792. decretam, annuente Sua Majestate Regia, Status et Ordines decreverunt:

§. 1. Ut his jam Comitiis Repraesentationes, Suae Majestati Sacratissimae submittendae, ad antevertendos etiam dubios verborum nefors occurrentes sensus, columnaliter latino, et patrio sermone concinnentur.

§. 2. Porro, Jurisdictionibus Regni integrum sit, suas aeque Repraesentationes, ad Cancellariam Regio-Hungarico-Aulicam dimittendas, pari ratione latina et patria insimul lingua adornare.

§. 3. Liberum praeterea maneat Jurisdictionibus, quae id facere cupiverint, suas cum Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Correspondentias, nativa Hungarica ducere lingua, ac in Judiciis etiam, Processibusque usum idiomatis Hungarici adhibere.

§. 4. Cujusmodi proin Jurisdictionibus, lingua patria utentibus, Consilium quidem Regium Locumtenentiale Hungaricum, eadem lingua respondeat, Curia tamen Regia in Processibus Hungarico idiomate terminatis, ac ad eandem appellatis, nunc adhuc eadem lingua deliberare non obligetur.

§. 5. Quia vero Studium linguae Hungaricae, jam Articulo 7. 1792. intra fines Regni Hungariae, inter Studia ordinaria relatum esset, Sua Majestas Sacratissima effectum hujus Articuli procurare dignabitur.

1830: Articulus VIII.

Ad propius assequendum, circa culturam linguae Nationalis Articulorum 16. 1790/1. 7. 1792. et 4. 1805. scopum, SS. et OO. benigne annuente Regia Majestate decreverunt.

§. 1. Ut Consilium Reg. Loc. Jurisdictionibus illis, quae Hungaricas Repraesentationes submittunt, a publicatione praesentis Articuli non tantum eadem lingua respondeat; verum his caeteras etiam Intimationes suas, Circularibus exceptis, idiomate hungarico expediat et dimittat.

§. 2. Ut Curia Regia in Appellatis ad se hungarico idiomate

Processibus illico eadem lingua deliberet, Processusque tales penes Extractum hungaricum, referri curet.

§. 3. Coram Tabulis Districtualibus et intra fines Regni Hungariae existentibus tam Comitatensibus, quam Civicis Foris, universim, quoad sacras autem Sedes in respectu Causarum Civilium, coram quibus lingua hungarica hactenus in usu non fuit, a conclusione praesentis Diaetae, liberum erit, Processus lingua hungarica instituere; in quibus tamen memorata Fora, apud quae scilicet lingua hungarica hactenus in usu non erat, seu hac, seu latina lingua deliberare poterunt.

§. 4. Ut a modo in posterum ad munia publica intra limites Regni nemini, qui linguae hungaricae gnarus non est, huc non intellectis actu fungentibus, aditus pateat.

§. 5. Ut a 1. Januarii 1834. nemo intra fines Regni ad Censuram Advocatialem admittatur, qui debita linguae hungaricae cognitione destitueretur.

Grati venerantur SS. et OO. et illam Suae Majestatis Sacratissimae benignitatem, qua clementissime disponere dignata est: ut Legiones Hungaricae huc intellectis etiam Confiniariis, cunctae item intraregnanae Praefecturae militares Documenta hungarica jam et nunc acceptare teneantur.[2]

1836: III. Törvény-czikkely.

1. §. Hálás érzéssel tisztelik a Karok és Rendek Ő Felsége Atyai szivének hiv Magyarjaihoz viseltető jósága azon dicső példáját, mellynél fogva kegyelmesen kinyilatkoztatni méltóztatott: hogy a Törvények magyar Szerkezete eredeti, és a két Szerkezet között támadható kétséges értelem eseteiben elhatározó legyen.

Egyébiránt a nemzeti nyelv előhaladási gyarapodásának eszközlésére meghatároztatik: hogy

2. §. A jelen Törvény kihirdetésétől a perlekedők a királyi Itélő Tábla előtt pereiket magyar nyelven kezdhetik, folytathatják, — a Királyi Udvari Fő-Törvényszék pedig azokban Itéletet ugyan magyar nyelven hozzon.

[2] Ez országgyűlés actái már magyar nyelven is közlik a törvényeket, de még a latin szöveg a hiteles.

3. §. Minden hiteles kiadásoknak szokott bévezetése és béfejezése hazai nyelven készittethetik.

